11

Bourdereyret

(Michel)


VENTILABRVM
MEDICO-
THEOLOGICVM
Aucthore
MICHAËLE BOUDEWYNS
Medic. et Phyloſoph. Doctore
Antverpienſ.
THOMAS

VENTILABRVM MEDICO-THEOLOGICVM

QVO OMNES CASVS,

TVM MEDICOS, CVM ÆGROS,

ALIOSQVE CONCERNENTES

EVENTILANTVR,

Et quod SS. PP. conformius, Scholasticis probabilius, & in conscientia tutius est, secernitur:


Opus cum Theologis & Confessarijs, tum maximè Medicis perquam necessarium.



AVCTHORE

MICHAËLE BOVDEWYNS Medic. & Phylosoph. Doctore Antverp. Pensionario, Anatomi. & Chirurg. Prælectore, Collegij Medic. Præside.







ANTVERPIÆ,
Apud Cornelium Woons, sub signo Stellæ Aureæ.
Anno M. DC. LXVI.

Cum Gratia, & Privilegio.

ADMODVM REVERENDO

AMPLISSIMO, ERVDITISSIMOQVE VIRO,

DOMINO,

D. MACARIO SIMEOMO

SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATO,

PERILLVSTRIS ECCLESIÆ S. MICHAËLIS,

MATRIS TRIVM CELEBERRIMARVM ECCLESIARVM, AVERBODIENSIS, TVNGERLOËNSIS, AC MIDDELBVRGENSIS,

ABBATI LONGÈ DIGNISSIMO

Nec non R^mi^. Domini Generalis, ac generalis Capituli ad suam Cæsaream Majestatem, in causis Sacri ac Canonici Ordinis Præmonstratensis, in partibus Bohemiæ, ac Germaniæ cum Plenitudine Potestatis

COMMISSARIO GENERALI.

Amplissime Domine



SÆpè A. V. in Theologia disertissimè discurrentem fui admiratus: sæpius, quando in publicis disputationibus cum tanto honore Præsideret, quantâ subtilitate Oppugnaret, steti attonitus: sæpissimè cum me tam patienter audiret,

 quam

quam benigniter exciperet, mansi confusius. *Igno-rantias meas ne memineris*, melius docuisti, deuian-tem revocasti, hæsitantem confirmasti, & super omnia hæc, extraneum omni semper humanita-tis genere prævenisti, ita quidem, vt meritò cum Tobia exclamem: *Quam mercedem dabimus ei, aut quid*
Cap. 12, 13 *dignum poterit esse beneficijs eius?* nimis impar enim sum, vt par pari referam, & tamen ne ingratus moriar, hunc intellectum suggessit necessitas, vt non omne doctrinæ tuæ semen in terram aridam cecidisse, non volatilibus verbis ostenderem, sed quantum profecerim, duratiore scripto manife-
Enchrid. Cap. 69. stum facerem: *Oves* enim, teste Epicteto, *non fænum offerunt opilionibus, ac demonstrant quantum come-derint, sed pastu intra sese concocto, extra ferunt Lanam & Lac.* Ego *igitur nec verba celeriter ostendo, sed Opera quæ verborum concoctionem sequuntur.* Si quæ ritè, & doctrinaliter scripta fuerint, vestræ inculcationis sunt soboles; quæ minus recta invenies, ab in-genij mei imbecillitate proveniunt, tam amplæ ac solidæ instructionis incapacis. Tua ipsi itaque tibi reddo, si meliora selegeris; tua propria Re-cipe, non vt Medici, meumve scriptum, sed tanquam Talentum (& si quid fortè superlucra-tus sum) à te mihi nuper liberaliter concessum. Nimis angusta mihi res est, quam vt dignius aliud didasculum tanto Magistro donare queam; nimis magna Amplitudo tua est, quam v

quam benigniter exciperet, mansi confusus. *Igno-
rantias meas ne memineris*, melius docuisti, deuian-
tem revocasti, hæsitantem confirmasti, & supe
omnia hæc, extraneum omni semper humanita
tis genere prævenisti, ita quidem, vt meritò cum
Tobia exclamem: *Quam mercedem dabimus ei, aut qui
Cap. 12, 13 *dignum poterit esse beneficijs eius?* nimis impar enim
sum, vt par pari referam, & tamen ne ingratu
moriar, hunc intellectum suggessit necessitas, v
non omne doctrinæ tuæ semen in terram aridan
cecidisse, non volatilibus verbis ostenderem, sec
quantum profecerim, duratiore scripto manife
Enchrid. Cap. 69. stum facerem: *Oves* enim, teste Epicteto, *no
fœnum offerunt opilionibus, ac demonstrant quantum come
derint, sed pastu intra sese concocto, extrà ferunt Lanam
& Lac.* Ego *igitur nec verba celeriter ostendo, sed Oper
quæ verborum concoctionem sequuntur.* Si quæ ritè, 8
doctrinaliter scripta fuerint, vestræ inculcationi
sunt soboles; quæ minus recta invenies, ab in
genij mei imbecillitate proveniunt, tam ampla
ac solidæ instructionis incapacis. Tua ipsi itaqu
tibi reddo, si meliora selegeris; tua propria Re
cipe, non vt Medici, meumve scriptum, sec
tanquam Talentum (& si quid fortè superlucra
tus sum) à te mihi nuper liberaliter concessum
Nimis angusta mihi res est, quam vt digniu
aliud didasculum tanto Magistro donare queam
nimis magna Amplitudo tua est, quam v

à me aliquid ei ſuperaddi poſſit. Nec iniuſtus omnino, neque totus ingratus eſt, qui quæ cum fænore debito reddere nequit, proprietario ſua cum verecundia reſtituit. Sed ecce, & Verecundiam crepo, & novum beneficium inverecundius expoſco, nempe, vt tenellulo huic ac depravato ſæculo prognato, adiutricem manum admoveas, quia tu ſemen ſubminiſtraſti, ego incubavi & excluſi: quod ſi partus tam degeneris Patrem pudeat, ſaltem Patrinum agas, patrocinium non deneges, ſed eius contra oggrunnientium calumnias tutelam ſuſcipias. Ampla alij volumina, ingentes ac eruditos cylindros, tanquam votiva Anathemata, ad Amplitudinis tuæ, & Eruditionis Aram ſuſpendant; dum ego ad modeſtiæ, & humilitatis tuæ altare repo, opuſculum meum, tanquam aranearum telum, non vt ornamentum affixurus, ſed ſicut optimæ, licet inefficacis, voluntatis teſtimonium, ac laborioſæ ſedulitatis indicium, atque hoc titulo, quantumvis etiam inſulſum, vt confido, faſtidire non poterit, quod tam candidi & ſinceri affectus embammate conditum: quod ſi vel ſic non evaſero, aſſiduæ, quam erga me monſtraſti, Benevolentiæ lenocinijs imputandum (adeoque & dimidium tantum culpæ feram) quod non temeritatis audaciâ, ſed invincibilis tuæ humanitatis illicio invitatus, opuſculum hoc tanquam informe metal-

lum

lum offeram, è Sacro Theologiæ fundo, & practica
Iatriæ minera, eo maiore, quia sepius interrupto, la
bore erutum; nunquam non rude, nisi Eruditioni
tuę Porphyrio levigatum : nunquam non vile fu
turum, nisi Amplissi. benignitatis tuæ Sigillo fue
rit consignatum. Nempe tam docto Medico, tam
caducum corpus indigebat, tam magnum & insig
nem Virum, tam vile ac infirmum opus requi
rebat, equè ac locus non satis ex se munitus acri
orem Propugnatorem, & Defensorem maxime
strenuum expostulat. Ignoscet mihi, confido
mansuetudo tua, si te speciali Gubernatori, au
Duci particulari comparavero, quem non solum
Generalis totius Ordinis, sed & Generale Capi
tulum per vniversos Bohemiæ, totiusque Germa
niæ tractus COMMISSARIVM constituit GENERA
LEM. Dignitas certè, ad cuius fastigium non t
favor evexit, sed quam Pietate, Doctrina, facun
dia, Animi integritate, alijsque religi sis Doti
bus eò carius emisti, quo his plura debebantur
quas etiam totus Pręmonstratensium Ordo ide
tantum benevolenter recognoscit, quia condign
pręmiari non potest. Alij non gratis sollicitantium
importunitatibus, ambitiosorum Amicorum an
gariationibus splendidos sibi laudis titulos aucu
pentur, tu non nisi proprijs mæritorum pennis a
summa honorum culmina sublimaris, adeoqu
nullum præter Deum debes (ô Gloria Superis &
ho

hominibus chara) quam propriam virtutem benefactorem agnoſcere. Non ſufficiebat fragrantiſſimum tuæ Eruditionis odorem, tot Annis, quibus Sacram Theologiam profeſſus es, doctorum virorum Cerebra per omnem Brabantiam recreaſſe: parum erat Romæ, ac per totam Italiam famam celebritate magnificam; per totam Galliam nomen tua præſentiâ reddidiſſe immortalem, niſi Reverendiſſ. cum Vniverſo Capitulo ſuo Generalis Candidorum Subditorum excellentiam in tua Perſona Auguſtiſſimis Imperatoribus & Dynaſtis potentiſſimis oſtentare volens, te per omnem Superiorem Germaniam, tanquam Candelabrum ſub dio poſuiſſet, vt Lux veſtra, & in ea Præmonſtratenſium Splendor coram hominibus luceret, brevi totum Orbem ſuis radijs in admirationem facilius, quam imitationem raptura. I. Vir. Ampliſſ. Deo Duce, & exteris nationibus D. tui MICHAËLIS Cænobium MATREM Perlarum eſſe, & etiam ex Schaldis littore te Margaritam oſtende. Vade & Vale Cænobiarcha Magnifice Raphaële itinerantium Cuſtode comitante, & qui tam ſubeſſe quam præeſſe noris, Obedientiæ tuæ præmium itineris felicitatem, corporiſque ſanitatem reporta: gratus, ſcio, vbique hoſpes es, ſed gratior Redux hic ſoſpes futurus, hoc mecum omnes

...... *Quod Medicorum eſt*
Exoptant Medici,

Nec ſine ratione Nunquam enim Ars Medica in
hac vrbe, ſicut modo effloruit, nunquam Medi-
ci in hac vrbe ſicut modo, etiam ab illis viliores
ſunt habiti, qui huius laudabilis, quia ſalutaris
ſcientiæ tutores eſſe deberent & fautores: Tu verò
tanquam intelligens Theologus, ſemper Medicos
honoraſti, ſicuti verus Phylomuſus, omni huma-
nitate, & amore foviſti. Perge, Vir. Ampliſſime,
& Benevolentiam tuam, ſi potes, adamplia, no-
vum beneficium addideris, ſi tutelares benignitatis
tuæ radios, opello huic non ſubtraxeris; dum ego
Omnipotentem Medicum in Animi gratitudinem
deprecor, vt tibi, qui humanæ ſalutis, ac per con-
ſequens, Medicorum Amator es, ſit mens ſana,
qua polles in corpore ſano

Auson. *Non Animo doleas, non Corpore, cuncta ſalutis*
Fungantur Menbra officijs, nec ſaucius vllis
Partibus, amiſſum quidquam deſideret vſus.

Ita diu valeas virorum maximè, vt & ego glorioſo
hoc honoris titulo gaudere diu valeam

Reverendiſſ: Amplitud. Tuæ
famuli humillimi

M. Bovdewyns.

AD LECTOREM.



Non me latet è vetustissimis Adagium · *Ne sutor vltra crepidam.* Non ignoro sapientissimum Monitum : *Ne quis falcem ponat in messem alienam* : atque adeo & hoc scio, non mihi parcent mordacula calumniantium ora, ideo dumtaxat aliena scripta arrodentia, quia commansa non digerunt: reprehensivas Vitiligatorum manus non effugiam, qui in ovi putamine inveniunt quod tondant. Invidorum Censuram non evadam, qui eo tantum otiosi non sunt, quod in alterius opera criminando sint seduli. An quia novum quid & inauditum aggredior? Quia *Saul inter Prophetas*, an

...... Quod Medicorum est
Promittant Medici, tractent fabrilia fabri?

Desine mirari adeò novum non est antiquiores Medicos, vltra illam quam susceperant provinciam, exundante quasi intellectu, industriæ suæ limites promovère, vt nulla Ars, nulla Scientia in Orbe terrarum inveniatur, in qua, non mòdo supra vulgus sapere, sed sapientiæ Heroës, & vniversæ Litterariæ militiæ sese Archistrategos ostendêre, posteros scriptis suis in admirationem rapientes : diffidis? à Rudimentis exordior : *Galenus* totam cum Grammatica Rhetoricam, *Adrianus Iunius* Nomenclaturam conscripsit. In Poësi *Ruffus*, *Fracastorius*, *Gabriel Ayalà*. In Arte Coquendi *Cornelius Agrippa.* In Agricultura *Cornelius Celsus*, *Petrus Crescentius.* In Arte Statica, *Georgius Agricola*, *Guilielmus Rondeletius*, *Sanctorius.* In Mathesi *Petrus Beausardus*, *Ioannes bapt. Moru.* In Arithmetica *Hieronymus Cardanus*, *Georgius Agricola.* In Astrologia *Guilielmus Grataroltus*, *Anthonius Musa Brasavolus.* In Musica *Ioannes Teisnerus.* In Physiognomia *Henricus Regius*, *Ioan. Michaël Savanarollus.* In Moralibus *Ioannes Heurnius & Sambucus.* In Politicis *Oribasius*, *Sardianus*, *Biesius.* In Historicis *Wolf-*

Wolfgangus Lazius, *Paulus Iovius*. In Antiquitatibus *Hieronymus Mercurialis*, *Ioannes Sambucus*. In Phylosophia *Nicomachus Stagirites*, *Averrhoës*, *Brasavolus*. In Iuris prudentia *Ioannes Teisnerus*, *Petrus Andreas Canonhero*, *Paulus Zachias* non solum excelluêre, sed etiam insignia in illis excellentiæ suæ testimonia scripto reliquêre: & quæ ad rem nostram propinquius accedunt, quam multi Theologi sunt, qui Medicinæ Artem suis scriptis auxerunt & emendarunt? *Petrus Lusitanus* Ioannis II. Nomine Pontifex, *Gilbertus* Cardinalis, *Vitalis de Furno* Cardinalis, *Albertus Magnus* Episcopus Ratisponensis, *Ranutius* Episcopus Arusiensis, & iterum ex ordine S. Dominici *D. Thomas*, *Thomas Campanella*; S. Benedicti *Constantinus Afer*, *Ægidius Gracus*: S. Francisci *Ioannes Gainivetus*, *Guilielmus Holmus*: ex Ordine Carthusianorum *Trusianus*, *Ioannes ab Indagine*: ex Ordine Carmelitarum *Ioannes Beyr* è Societate Iesu *Leonardus Leßius*, *Theophylus Raynaudus*, atque his similes sexcenti alij. Neque Medici vnquam defuerunt, qui vicissim Sacram Theologiæ scientiam doctissimis comentarijs explicarunt, vel clarissimis suis scriptis illustrarunt: & cur amabo, quod alijs laudi, mihi in convitium vertetur? Scripsit Marsilius Ficinus Medic. Florentinus *De magia & Magis qui Christum adoraverunt*: *Theologiam Naturalem*: *Theologiam Mysticam Dyonisij Martyris*: *De Vita Celitus comparanda &c*: Nicolaus Biesius Medicus Gandavens. *Libros* 4. *de Opinionum varietate contra Hereticos sui temporis*. Guilielmus Ader *de Ægritudinibus Evangelicis*. Iulius Cæsar Scaliger Medic. Castroripens. *Lib*. 8. *de Sapientia & Beatitudine*, *quos Epidorpidos nominat*. Nicolaus Massa Med. Venet. *De Immortalitate Animæ*: *De Mundi Creatione*: Anthonius Musa Medic. Ferrariens. *Vitam Iesu Christi cùm interpretatione Paraphrastica* 4. *Evangelistarum* Adrianus Iunius Medic. Hornanus. scripsit. *Anastaurosin*, *sive Paßionem Servatoris nostri Iesu Christi*. & *de Paßionis Dominicæ Die* scripsit Paulus Mid-

del-

delburgius *Libros 19. ad Maximilianum Cæsarem.* Franciscus Vallesius Regis Hispan. Archiater *De ijs quæ scripta sunt Physicè in Libris Sacris*, Scripturæ scilicet. Bernardinus Tomitanus Med. Pata. *Paraphrasin sive Comment. in Matthæum.* Vincentius Moles Med. Hisp. *Phylosophiam Sacram de Sacrosancto Corpore Christi.* Ioannes Georgius Grossius *Compendium Medicinæ ex Scriptura Sacra desumptum, nec non ad eandem rectè intelligendam accomodatum.* Levinus Lemnius Medic. Ziriczeus *Explanationem fecit similitudinum quæ ex fructibus, Herbisque Sacris in Biblijs desumuntur.* Collius, Chiffletius & alij. Quare nec Invidorum sibili, nec Calumniantium maledicta me ab instituto meo revocabunt, vtilitate materiæ, & scribendi necessitate timorem exprobrationis evincente. Sed nominati fortè, & Theologi fuerunt & Medici? & ego Animæ saluti antea, quam Corporis intentus, Theologiæ fastigium ad gradum aliquem vsque ascendi, in quo stitit me Medicina, nunquam ab eo deturbavit.

Quod vtilitatem huius operis concernit, si Medica ad Sanitatem Corporis, si Iuridica ad Bona Temporalia conducant, quid de his dicendum, quæ salutem Animæ tangentia, palantibus, ac erroneè vagantibus ingenijs metam, modumque statuunt, & scrupulosorum, anxiorisque Conscientiæ Animum ponunt in tranquillo? Quod ad necessitatem attinet, cum Medicinæ Rhadamanti, & Scientiæ huius conditores sive Græci, sive Arabes, omnes Ethnicismi labe fuerint infecti, quam multa, putas in scriptis eorum invenies, quæ Romanæ Fidei Dogmatibus contradicunt? quorum Libri tamen, tum ob variam doctrinam, tum propter Sermonis elègantiam à *Concilio Tridentino* legi permittuntur, & quidem rectissimè, etenim nec de herbis quæritur, qua terrâ, vel cuius Hortulani curâ & cultura adoleverint, dummodo vim habeant sanativam..... quoniam fas est ab hoste doceri, scri- **Catalog. Libr. prohib. reg. 7.**

 bit

In Epist. bit *Petrus Blesensis.* Præterea dum *Cornelius Agrippa* ,
Theophrastus Paracelsus diabolicam suam Magiæ Artem p
omnem Germaniam, tam superiorem , quam inferiore
dissemin̄ant, perniciosissimam messem, virulentam ziz
niam, *Villanova, Wierus, Cardanus , Petrus de Abano , He
montius*, huiusque farinæ Medici, collegerunt in horreun
ita vt Corporis sanitatem famentes , Mortem invenian
sempiternam, quia inter licita quæ iam, & salutaria Co
poris Medicamina , dolum Animabus struunt , ideoqu
Doctrina per malos, Palmes in sæpe , Botrus inter spina
Super. Ioann. cauté legi deberi, suadet Augustinus , *Ne dum quaris fr
ctus , laceres manum, & quum audis bona dicentem, ne imiter
mala facientem.* Nihilominus quandoquidem tam exceller
tes fuere in Arte, quam à fide alieni in Corde , Medic
necessarij facti sunt , ita vt non liceat totam cum pericu
lo doctrinam eorum omittere , sed in illis id faciendu
esse, quod iussit Deus in Muliere captiva fieri , vt à Iu
dæis in vxorem duci posset , docet nos *S. Hieronymus* : S
Deuterono cap.21.12. Epist.146. ad Damas. quid in eis vtile reperimus , inquit , ad nostrum dogm
„ convertimus ; si quid verò superfluum , de Idolis , d
„ Amore (heroico) de cura sæcularium rerum , hæc i
„ Vnguium morem , ferro acutissimo desecamus. Deni
que à quo tempore recutiti Iudæi , vagabundi Ganeone
Impostores , & nefarij Agyrtæ in Medicinæ Republic
vel subdola vafritie irrepserunt , vel prava conniventiâ
Superioribus tolerati sunt, Divinissima hæc Scientia , de
ploranda Metamorphosi in Lanienam , in Veneficiun
transijt , & Abortiui boli , potiones Venenatæ , pocul
Amatoria , Superstitiosa collyria, Characteres Magici ,
nescio quæ Dæmonis inventa , ac personata Veneficia
vera & salutaria remedia ementita , ab incredulis assu
muntur.

Hæ rationes illæ prægnantes sunt , quæ præter vtilita
tem iam dictam, hæc, vel meliora scribendi necessitaten

im

imponunt: sed quibus? an Medicis? hi abscondita Theologiæ Mysteria non penetrant. An Theologis? hi ab externo Foro secreti, quamvis aliquatenus Iatriâ speculativa imbuti, quomodo, aut quæ in praxi aguntur ignorant. Itaque quandoquidem materia hæc quasi mixti Fori sit, tantum de vna, quantum ex alia scientia participans, vnus idemque sit oportet, qui duplicem hanc & Theologi, & Medici Personam effingat. Neque mireris, ait doctissimus *Gaffarellus*, si Theologus de Medicina (& vice versa) disserverit, scripseritque, cum nequidquam ita à proposito alienum sit, Theologiam cum medicina coniungere: illa siquidem Immortalem Animam, hæc Mortale Corpus curat, & contemplatur: vnde communis est etiam antiquorum opinio, Medicos tum fore perfectissimos, cum Theologiam suæ arti coniungerent, ita ille, & plura *Hieronymus Bardus* Medicus & Theologus.

Præfat. Medicin. Campanel.

Med c. Polit. Cathol.

Venerabilis è Societate Iesu Pater *Leonardus Lessius*, vir integritate Vitæ, & Stylo clarus cum in 22. D. Thomæ de Iure & Iustitia commentaretur, & iam ad Cambia, Societates, Monopolia, Vsuras & Interesse pervenisset, atque Artis Mercatoriæ fraudes, ac Negotiatorum tricæ, & iniustæ vafrities ipsi, vt Theologo, non satis innotescerent, Antverpiam se contulit, Mercatorum consortia & colloquia ambivit, ipsum Peristilium non solum adivit, sed frequentavit, nempe vt tractandi Methodum, & negotiandi Praxim à familiaribus suis edoctus, postea quid æquum, quid iniquum, quid iustum aut iniustum foret, cum fundamento scernere posset, & iudicare. Pariter ego, ex pari intentione divino studio aliquando incubui, Lycæa Theologica frequentavi, dum ægri permitterent, disputationibus tam publicis, quam privatis non solum interfui, sed etiam mea dubia proposui, vt discutiens argumentum veritatis nucleum separaret è paleis; ac tum demum calamo manum admovi, provocatus vtili-

litate materiæ, non honoris aculeo ſtimulatus. Aſt h
milis nimis, ac rudis Stylus eſt? rei intento facile verb
rum venia conceditur, & *Imperita tantum multitudo, q*
De Princip. Dialect. cap 7. *ornatè dicitur, etiam verè dici arbitratur* ait *Auguſtinus.* S
operosè nimis Auctores coacervo, lectorem cum tæd
Serm de omnib. in init. non ſine ſuperbiæ ſuſpicione interrumpens? Doctor
Mellifluum imitatus, *Non opinionis propriæ coniecturas,*
Divinorum librorum ſequor Aucthoritatem, Adeoque Di
dentiæ potius nuncupandum, non Oſtentationis indiciu
Sed & opiniones propono proprio in cerebro fabricata
Lib. de audiend. Poët hoc me docuit *Plutarchus: Oportet*, inquit, *non timidè,*
ut in templo, omnia Horrere, omniaque ſuperſtitiosè rever
ſed ſumpta audacia conſueſcere, de eo quod decet & rectum
liberè pronuntiare? Sed particularem ſententiam contra
lios ſuſtineo? fateor, quamvis hoc rarò, & donec n
lius edoceat, quod neque ipſum Imperatorem improb
L. 1. §. Sed neque C. de vet. Iur enucl. re, fidem faciunt hæc eius ſcripta, *Neque ex Multitud*
Aucthorum quod melius, & æquius eſt (ſemper, *iudicatur,*
poſſit Vnus forſan, & deterioris ſententia, multos & maiores
aliqua parte ſuperare. Vt vt eſt, ſi hæc materia nimis vaſta f
rit & profunda, quam vt à me totaliter exhauriri poſſ
deploranda intellectus mei exiguitas, non culpanda:
noſce alijs ſtudijs intento: ſique minus bene me interd
expediam, vel idem fortè hic dictum alibi referam
cuſa functione officij mei, hoc eſt Medicinæ praxeos,
peditum: quod potui, ſaltem facem prætuli, viamq
demonſtravi, æmulatores futuros ſpero, emendatores
mabo, ampliatores exopto.

ELE

ELENCHVS

Quæstionum omnium Quæ in hoc opere agitantur.



PARS PRIMA.

Continet Quæstiones Quinquaginta, Ad Medicos maximè pertinentes.

PARS SECVNDA

Continet Quæstiones 24.

Alias à Medicis personas concernentes.


BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1896

IN VENTILABRVM
MEDICO-THEOLOGICVM
CLARISSIMO DOMINO
COGNATO SVO
MICHAËLI BALDVIN

ROMA sui laudet Medico-Legalia *Pauli*
Zacchiæ, quæ Ingenio Eloquioque valent:
Sed nos Brabantos Romanis cedere nunquam
Vidimus, Ingenio sive opus Arte foret,
Ille suos velat tenebris ex arte labores,
Hic aperit clausum quidquid erat tenebris.
Et quæcumque docet libro BALDVINVS in isto
A nullis vnquam scripta fuere viris.
Dextere nam MICHAËL componens sacra profanis
Nobiscum Medicum comprobat esse Deum.

Accinebat Cognatus GVILIELMVS
MARQVIS LAZARI *fil. Medicus Antverp. Pension.*

AD CLARISSIMVM ET EXPERTISSIMVM

DOMINVM

MICHAËLEM BALDVINI

Medic. & Phylosoph. in Vrbe Antverpiensi Doctorem Pensionarium, Anatomiæ & Chirurgiæ Prælectorem

SVVM VENTILABRVM

MEDICO-THEOLOGICVM

LVCE DONANTEM.

CVr quæso nostram volitans pennata per Vrbem
  Fama replet raucis sydera celsa tubis?
Cur promit (dicto quia murmure cornua strident)
  Lætitiæ sacro Pallas ab ore sonos?
Est Dea Bellipotens, Bello recreatur: an ergo
  Per Martis rabiem sanguis vbique fluet
Pax erit & bellum, sed Pax tranquilla Triumphum
  In belli bello tempore fausta feret.
Est oblectantis BALDVINI causa Palestræ
  Pulchras dans rixas dexteritatis ope.
Namque odio frendent miti Latonia proles,
  Nymphaque Iustitiæ, Castalidumque Deæ.
Illa, quod exponat rectè obuia Dogmata Iuris
  Ista quod in Medica sublevet Arte malum
Turbaque Pieridum quod carmina crebra citentur:
  Scripta sibi in primis esse sacrata volunt.

Id,

Id, quia cantabit vestros Antverpia Libros
  Voluet & assidua, vir bene docte, manu.
Id, quia consilio es, nec tantum nomine prudens;
  Ac quanam promptam Patria sentit opem.
Pro qua stat ratio, sit in alta mente repostum:
  Iudicium Paridis Pallados arma luit.
Concordi potius plausu compacta coronent,
  Et Divis sapiat pacis Oliva choris.
Vt hic dum Lachesis scindit tua stamina vitæ,
  Floreat in mundi nominis ore decor,
Hoc exopto tibi Fraterno obstrictus amore,
  Sic properent votis Astra favere meis.

SCRIBEBAT

I. I. VAN DIEPENBEEC
I. V. Licentiatus.

QVÆSTIO I.

Vtrum Medicus suâ arte valeat quidquam efficere?



Mpugnatur 1. Sicut omnis morbi permissio, ita & *A Deo est omnis medela*, nā *Ipse vulnerat, & medetur, percutit & manus eius sanabunt*: & alibi Medicos preteriens, se ipsum in ægritudine mandat invocari: *Fili in infirmitate tua non despicias te ipsum, sed ora Deum* (non dicit: adi Medicos) *& ipse curabit te* & hoc præceptum Sancti viri, & Prophetæ secuti, dicunt Psalmista Regius: *Miserere mei Domine* (Deus, non Medice) *quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.* Item *Psalm.* 37 &c. & Ieremias Propheta: *Sana me Domine* (Deus.) *& sanabor*, & reliqua: sed si Medici sua arte valerent quidquam efficere, non esset necesse ad causam primam, & supernaturalem recurrere; ergo Medici nihil videntur posse efficere in restituenda sanitate.

Iob. 5. *Ecclesiast.* 38. *Psalm.* 6. *Cap.* 17.

2. *Statuit Deus cuique suos terminos, quos nemo preterire poterit*, sed à morte eripere, sive prolongare vitam, est eius terminos preterire, quod fieri nullo modo potest, ergo Medici, nec vitam possunt prolongare, nec à morte quempiam eripere. *Iob.* 3. 14.

3. In statu naturæ integræ quidem tales frutices, plantæ, & herbæ erant, quarum (quod de arbore vitæ, scriptum est) *fructus erant in cibum, & folia in medelam*, post peccatum autem efficax illa, & innata vis medicaminum, paulatim defecit, & terra quasi præ senectute effœta, tam valida & vigurosa non profert, ut morborum insultibus queant resistere, sicut patet ex verbis *Esdræ* versib. 52. 53. 54. 55. lib. 4. cap. 5. atqui sine his nihil Medicus potest. Ergo

Ezech. 47.

4. Videtur quod Dominus Deus medicandi scientiam, & naturalem se contra omne noxium defendendi instinctum, & artem quam bestijs, brutisque animalibus indidit, ipsis hominibus subtraxerit, dicit enim in terminis D. Chrysolog. *Omnem creaturam armatam & munitam creavit, non hominem, ut necessitate infirmitatis coactus, semper necesse habeat Dominum suum requirere.* *Sup. Cap.* 7. *Matth.*

Sed Contra est illud Ecclesiast. Cap. 38. *Da locum Medico, etenim illum creavit Dominus, & non discedat à te, quoniam opera eius sunt necessaria.*

CONCLVSIO.

Omninò Medici, Divinâ sic dispensante gratiâ, possunt infirmitatibus succurrere, morbosque propellere.

Sicuti homo Deus visibiliter nobiscum aliquando versatus, in persona, per se, propriæque manus attactu leprosos mundari, febricitantes rectè valere, cæ-

cos videre, & mortuos etiam fecit reviviſcere: ita alias non immediatè, aut per ſe, ſed re quâdam inſtrumentaria intermedia, eadem miſericordiæ opera exercuit, ne homines minus intelligentes corporalem eius præſentiam falsò opinantes eſſe neceſſariam, ipſo iam gloriosè in cœlis elevato, de ſalute ſua tam corporali, quam ſpirituali deſperarent, ſed Creatorem per creaturas, in hominibus

Marci. 5. Deum, & ex naturalibus ſupernaturalem virtutem agnoſcerent. Iairus Sinagogæ Princeps corporalem Chriſti manuum impoſitionem neceſſariam exiſtimans, de divina eius potentia non niſi vulgariter inſtructus, filiam amiſit, igno-

Matth. 8. rantiæ ſuæ quaſi pœnam luens: vbi ècontra *Centurio*, ſuper vniverſum Iſraël extollitur, quod hic, & manuum eius impoſitionem humiliter declinaret, & vel verbum volatile, aut quodcumque inſtrumentarium ***Brachium***, ***in*** quo ipſe ***potentiam feciſſet***, ad Paralyſim perfectiſſimè ſanandam, abundè ſufficere intellige-

Ibid. ret: ***Et ego habeo ſub me milites***, inquit, ***& dico huic: vade, & vadit, & alteri veni, & venit, & ſervo meo fac hoc, & facit.*** Quaſi dicat: non ego de omnipotentia tua Domine tam malè fiſus ſum, vt ſphæram activitatis eius, non vltra corporis tui vmbram extendi credam: vbicumque divina virtus eſt, Deus eſt, qui Angelos ſuos habet adminiſtratorios ſpiritus, Apoſtolos tanquam de latere legatos, aliosque Sanctos, & iuſtos Domino Dominantium famulantes, per quos tanquam per aquæ ductus, fons vitæ ad nos ſanativam gratiam rivulatim deducit, & miſericordiam ſuam pro benigniſſima erga miſeros voluntate diſpenſat. Ita Chriſtus Abagaro Regi, ſanitatem ab eo flagitanti, reſpondit (ex Niceph. &

Sub fin. lib. 1. Euſeb.) ***Cum aſſumptus fuero, mittam tibi aliquem ex diſcipulis meis, qui curet agritudinem tuam, & vitam tibi, & his qui tecum ſunt, praſtet***: & hoc poſtea ***Thadaeus*** (qui ***Iudas*** in Evangelio dicitur) Thomæ Apoſtoli iuſſu in actum reduxit. Nec Medicos non eſſe Apoſtolos, non iuſtos omnes refert, cum principale agens, quamcumque viliſſimam creaturam, etiam ad divina opera elevet, tanquam inſtrumentum indifferens, vt vel ſic incredulis abſolutam ſuam independentiam manifeſtet, nulloque alio indigere, ipſe enim eſt qui ſolus dicere poteſt: ***Ego occidam, & vivere faciam, ego percutiam, & ego ſanabo***, Hoc eſt tan-

Deuter. cap. 32. v. 39. quam cauſa principalis & primaria, quamvis cauſis ſecundis ad ſimilia, tanquam inſtrumentis, vti decreverit, quæ cum poteſtate ipſis in illum finem delegata (vt ita loquar) ſuppleant eius vices, ad quas per conſequens, poſt Deum, eiuſque gratiam invocatam, vnicuique licitum eſt recurrere; quod contra doctrinam Anabaptiſtarum eſt, qui dicunt Aſam Regem propter vſum medicinæ reprehendi, quod falſum eſt, ſed in eo erat reprehenſione dignus, quod Deo ipſi, Medicos, (hoc eſt, operanti principali, inſtrumenta) prætulerit, nunquam culpandus, ſi Deo ſe reconcilians, ſpemque primam in illo collocans, viam or-

2. Paralip. 16. dinariam ingreſſus, poſtea Medicorum operâ, tanquam Dei beneficio vſus fuiſſet, dicit & ſcriptura: ***Nec in infirmitate ſua quaeſivit Dominum, ſed magis in Medi-***

dicorum arte confisus est: quod peccatum tunc erat tam obvium, vt Ptolomæus Phyladelphus Ægyptiorum Rex, qui trecentis annis vixit ante Christum natum, maximo cum Medicorum damno, vltra trecenta volumina Salomonis, æternæ sapientiæ spiritu dictante, conscripta, combusserit: *Disputavit* enim *super lignis* (ait textus sacer) *à Cedro quæ est in Libano, vsque ad Hyssopum quæ egreditur de pariete, & disseruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus.* Quippè cum hic Ptolomeus 72. Senioribus Iudæorum in Ægyptum accitis, totum vetus instrumentum ex Hebraica, in Græcam linguam transferri curasset: vti *Aristæus* refert, qui præsens erat, tam multa remediorum secreta, Herbarum virtutes, & infallibilia, libris Salomonis vt diximus, medicamina contenta populo suggessit, vt ægri de Domino suo neutiquam cogitantes, ad Herbarium hunc Regium, tanquam Asylum recurrerent, proprijs arti suæ, & scientiæ, non beneficio Dei sanitatem adscribentes, cuius abusus occasionem, cum se per hanc translationem populo dedisse Ptolomeus scrupulosius veretur, revocavit amplissimum beneficium, librosque medicos vulcano devorandos dedit; ita *S. Anastasius Episcopus Nicenus*, ex doctrina *Eusebij & Pamphilij*, qui tamen hoc ab Ezechia (sicut alij ab Eleazaro) id factum refert, non quod medicinalia illa mala ex se essent, sed eorum translatio perversi abusus occasio, sibi ipsi laudem, non Deo gloriam tribuentis, quod idem *Isaia* locus supra citatus, & nihil aliud, insinuat. Hæc rationem olim suggesserunt *Plinio* hoc modo conquerenti cum Tertulliano: *Muta animæ & irrationales medicinas sibi divinitus attributas in tempore agnoscunt, hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abijcit ad vagitum statim & ploratum*: Nempe vt infirmitatem præ ceteris animalibus considerans, nec remedium inveniens erubescat, quique divini præceptoris rudimenta demeruit, discat iam bestiarum discipulus, nihil prorsus creaturam per se ipsam, cuncta vero per ipsum habere, *per quem omnia facta sunt, & sine* quo *factum est nihil.* Qui Dictamnum Cervo, Cani gramen, feli Calaminthan, hirundini Chelidoniam ostendit, hunc requirant; Qui Hyppopotamum venam secare, Ægyptiam avem vomere, Leonem per simiam purgare, Arduam enema inijcere docuit, illum accedant cum humilitate qui scientiam dat parvulis, à quo, & per quem sunt omnia. Ex quibus colligitur, illos qui piè Medicorum operam implorant, in Isaiæ sensu etiam *Dominum requirere*, non secùs ac ægræ animæ dum sacerdoti se ostendunt, spiritualem medicinam efflagitantes, Dominum suum in confessario requirunt, cui data est solvendi, & ligandi potestas. Quandoquidem ergo tota scientia, & ars quâ Medicus pollet, & virtus quâ prædita sunt simplicia à Deo sint, ac per consequens omnis medela, qui Medicum & naturalia remedia querit, Deum querit; qui, vt mox dicemus, plerumque etiam naturalia adhibendo sanavit, uti preter alia ex isto *Tobiæ 5.* clarum fit, ubi Angelus Raphaël seniori Tobiæ respondit: *Forti animo*

4. Reg. 4.

In histor. de hac ipsa re.

Lib. quæst in sacr. scrip. q. 39

In Proëm. lib. 7. lib. de penitent. fin.

S. Hieron. in 7. Cap. Eccles. S. Amb. lib. 6. hexam. cap. 4.

Tob. c. 5.

esto, in *proximo est vt à Deo cureris*, nam quamvis filius oculos eius aperue
felle piscis illito, ideo nihilominus à Deo est, quod fel huius piscis (Callionym
hanc mundificativam vim habeat, quodque fellis virtus Angelo, Tobiæ Iunio
& nobis posteris innotescat, totum à Deo sit, qui sicuti causæ causa est, ita
causati. Quare *S. Ieronymus* locum Isaiæ supra citatum explicatione illucidan
Lib 8 in Isai. dicit hic condemnari fabulas Poëtarum, qui ab Esculapio iactant Vrbiciu
(Virbium) suscitatum. Non solum hoc autem de mortuis, sed de omni i
firmitate dicendum est, quod absque Dei misericordia nihil medendi ars vale
Psal. 126. Sed quo modo? *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt q
ædificant eam: nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam*
sic, nisi Dominus languorem curaverit, in vanum laborant Medici qui cupiu
sanare languentes. Nisi Dominus custodierit sanitatem, in vanum custodiun
qui etiam præcepta custodiendæ salutis proprijs edunt libris, unde semper c
Psal. 108. cendum, non solum in corporis, sed etiam animæ sanitate: *Benedic anima m
Domino, qui sanat omnes languores tuos.* Hæc *Hieron.* Ideo ipsemet clamat
Matth. cap. 11. Euangelio: *Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*; quo
sive per ipsum miraculosè, sivè per alium naturalibus medijs fiat, ipsi totum d
bemus, qui & per asinos loquitur, per Prophetastros veritatem dicit, & p
Ethnicos sanationis donum distribuit. Si Jobum vlcera pessima sua testâ
Iob. 1. cap sterquilinio radentem interroges: Quis te percussit? non dæmonem assignab
non Sabæos aut Chaldæos, non ignem, aut ventum, sed ait: *Manus Domi
tetigit me.* Si rursum petas, quis te sanavit, divitias tuas duplicavit? *Dominus d
dit, Dominus abstulit, sit nomen* (tanquam iusti in adversis, in prosperis, tanqua
benigni) *Domini benedictum.*

Sed objiciet hic sciolus, Si medico nequicquam ampliùs quam inanimato in
strumento debeam, uti iam dicta omnia præ se ferunt, quid ab *Eccl.* illum hono
Cap. 38. rare cogor? audi responsum ab Ethnico *Seneca* similem cavillatorem his verb
Quæst. natural. lib. 2. c. 38 introducentem: cum sanitas videatur esse de fato (id est *Deo* Christianis) debetu
& Medico, quia ad nos, inquit, beneficium fati (Dei) per huius manus venit
vnde non solum ipsos Medicos honorare præcipit, sed & ipsorum remedia, u
à se creata revereri, *non horrere* vult *Sapientes*: ideoque illis Dominus Deus tan
Eccl. 38. simplicibus, quam compositis, met ipse est vsus hic nobiscum in terris degen
ut viam per remedia communia ordinariam posteris sterneret, hominesque se
paulatim, primâ subtracta, causis secundis assuefacerent, varijs medicament
iam in actualem usum redactis; alias sicut absque stercore hirundinis Tobian
excecare, ita & sine piscis felle ei poterat visum restituere: voluit juvenem i
Lib. de sacra Phylosophia. Evangelio cæcum nasci, sed non sine salivâ sanari, ut suus etiam naturæ ma
neret honor, ideo, quamvis nullis prorsus instrumentis indigeat, inquit Do
ctiss. *Franciscus Vallesius*, semper fere causis quibusdam naturalibus ad miracul

re

reperitur usus fuisse. Ex quibus errorem suum agnoscunt, qui nullam in rebus suis adhibentes operam, tantum Deum orant & obsecrantur, quem vident ne miracula quidem perficere, nisi rarissimè, citra vllam naturalium causarum admotionem, ne dum ea quæ naturalem habent providentiam: idque ab Apostolis Deique amicis fere semper observatum, ita *Lib. 4. Reg. Cap. 5.* Elisæus Naaman Syrum à Lepra curavit, septenaria in Iordane lotione. *Isaias* Ezechiam cataplasmate caricarum, & massa ficuum admota, *Tobias* piscis Callymachi felle &c: quæ ita expressè Deus fieri voluisse videtur, vt & Medicorum applicantium artem, & applicandorum remediorum virtutem extolleret. Noli itaque æger de extraordinario miraculo superbè præsumere, sed viæ ordinariæ te humiliter committe, *In infirmitate tua noli despicere te ipsum, sed roga Deum. Da locum Medico .... & non discedat à te, quoniam opera eius sunt necessaria*, qui si nullam prorsus sanandi haberet potestatem, vicesve eius per continua miracula supplere decrevisset, non dixisset in Evangelio *Male habentibus opus esse Medico*. Hæcque bene ab illis annotata velim, qui hunc errorem suum cum pertinacia tuentur quod vitæ nostræ finis tam firmiter prædestinatus sit, ut nec per libertatem arbitrij præveniri possit, nec humanâ arte industriosè differri. Deus quidem & Aucthor naturæ, non hominibus tantum, sed etiam animantibus vniversis, constituit veluti quemdam durationis suæ, atque periodi apicem, ad quem singula pervenire possent, si omnes occasiones fugerent, quæ interitum præcocem accersunt. Estque hæc sententia Nobilissi. ac perillustris Med. *Andreæ Lacunæ*. Cum enim hic vitæ cursus in singulis animalibus ab insito, vitalique humore proficiscatur, portionem cuius in prima generatione non omnia fuerunt parem sortita, meritò illa durabiliora erunt, cuius eius copia largior obtigerit, & contra vitæ brevioris, quibus humoris illius insit parcior, nam instar olei sese habet in lampade, circa quod unusquisque pro libera voluntate potest esse magis condus, ut præfixum sibi terminum attingat, vel magis pronus & prodigus, ut illum preveniat. Est itaque in singulis iam sua extrema dies, ad quam vtique pervenire, nisi optima victus ratione, possint, præfixa: quam quidem ut preterire nemini ab illis est datum, sic etiam ut illam consequantur solis contingit illis, qui præceptis Medicorum audientes, & temperatissimè vivunt, & fovere vapidum illum humorem, vitæ aucthorem, omnibus viribus conantur. Prætereà illi termini non tam irrevocabiliter statuti, ut nunquam de illis, qui de omnibus suaviter Deus, non aliter disponat: rapiuntur quidam ante tempus ne malitia mutaret intellectum, ne maior detur peccatorum occasio, & ita Anastasio Dicoro quatuordecim anni de vita eius immunuti. Deinde: *Novit Deus mutare sententiam*, inquit D. Augustin. *si tu noveris emendare vitam*, & sic Ezechiæ Regis vitæ quindecim anni adiecti de quibus plura *Augustinus* habet *lib. 14. de Civitat. Dei Cap. 24. Philo Iudæus, Iosephus, Abulensis, à Lapide comment in Cap. 6. Genes. Moles Phylosoph. natural. c. 12. dub. 12.* Franciscus Valesius *lib, 6. controvers. cap. 1.*

4. Reg. cap. 20.

Matth. 9. 12.

In Epist. dedicat. sect. 2. epitom. oper. Galen.

Tursel. epitom. lib. 6.

Ad Argum. 1. Resp. omnem medelam, & sanitatem esse à Deo primiti primario, & principaliter, tanquam à causa prima, omnium bonorum largi ce, quia autem non semper per se, immediatè, & supernaturaliter illam pro rare decrevit, simplicibus naturalem virtutem, Medicis *Altißimus sciemtiam* nandi dedit, per quas sunt id quod sunt, & possunt ea quæ faciunt, tanqu instrumenta eius qui omnia potest.

In Gloss. Ad 2. dico ex *Lirano* constitutionem termini vitæ dupliciter intelligi pos uno modo, pro vt est in ordinatione divina, & sic termini vitæ præteriri n possunt anticipando vel differendo, quia est infallibilis: Alio modo, vt est in ef ctu exteriore, in quantū ex naturalibus causis est periodus certa vitæ homi & in aliquibus maior, & minor secundum virtutem complexionis, & secund hoc termini vitæ possunt anticipari per malum regimen, gladium, vel ali occasionem, vini, aut crapulæ, & huic homini talem Deus exitum prævidit q dem, non præfinivit autem, cum ipsum suo in consilio, atque imperio vol tatis reliquerit. Vide aliam responsionem in *Canonbero.*

In Aphorism. Hypp. in prologom. Lib. de Phylos. sacra cap. 74. Ad 3. dico quod mundus suas ætates habet, secundum ordinationem di nam, illamque temporum rationem, quam Deus apud se habet, vti bene di *Franciscus Vallesius*, nullo autem modo secundum naturam, sicut cæteræ creatu habent, quippe ortus eius non fuit naturalis, neque futurus est eius interi Vnde fieri quidem potest, quod una, aut altera terræ particula longa cultu & assidua seminatione defatigata, aliquo modo langueat, & tamen tota te universalis, minimè: & per hoc forte fit, vt quæ hinc inde antiquitus adveh bantur medicamenta, nunc aliunde veniant, & è contra, at inde inefficacio esse, vel inde falsum esse comperitur, quod moderni Medici nunc multo ma illorum potentiam formidantes, magnam partem dosibus antiquis detraha Quoad *Esdræ lib.* 4. ille, nec etiam *tertius* canonicus est, nec à Theologis in sacros numeratus.

In Didasc lib. 1. Ad 4. Omni prorsus animali dedit Deus scientiam sanandi quidem, sed verso modo; bruta illam habent infusam, & naturalem, homines autem acq sitam, & artificialem. *Oportuit enim*, inquit Hugo, *ut illis quæ sibi prævidere n ciant, natura consuleret, homini autem ex hoc etiam maior experiendi occasio præst retur, cum illa, quæ ceteris naturaliter data sunt, propria sibi ratione inveniret. Mu enim magis enitet nunc ratio hominis, hæc eadem inveniendo, quam habendo cla isset.* Chrysolog. autem non loquitur ita de sanatione sui, quam bene defe sione externa, pro qua tauri cornua habent, canes dentes, cygni alas, &c: H mo autem armis vti debet arte comparatis, quibus tamen si rationem adiung qua præ ceteris est præditus, non est quod de sorte sua conqueratur.

QVA

QVÆSTIO II.

An Medico liceat optare, & rogare Deum vt multi ægrotent?

SI hoc Medico non liceret, esset ideò quod tali voto semper annexum sit detrimentum alterius, sed si ideò culpandum, magnam hominum partem damnabis, inquit Seneca, *cui enim* (petit) *non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellum optat, agricolam annonæ caritas erigit; eloquentiæ optat pretium litigantium numerus; Medicis gravis annus in quæstu est; institores delicatarum mercium iuventus corrupta locupletat; nulla tempestate, nullo igne lædantur tecta, iacebit opera fabrilis ..... omnium istorum tam nota sunt vota quam impunita:* quasi dicat, similia licere, cum hoc naturaliter fieri contingat, *Lib. 6. de benef. cap. 38.*

2. Non videtur esse contra charitatem proximi, quandoquidem ex morbis sepiùs multo plus emolumenti animæ, quam damni corpori accedat, nam *Dominus vulnerando afflictos* (inquit D. Gregorius) *electos suos ad salutem revocat, & dum ipsos affligit exterius, ipsos sanat interius*, ergo Medicus optando malum transitorium proximo, ut æternum evadat, non peccat contra charitatem, quin imo est opus misericordiæ, & meritorium. *Lib. 6. moralii. cap. 14.*

3. Licitè Medicus occasiones exoptat, in quibus potest exercere misericordiam, & pro beneficijs acceptis gratias reddere, sed commodiores haberi non possunt, quam proximo eius, aut amico ægrotante, ergo similia exoptare potest.

SED CONTRA facit illud D. Augustini: *Melius est vt nullus sit miser, quam vt tu facias misericordiam: qui enim vt faciat misericordiam, optat esse miseros, crudelem habet misericordiam: quomodo si Medicus, vt exerceat artem suam, optat esse multos ægrotos crudelis est Medicina.* Super Psalm.

CONCLVSIO.

Medicus proprium commodum licitè exoptat, rogatque, non alieni incommodum.

QVidquid sit de argumentis iam allegatis, quibus mox satis fiet, à peccato contra proximi charitatem nullo modo excusandus videtur Medicus ille, qui sub nudis istis terminis, pro vt in questione iacent, votum vel orationem instituens, commune proximi sui bonum, cum tam ingenti eius nocumento, suo proprio & particulari commodo postponeret. Quomodo enim ille divino præcepto non contraveniet: *Dilige proximum tuum sicut te ipsum,* qui mala, quæ ipsemet summopore detestatur: lucrum cessans, damnum emergens, dolo-

res,

res, anxietates, & mille alias pullulantes ex uno morbo afflictiones, proxin suo imprecatur? quæque sibi fieri non vult, alteri, si non fecerit, corde salte exoptaverit, & ideò fortè solum non nocet, quia commodè non potest. *Ne* *vt existimo de immanitate animi tui dubitaret* (verba sunt sapientissimi Senec *si apertè illi paupertatem, si captivitatem, si famem, ac metum imprecareris. At q* *interest, vtrum vox ista tua sit, an votum?* Proximè certè à se invicem apud Deu absunt, & ipsum malum iam factum & voluntarius in eum consensus & exo tatio, imo tantam hæc inter se habent connexionem, ut omnis imprecatio, illo quod exoptatur malo, suam speciem desumat & circumstantiam notabilit aggravantem, quamvis non opere ipso, sed *corde* solummodo perpetrato, à q *exeunt cogitationes pravæ.* Quæ cum ita sint, hinc & crumenimulgæ Medici, lucripetæ Chirurgi illi peccati sui gravitatem ponderent, qui silent præserva tia remedia, ut sanantia postmodum, cum maiore emolumento adhibeant, illa quidem non citò, ac compendiose, sed per ambages, & tardius applican ut curam extendentes, miseros lenta manu emulgeant, dum facili repulsion aut perspiratione forte annihilanda, ad Apostema gravius & frustraneam su purationem deducunt. Qui conversationem cùm contagio infectis (horresc referens experta) bene valentibus illis, aut parum male, procurant, quos ægr suorum operam imploraturos confidunt. *Quid de tali Medico iudicabis* (rog Tertullianus) *qui nutriat morbum morâ præsidij, & periculum extendat, dilatio remedij, quo pretiosius, aut famosius curet?* quasi dicat: Hi nequam illi sunt, q animabus suis, non solum mortalem noxam, sed & medicis omnibus notabile infamiam inurunt: qui vetus illud *Philemonis* scomma in se verificantes, adhu vulgi sese opprobrio exponunt:

Lib. 6. de benef. cap. 35.

Lib. de Resurrect.

Quis iste porro? Medicus. ô quam sese habet
Medicus male omnis, nemo si malè se habet.

Quasi vero & non illi essent præclari medici, qui rectè valentes, in bono su habitu conservant, & multos ab imminentibus malis præservant. *Malè de te ex stimas* ait Seneca, *si inutilis es nisi afflicto, si rebus bonis supervacuus ..... in omn vtilem te amico exhibere potes, adversa eius si nec deserueris, nec optaveris.*

Lib. 6. de benef. cap. 34.

Vnde longè aliter sese res habet, si Medicus pro se, familiaque sua sollicitu exoptet rogetue proprium suum commodum simpliciter; unicuique enim, no solum in genere, temporalem benedictionem, sed & in specie, & in individu emolumentum particulare à Deo petere est licitum, si nempe corporale ho bonum, nihil animæ saluti præiudicet. Neque refert petitioni huic, nisi cum te tij alicuius damno satis fieri non posse, cum omnis generatio, ut in Physicis d citur, necessario fit ex corruptione alterius, sed sufficit, hoc medici votum e sincera, & irreprehensibili intentione, non odio in proximum provenire; b na intentio & simplex, emolumentum & lucrum simpliciter; odium, proxi

cal

calamitatem exoptat: quare ex Senecæ admonitione *se quisque consulat, & in secretum pectoris sui recedat, & inspiciat quid tacitus optaverit.* Nam finalis eius scopus esse potest adhiberi, & vocari apud multos, ita vt tota eius intentio super exercitium proximè cadat, & directè; super ægritudinem autem proximi tam remotè, indirectè, & per accidens, ut per hoc vitiari non possit, uti contingit etiam hoc in casu, si v. g. quis Medicus votum suum hoc modo sua mente concipiat, aut verbis exprimat: vellem ex plurimis ægris & patientibus, multos habere qui mea operâ uterentur, imo quod magis est: (sepono hic semper omnem avaritiam, præsumptionem, ambitionem, similesque pravas animi passiones) opto quemdam hoc illoue morbo laborantem, me tanquam Medicum vocare, ut innotescat, me contra illum egregium, & secretum remedium possidere, atque ita mihi honorem inde, & emolumentum honestè acquiram: tales, inquam, nullo modo contrà proximi charitatem peccare iudico; est enim quasi hoc modo tacitè, atque implicitè apud se discurreret: quandoquidem naturalis rerum status, cursusque huius mundi ordinarius, ita se habeant, ut omni tempore homines infirmentur, ego opto à multis adhiberi in medicum: quod clarius ex eo fit, quod obvius hic humanitatis terminus non egreferatur à quoquam cui dicitur, opto occasionem tibi serviendi: quia hoc non est dicere opto te aliquo indigere, tale quid tibi contingere, à quo ut te expedias solus non sufficis &c: sed sensus huius est talis: rerum vicissitudo ita se habet, ut nulli homini omnia undequaque tam prosperè succedant, quin aliquando alterius operâ indigeat, quando itaque tibi accidet, à quo nemo liber est, tunc ego impendi exopto præ alijs, ut obligationem meam erga te, vel affectum, vel doctrinam ostendam, quod nihil prorsus in se mali involuit. In posteriore autem casu, ita morbus est obiectum voti, ut si per impossibile in alia re, quam corpore humano subiectari, vel extra subiectum inveniri posset, equidem gauderet voto suo, ex quibus patet nullo modo hic charitati proximi præiudicari. *Ibid. cap. 48.*

Notandum tamen quandoquidem similes preces, & vota oriantur ex solicitudine temporalium, illam debere esse tam moderatam, ne inde vitium contrahatur, quod triplici modo fieri posse docet *D. Thomas*, uno quidem modo ex parte eius de quo solicitamur, si scilicet temporalia tanquam finem queramus: alio modo propter superfluum studium quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quod homo à spiritualibus, quibus principalius inservire debet, retrahitur: tertio ex parte timoris superflui, quando scilicet aliquis timet, ne faciendo quod debet, necessaria sibi deficiant, & his absentibus, censetur solicitudo temporalium moderata & licita. Vnde nullo modo peccaret medicus ille, qui honesto lucro, statusque sustentationi intentus, hoc vel simili modo Dominum Deum rogaret. *22. q. 55. a. 6.*

Christe Medice omnipotens, verè Samaritani Archetype, & humanæ salutis amator, quasi parum foret te Medicis æternam erga proximum commiserationis mercedem post hanc vitam largiturum, ab omnibus illos honorari præcepisse, & muneribus regijs donandos iri promisisse: non substitit hic tua bonitas immensa, sed tantum beneficiorum in eos cumulasti, ut tanquam rerum divinarum agentes, cælestium donorum distributores, & omnipotentiæ tuæ quasi dispensatores illos constitueres; & hæc duo itaque inexhausta tua largitas adijciat, sine quibus creaturæ in æternum gloriā, nec ministri tui ulla possunt in hoc mundo existimatione gaudere: illuminetur quæso intellectus noster, & dignissimo hoc tam ritè fungamur officio, ut vel contra Dei Majestatem præsumendo, vel proximi charitatem negligendo, nullus unquam committatur error: deinde sicut à te mercedem dispensationis expectamus, accipiamus sustentationem necessitatis à populo: hoc est, media suppeditentur honesta, non suprà qualitatem, ne excessus illorum nos ad oblivionem tui fortè deducat; non infra statū nostrum, ne pretiosissima illa sanativa gratia per administrantium paupertatem apud vulgus evilescat: scio, non temerarium hoc votum meum, sed, nisi obicem inveniat, ipsissima hæc voluntas tua est: tua est enim omnis medela, nos accipimus donationem; tua omnis sanatio, nos inde commodum percipimus: manus tuæ operantur, nostræ remunerantur; & ne nobis solvant, qui tibi omnia debent, quasi nobiscum divideres; tibi omnis honor & gloria in sempiternum, nobis cedit totum temporale lucrum.

Hæc vota, similesque preces, tantum abest ut Medicis illicitæ forent, & indignæ, ut rei domesticæ eorum proficuæ futuræ sint, & apud Deum meritoriæ.

Ad 1. Argum. Respon. concedendo id quod in assumpto supponitur, scilicet non licere alicui damnum grave, expresè & directè proximo suo exoptare, & *Seneca* per Sarcasmum similia narrat, quæ expressis verbis postea condemnat aiens: *Quam multa sunt vota, quæ etiam sibi fateri pudet; quam pauca quæ facere coram teste possimus! in quibusdam civitatibus impium votum sceleris vicem tenuit. Demades certè Athenis, eum qui necessaria funeribus venditabat damnavit, cum probasset magnum lucrum optasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat.* Hæc Seneca, & Romæ Claudiam insontem crimine, impium votum subvertit, uti refert *Suetonius.*

Lib. 6. de benef. cap. 39.

Lib. 8. cap. 1.

Ad 2. Non difficile fore talem casum assignare, in quo argumentum allegatum locum haberet, v. g. si iuveni libidinoso, & fervore adolescentiæ indomito, infectio quædam venerea optaretur, ut peccati pœna coërceat, quem monitiones non mutavissent. Verum Medicum morbos desiderantem secundum omnem apparentiam, hunc sibi scopum non prefigere, omnibus constat; ita ut nobis omnia quæ Deus facit, dum nobis eius sapientia, mansuetudo

tudo, misericordia desit, nec animus noster tam purus, & omnis passionis sit expers, facere non licet, quia *ipse* ait Augustinus *novit de malis bona facere*, unde morbos & calamitates suo proximo apprecari, semper invidiæ, vindictæ, aut avaritiæ suspectum est.

Ad 3. dico Seneca, se illa ipsa sua verba ad mentem nostram in corpore explicatam, intelligere, tam in præcedentibus eiusdem libri, quam sequentibus capitibus, clarè demonstrat his verbis: *I nunc, & hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem faceret. Quis Pium dicet Æneam si patriam capi voluerit, ut captivitate patrem eripiat?* & alibi: *vide quam sis æquus, horum optares nihil, si tibi beneficium non dedisset, ut alia taceam quæ graviora committis, pessima pro optimis referendo*: & maximè ad propositum nostrum Cap. 36. *Gravissima infamia est*, inquit, *Medici, opus quærere, nempe ut aut ægri multi, aut magis ægri sint.* Cap. 36. Cap. 40.

QVÆSTIO III.

An Medicus possit uti Veneficijs, & Superstitionibus.

ARgu. 1. Sternutantes salutare (quod etiam Tiberium Cæsarem tristissimum hominum in vehiculo exegisse tradunt) & primum anni incipientis diem lætis præcationibus invicem faustum ominari, inter superstitiosa numerantur à *Plinio*, atqui illa apud nos, non solum licita, sed in usu quotidiano sunt, & in neutro foro prohibita, ergo superstitio est licita. *Lib. 28. cap. 2.*

2. Ipsum Christum Dominum aliquando usum fuisse præstigijs, refert *Michaël Medina* de Nabuchodonosore, nam circa eius corpus, inquit, figuram bestialem composuit, vel ita organa visus aspicientium alteravit, ut illis tanquam bestia representaretur: Et *in vita S. Felicis Nolani* legitur, quod Christus oculos, illum ad necem querentium, ita prestrinxerit, ut locum in quo latebat, putabant aranearum telis impletum: atqui Christus ait: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci & vos faciatis*, ergo præstigia, fascinationes, & similia sunt licita medico. *Lib. 2. de recta in Dei fide.*

3. Medicina est scientia licita, sed Medicinæ aucthoritatem permittere anilia incantamenta tradit *Ammian. Marcellin.* & patet ex pluribus tum antiquorum, tum moderniorum Medicorum scriptis: *Nicolaus Mirepsus Alexand. Medicus, Pindarus* in Pithijs, varias morborum adiurationes serio referunt, uti & *Petrus Aponensis, Ioannes Wierus, Arnaldus à Villa-nova, Ioan. Baptista à Porta Wecherus, &* nupertimè *Helmont*, ergo Medicis licitum est illis vti. *Lib. 16. hist. rom. In secti. de antid. antidot. 405 oda 3. stroph. 3.*

4. Constantinus Imp. *Lege 4. ad Bassum, C. de Malefac. & Mathemat.* illa concedit ut licita, si in ordine ad sanitatem adhibeantur, dicit enim: eorum scientia est punienda, & severissimis meritò legibus vindicanda, qui magicis

accincti artibus, aut contra salutē hominū moliti, aut pudicos animos ad libidi deflexisse, detegentur; *nullis vero* (nota) *criminationibus implicanda sunt rem dia humanis quæsita corporibus &c:* Preterea extat diploma Nicolai V. Pontifi eam in rem Episcopo cuidam Germaniæ concessum, ut videlicet ex duob malis, fugiatur maius: atque his dictis sese conformare videntur plures i signes tam Canonistæ quam Jurisprudentes, quales sunt *Ioan. Duns Scotus*, *A Bononiens. P. Grillandus, Malvetius, Ærodius &c:* Ergo magica remedia sunt lici

5. Salomon Sapientiâ replebatur divinitus infusa, sed ipse, teste *Iosepho*, inca tationes composuit quibus morbi pelluntur, quod etiam asserunt *Origines h mil. 35. in Matth. Epiphanius* & alij, diciturque liber ille *Clavicula Salomon* ergo magicæ morborum curationes sunt licitæ.

Lib. 8. antiquit. Iudaci. cap. 2. *In haraes Ebionitar*

6. Tunc Theologi superstitionem subesse sentiunt, quoties aliquis tent quidpiam efficere per ea, quæ neque per se, neque naturali virtute sua tal possunt producere effectus; sed Deus ipse talibus uti aliquando docuit, quand iussit pulverem de pavimento tabernaculi assumptum, cum aqua sancta mi cere, & zelotipiæ fieri adiurationem; tales enim res non erant ad hunc effe ctum à natura ordinatæ, non magis quam lutum ex terra, & saliva confectum ad recuperandum visum, ac per consequens erant superstitiosæ; & tamen Deo adhibitæ, ergo & à nobis illa adhiberi possunt.

Num. 5.

Cap. 8. Sed Contra faciunt illa verba Ieremiæ Prophetæ. *Quare me ad iracundia concitaverunt ..., in vanitatibus alienis .... Nunquid resina non est in Galaad aut Medicus non est ibi? quare igitur &c:* etiam *Ius Ecclesiasticum. C. si qu Episcopus, C. non oportet. C. Si quis Clericus huius 26. q. 5. Cap. ex tuarum de Sortileg.*

CONCLVSIO.

Nec Medicus, nec ullus mortalium uti potest veneficijs, Theurgiâ, Goëtiâ, Superstitionibus &c:

SVperstitio, de qua hic in genere, in sequentibus autem agemus in parti culari, nihil est aliud latè sumpta, quam falsa quædam religio; cumque vera religio virtus sit qua debitum Deo cultum præstamus, falsa illa erit, qua redditur indebitus; idque maximè fit duobus hisce modis; unus quidem est, quando cultus aliquis divinus ei exhibetur, cui exhibendus non est, & eo te stantibus *Livio*, *Tacito*, *Seneca*, *Lipsio*, *Rosino*, alijsque, tota gens Romana olim fuit ita infecta, ut *Alexander ab Alexandro*, vir in antiquioribus monumentis versatissimus, exclamet: piget referre Romanos tunc rerum Dominos, qui- bus fœdera, leges & sacra exteris dare nationibus, imperium fuit, quanto

Lib. 6. genial dier. cap. ult.

in

in errore; & tetra caligine versatus fuerit victor ille gentium populus, & totius dominator orbis, omni superstitione obnoxius, Iunones, & Genios quotidie sibi ascíscendo, & nova numina adoptando.

Alius modus est, cum tantum in modo colendi peccatur, & hic quoque *D. Thomæ* binus est, vel enim vero Deo exhibetur cultus falsus, uti Iudæi adhuc modo veteris legis offerendo sacrificia, & hoc est mortale delictum, ad quod reducitur & illud, dum quis promiscua ligna, & ossa, pro veris S.S. Reliquiis supponit, (uti bene notat *Navarra*) aut imagines miraculosas lucrandi, vel decipiendi ratione mentitur. Vel exhibetur Deo cultus superfluus, nempe qui ordinariæ Ecclesiæ ceremonijs, & consuetudini superadditur, & hoc (modo contemptus absit) ex doctrina Doctoris Angelici, & discipulorum eius *Caietani, Valentia, Sanchez &c*: tantum veniale peccatum est. De qua autem hic nos maximè agimus superstitio, illa prioris modi est, quâ nempe cultus exhibetur, cui exhibendus non erat; atque hæc quinque diversas sub se species continet *Idololatriam* nempe, *Magiam*, *Vanam Observantiam*, & *Maleficium*.

q.63.a.1.

Cap.17. n.169.

q.93.a.2. ibidem.

Prima specie Romanos infectos fuisse diximus, parumque ad rem nostram pertinet.

Magia vero, vel naturalis est, nihilque aliud, quam scientia illa, quæ Latinis *Maum sapientia*, Græcis *Chyrosophia* dicitur, mira quidem, sed causis tantum naturalibus, non ope dæmonum perficiens, de qua videri potest *Pererius*, *Lessius*, *Victoria*, & fusè simul, ac curiosè *T. Garzoni da Bagnacavallo*. Hanc tanquam in utroque foro licitam præsupponentes, transimus ad illam quæ verè superstitiosa est, & secundum *D. Augustin.* Ratio agendi mira auxilio dæmonum, per signa quæ ipsi dæmones instituerunt; de qua diabolica, & omni Christiano detestanda scientia, hic nobis parum amplius discurrendum.

Lib.1.contra fallac. art.lib.2. de iure & iust. c.44. Relect. de magia nel serraglio de gli stupori del mondo. lib. 2. de civit. Dei cap.6.

Sciendum in primis quod peccatum (superbiæ quo cœlis deturbati) non abstulerit à Dæmonibus bona naturalia, dicit *D. Dionysius*, vnde res omnes, naturali Angelicæ cognitioni subiectas cognoscunt, inquit *D. Thomas*, ita ut non interierit eorum angelica essentia, sed malæ dumtaxat propriæ voluntatis affectu degeneravit, accrevitque tam diutino tempore eximia, ac multiplex rerum observatio, & experimentali scientia usus insignis. Permagnæ itaque Dæmonem virtutis esse oportet, virium valentissimarum, calliditatis incredibilis, vafritiei mirabilis, sapientiæ Angelicæ, vigilantiæ summæ, artificij technas struendi perniciosissimi, paucis, nequitiæ infinitæ. Si per artes, inquit *Cesalpinus*, & prudentiam homo admirabilis est, in artificijs multis condendis, eo magis dæmon similia, & multo admirabiliora posse facere putandus est, quo est homine naturâ præstantior, & sapientiâ; hinc provenit, ut si aliquid deest, ait *Augustin.* si in angusto est anima, in inopia temporalium quærant auxilium

De divin. nom. vide Cap. nec mirum b. 26. qu. 5. q 16 a.6. Vide Petr. Ciruelo de nat. dæmon. Lib de invest. dæmon. In Ps.34

„ plerumque à Dæmonibus, arreptitios dæmonum volunt consulere, so„ legos quærunt: persecutores illi hostes invisibiles adierunt, intrarunt, „ pugnaverunt, captivaverunt, vicerunt dicendo: *Non est salus illi in Deo e*
Quem detestandum errorem non parum promovit impia illa impostoris *Pa-celsi* doctrina, nempe opem diaboli in medendo rectè implorari, neque ill subsidium ei, cuius creatura sit, posse displicere: ita ut cum *Ioan. Molano* n
Diar. Medic. facile in animum inducam, ad illum esse scriptam Epistolam, quæ sub *Era* nomine circumfertur; nisi quod hic per fabulam in colloquijs, velut per cum lusisse putetur, ille autem apertè rideat, & serio; quod tamen Chris nis Medicis nullo modo cedere debet in opprobrium. Tartari quidem, re
In convi. 7. sapi. rente *Plutarcho*, suos per incantationes sanabant: & Indi Magis, sagisqu ordinariè pro medicis utebantur, imò licitum esse, insinuare videtur *Plato*:
Strabo. lib. 5. diendus nobis magis *D. Augustinus* est dicens: *ad superstitionem pertinent* *mina magicarum artium, & ligatura, & remedia quæ Medicorum quoque* (no
Lib. 4. de Repub. *disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis quos* *racteres vocant, sive in quibuscumque rebus suspendendis, atque illigandis* ita *A*
Lib. 2. de doctri. Christ. cap. 20. gustin: unde quidquid de gentilibus nationibus, vanissimis Dæmonum idol latris fuerit (quorum ludibria, & superstitiosas fallacias apud *Lucanum*, *Ap* *ium*, *Varronem*, *Torreblancam*, *Lactantium*, *Eusebium*, *Polydorum* legere quis p test, ex quibus famosissimæ hæ sex magiæ species defluxerunt: *Necromant*
In 6. Pharsal. lib. 1. & 2 lib. 7. divin. ver. *Pyromantia*, *Aëromantia*, *Hydromantia*, *Geomantia*, de quarum aliquibus in pr gressu forte erit facienda mentio) nihil omnia ista contra (quibus hic loq mur) Christianos faciunt, nam & ab ipsis Ethnicis emunctiorum narium tis superque refutantur; hanc omnium artium fraudulentissimam *Plinius* e
Lib. 30. docet, miraturque illam anterioribus sæculis ita floruisse, quod ipse eo ev nisse existimat, quod hæc artium sola tres alias imperiosissimas humanæ me tis complexa, in se unam redegerit, hoc pacto: à Medicina indubiè om nium primo manavit, ac specie salutari irrepsit sanctior quam medicina, desideratissimis promissis (Plinium legitis) addidit vires religionis, ad qua maximè alligantur hominum mentes, post hæc miscuit Mathematicas ar (Astrologiam illam vafram) nullo non avido de se futura sciendi, atque è ca verissimè peti credente. Hinc illi famosissimi Magi, Aruspices, Divinatores, C
Lib. 1. de divin. culatores, qui, dicit *Cicero*, sibi semitam non sapiunt, alijs monstrant viam. morbo, num *Plato* etiam laboraverit? non dixero; nam apud ipsum inven
Lib. 11. de legib. mortis pænam dictatam ijs, qui incantationibus, ac similibus illecebris studen ac nocent; ita ut, non ab Aucthoritate Ecclesiæ solum, aut S.S. Patrum, sed & profanis aucthoribus magica hæc impostura, cum universa superstitionu machinatione, reprobetur, tanquam vanissima, vel soli dæmonis industria & calliditati insistens, qui cum per se operari medicinam non possit, nitit

occul

occulta (ait *Iansonius Gandav.*) remediorum naturalium applicatione, quorum vim omnem, non nisi à solo Deo dimanantem, in fraudem suffuratur, aut si quid aliud, non nisi mera Fascinatio est, & impostura. Vel enim effectus, iam per naturam, artemuè factos aliunde transumit (nam, ut habet *Tertullianus*, dæmones in momento sunt ubique, & totus orbis illis unus est locus) vel (qui secundus modus est) illos facit de novo, non quidem per se, & immediatè, sed occultè applicando activa passivis, & accelerando actiones earum cum sit peritissimus; vel denique sensus (quod frequentissimum) eludit, idque bifariam, uno modo proponendo sensibus vera obiecta, sed non qualia precisè apparent, ut cum ex aëre condensato apparere faciunt sciniphes, serpentes, ranas &c. Et hoc forte volunt cum *Augustino*, *Suarez*, & *Toletus*, dicentes, prodigia à magis Pharaonis effecta vera fuisse, negantibus alijs, videatur *Pererius*: altro modo ipsos met sensus impediendo, ne exteriora videantur, & hominum Phanthasiam, & Imaginationem ita movendo, ut quod revera, & à parte rei non existit, appareat. Vnde *Iamblichus*. Quæ fascinati imaginantur, nullam habent actionis & essentiæ veritatem; & Lactantius: *Præstigia magica nihil solidi ac veri ostentant, & eius artis peritia nihil aliud, quam ad circumscribendos oculos valet.*

In Apologet.

Lib. 20. civitat. cap. 18. Tom. 3. lib. 2. cap. 14 n. 7. lib. 4. instruct sacerd. cap. 14. lib. 1. advers. fall. art. cap. 16. lib. de myster. lib div. instit.

Vnde si aut olim, aut hodie adhuc inveniantur Medici, qui salutarem hanc artem, cum diabolica illa scientia confundunt, ipsi viderint, nobis constat illos, à Scholarchis suis, & medicinæ principibus, quamtumvis ethnicis, melius fuisse instructos. Docuit illos *Hyppocrates*, aliquos à Dijs immitti morbos, nec ab alijs, quam ab ijsdem esse petenda auxilia: & alibi: *Talia magica medicamenta, dicentes ac excogitantes, amplius quid se scire simulant, & homines decipiunt, proponentes his lustrationes, & purificationes, cum verba ipsorum, magna ex parte, se ad Deum, ac dæmonem extendant; atqui mihi sane non de pietate verba facere videntur, velut ipsi putant, sed potius de impietate, & quod Dei non sunt, pietasque & divinitas ipsorum impia est, & scelesta, velut ego docebo.* Ita Hyppocrates, & *Galenus* fraudes istas ut aniles fabulas, simulque præstigiaturas Ægyptias, ac Babylonicas prorsus reijcit, eoque nomine quemdam Pamphylum acerrimo lixivio perfundit, quod in colligendis Herbis Epodos, & libationes, atque thymiamata, nec non alias similes præstigiaturas nugaces adhibuisset: alibi ridet infantissimos Bamachij, & Cariachijri similis tenoris libros, quibus apud *Casaubonum* ad Danielem Tilenum, ac per illum apud posteros omnes, honorabilem hanc censuram, & encomium est promeritus, dicit enim: *Galenum vocari ἄθεον miror, virum tam assiduum in Dei sapientia prædicanda, ego illum eo maximè nomine dignum laude, & æterna prædicatione semper iudicavi.* Ex quibus, additis præclarissimorum virorum suffragijs, patet clarissimè, nullo modo esse Galeni, qui *de incantationibus* circumfertur *liber*, sed ipsi falso, & aucthoritatis tantum

Lib. de morbo sacro.

Lib. 6. de simp. medic. facult lib. 5. de compos. med. secun. loc. lib. de form. fat. lib. 3. 7. 11. & 17. de usu part. &c. Epist. 155

tantum conciliandæ gratiâ, adſcriptus. Eiuſdem quoque doctrinæ, preter
In diar. Medic. §.35. iam citata, ſe fuiſſe oſtendit *Hyppocrates lib. de Inſomnijs, lib. de probitate &*
neſt. Celſus *in Prologo ſuæ Medicin.* quibus motus *Ioan. Molanus* ait: Magi i
Medicos nunquam computati ſunt, niſi à paucis gentilibus & hæreticis, c
Lib. 3. method. ad prax. cap. 28. rum corda dæmon poſſederat: & *Heurnius*: Superſtitioſa medicatio nuſq
apud veram medicinam habitare debet, quæ nihil aliud quam noctua quæ
diaboli ad aucupia animarum.

Malitia autem ſuperſtitioſorum uſus ex eo manifeſta fit, quod omni
pacto cum dæmone inito, tamquam baſi innitatur; & ut gravitas horrendi
ius, quamvis familiaris hodie nimium, peccati innoteſcat, notan
hoc pactum vel eſſe explicitum, quando nempe quis per ſe, vel Mago, aut
nefica mediante, cum dæmone paciſcitur; vel implicitum, quando fit t
quædam dæmonis invocatio, nullo intercedente pacto expreſſo, & hoc o
rei ſuperſtitioſæ eſt ordinarium, & commune: quandoquidem tunc h
quædam applicare aggreditur, quæ neque ex ſe ipſis, neque ex virtute
pernaturali poſſunt ſimiles effectus producere; unde ſi quis inter opera n
ralia, & ſuperſtitioſa bene velit diſtinguere, advertat, ex communi The
gorum ſententia, implicitam hanc dæmonis invocationem, his potiſſin
modis fieri 1. dicuntur verba quædam ex ordinario inſtituto non ſignific
2. fiunt caracteres, vel figuræ ovales, quadrangulæ &c: 3. miſcentur
crypha quædam, falſa, & abſurda v. g. Chriſtum Dominum laboraſſe febr
&c: 4. apponuntur hypotheſes quædam & conditiones, ad ſimiles effe
planè impertinentes v. g. verba quidem bona, ſed hoc aut illo modo
ſcripta, tot folia iſtius herbæ, tali feſto, horâ &c: collectæ: quæ omnia b
& ſerio aniculis, mulierculis, & minus inſtructis illis hominibus inculca
qui ſacellum aliquod templumvè circumeuntes, vel circum D. Virginis, a
ve Sancti imaginem genubus repentes, nihil ſeſe impetraturos malè ex
mant, ſi id ter, vel tertio ter, .:. novies non fecerint, per quem erro
ſanctas ceremonias Eccleſiæ, piaſque conſuetudines in vanas ſuperſtiti
converſas, hæreticorum ludibrio exponunt; quare tales circumſtantiæ
numeri à diſcretioribus, & ſaniore doctrina imbutis, propter adſtant
infirmitatem, ad rudium inſtructionem, & vitandum ſcandalum, ſunt
mutandi, ne vim aliquam in hoc preciſè modo, vel numero eſſe ſuſpicen
nam in his & ſimilibus, invocatio illa dæmonis implicita conſiſtere ſolet,
Lib. de doctr. Christian. minem mortali delicto reddens obnoxium, niſi forte invincibilis ignora
excuſet: *& qui ſine ſalvatore* (docet nos S. Auguſtinus) *ſalutem vult ha*
non ſanus, ſed æger, non prudens, ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit
proinde omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ à Divinis, & Magis, vel ab ipſis
monijs in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda quam vita. Et eo

fere tenore loquuntur D. Thomas *q.* 92. & 93. 22. *q.* 46. *ar.* 1. 2. 3. & 4. D. Antoninus 2. *p. tit.* 12. *cap.* 1. Sanchez *lib.* 2. *cap.* 37. Reginald. *lib.* 17. *cap.* 14. Pererius *lib.* 1. *contra artes fallac.* Azorius *lib.* 9. *cap.* 11. Laurentius Ananias *de natur. dæmon.* Petrus Cirvelo, Martinus de Ales *libris de superstitionibus*, & alij quam plurimi, imo omnes.

Ita ut mirum non sit, detestabilem hanc scientiam à Iurisprudentibus, non solum Canonistis, etiam à foro fori excludi. *A Leone*, *Valentiniano*, *Valentio*, *Theodosio*, *Arcadio* Imperatoribus, quorum Legum severitas ex eo patet, quod etiam voluntariè penitentes, aut capite plecti, aut strangulari vellent; nec dissentit *Curia Parisiens.* in laudabili quodam decreto, iam inolitis quam plurimis superstitionibus opposito: legitur *Lex Longobardica in Cod. Leg. German.* eiusdem tenoris; uti & nupera *Caroli V. Imp. constitutio*, ut ex *Ammiano Marcellin.* & *Spartiano*, de gentilibus paganisque taceamus Imperatoribus, quarum *Caracalla*, & *Constantius* capitali supplicio in superstitiosos medicastros animadverterunt, & *Valentinianus* Maximum Phylosophum Ephesium insignem præstigiatorem occidit: *Claudius Espenaceus* præclara multa, quo valuit acumine (fuit hic Parisiens. Theologus) de Magorum præstigijs docens, Magiam & superstitiones proscribere, sceptri magis esse, quam styli, rectissimè iudicavit: bene tamen monent *Francisc. Torreblanca*, & *Ioan. Iordanus* valde cautè, & nullo modo præcipitanter in iudicijs illis esse procedendum, quos curiosus non illibenter legerit.

In novell. 65. l. 6.

Comment. 2. ad Timoth. 3.

Demonol lib. 3. de Magi. punit. in foro externo

lib. de eo quod est supernat.

Verum cum superstitio non simplex malum sit, sed virtute duplex, illicio gratum, & nequitiâ sua tam fæcundum, hinc bene colligunt *Antonius Perez*, & *Iulius Clarus* materiam esse mixti fori, atque duplex illi tribunal assignant; forense de apertè nocivis iudicans, Ecclesiasticum, de ijs quæ commodum, „ seu medelam præ se ferre videntur, nam cum extraordinariæ istæ seu frau- „ des & imposturæ, seu etiam morborum curationes, non remedijs natura- „ libus constent (inquit Latinus *Annaeus Robertus*) sed à dæmone procedant, „ reijciendæ sunt, nec inquirendum an prosint, nec ne .... neque enim Me- „ dicinæ intuitu, vel morborum curationis gratiâ, omittendæ sunt pietatis „ regulæ, aut violanda Christianæ Ecclesiæ præcepta. His ita propositis.

L. 5. sent. in §. haeres.

Lib. 1. rer. iudic. c. 5.

Quod Canopi (Ægyptiorum idoli) quis numerare flagitia superstitiosa non possit, ubi pretextu Sacerdotalium litterarum, magicæ artis erat penè publica schola, quem locum (*Ruffini* verba sunt) velut fontem quemdam, ac originem Dæmonum, in tantum venerabantur pagani, ut multo ibi maior celebritas, quam apud Alexandriam haberetur: quod Paracelsus, Helvetius impostor ille Basileæ publicæ doceat: *Si Dei deficit auxilium*, *diaboli succedat*: Quod idem scribat characteres etsi diaboli forent, tamen habendos esse, quasi essent pixides ex Pharmacopolio: quod credat *Phadromagus* in cura characteristica

Lib. 2. histor. c. 26.

Lib. 5. de morb. invisib.

In chirurg. min

riſtica maiora, & miraculoſiora deliteſcere abſcondita myſteria maiorum Pa-
trum & Prophetarum, quam fas eſt dicere, illa dico non tam deteſtanda
quam explodenda ſunt in Atheis iſtis & Ethnicis; at verò quod mirandum no
ſolum, ſed & deteſtandum ſummopere, hiſce pernicioſiſſimis erroribus ſcho
Cap. 54. las, *Cracovienſem* in qua *Fauſtus Cundlingenſis* (referente *Ioanne Iordano*
magiam didicit, & *Baſilienſem* quæ *Paracelſum* cathedrâ, & doctorum cæt
22. q. 46. dignum iudicavit, eſſe contaminatas. Quod Toleti Hiſpanorum, Hiſpal
a. 1. 2. cum primis vero Salmanticæ, maleficæ & curioſæ artes (à D. Thomâ van
obſervantiæ dictæ, ipſaque adeo Goëtia) palam aliquando edoctæ fuerin
Lib. de uti narrant *Laurentius Ananias*, & *Raguſejo*, & ipſa Ferdinandi uxor Iſabel
natur. teſtatur, cuius auſpicijs cryptam profundiſſimam nefandi Gymnaſij veſtigiu
dæmon. cæmentis, ſaxiſque obturatam legimus, reſtanti hoc per Hiſpanias Saraceno
rum illuvioni condonandum: Sed quid, amabo, excuſationis illi ferent, qui i
argumento ſupra allegati ſunt, qui lumine fidei iam undique illuſtrati Impera
torum Edictis, Iuriſprud. legibus, Scholaſticorum Canonibus, Pontif
cum diplomatibus ſatis ſuperque per mundi orbem promulgatis, affectata ig
norantiâ laborare volentes, nefandiſſima ſua ſcripta, & doctrinas publican
quorum plurimi tamen preſtigia, & maleficia quaſi refutantes, tam diſtinct
& clarè deſcribunt, ut multo plus mali ſuis prætenſis remedijs apportent: un
de illis meritò (quod *Del Rio* olim *Maluendæ* Dominicano de diſquiſitionibu
magicis quærelis opponebat) diceretur, quod non ſemper iners ſit malo
rum remedium ignorantia; & *VVierus* (utinam facta dictis his ſuis reſpondi
ſent) memoriâ excuſſa, & totaliter oblita eſſe gaudet, quæ de Orphei, Py
tagoræ, Democriti in Chironæa, & Aſclepiadis Ethiopide, Corinthade
Cynocephalia, Aglaophotide, Hyppophanade, & mille alijs portentoſis he
bis referuntur, quarum

Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.

Expreſsè ad hoc efficta, ut plebeculæ ex miræ, & difficilis pronuntiatio
nis verbis, mirabiles quoque operationis effectus, & energiam concludens
Serm. 19. facilius imponant. Imponant, inquam, quandoquidem *Eis nihil amplius*
de paſſ. *quemquam liceat*, inquit D. Leo, *quam iuſtitia divina permiſerit, quæ dignat*
Domini. *ſuos aut corrigere diſciplinâ, aut exercere patientia, & ut quemquam ad ſanatione*
deducant, ſciendum, tunc illum tandem peſſimè habere, cum beneficia dæmonum
inquit, *omnibus ſint nocentiora vulneribus*; adeoque dies veniet, inquit *Delrio*
quando intelliget, longo ſibi utilius fuiſſe morbo affligi, imo & per ſum
mos diuturno tempore cruciatus emori, quam ſuperſtitioſis artibus ſanar
quod maximi ſui damno, mortiſque exemplo teſtati ſunt plurimi, quoru
unus fuit Nobiliſſimus Dominus de Martigues in obſidione Heſdinenſi, glan
Anno per pulmones traiectus, qui ab omnibus Medicis & Chirurgis iam derelict
553.

tanqua

tanquam verè incurabilis, usus fuit operâ Hispani cuiusdam nequam, qui ipsum sanare promittebat ab Allobrogum Duce eo missus, idque proprium corpus suum curando, & pro vulnerato diætam observando, ipsi omni ciborum genere permisso, qui intèrim duobus diebus post miserè obijt, sicuti oculatus testis refert *Ambrosius Paraus.* *In Apologia & itineri.*

Similiter mortuus est Dux Albanus exiguo vulnere ex equi recalcitrantis ictu, cum relictâ verâ medicinâ militum hortatu, carmine diabolum implorasset, uti narrat *Conestagius.* *Lib. 10. de regib. Lusitan.* Hûc etiam pertinet illud *Arnulphi Lexoviensis*, *Ad Alex. Pontif.* de nonullis qui sanitatis remedia permittebant istis, qui se, incantati ab eis, nescio quibus carminibus & vanis ceremonijs, aquæ septies sustinerent immergi, unde ægra mulier quædam aquæ glaciali frequenter iam immersa inter manus comprimentium congelata decessit, quippe *Profana religio naturam potius irritat ad perniciem, quam Dei misericordiam ad salutem.* *Arnulphus ep. ad Alexand. Pap.* Ita & Buddas Manetis Dæmoniaci magister, Terebinthus antea dictus, cum mysteria quædam (verba sunt *Socratis*) celebrare se fingeret in aërem à spiritu iactatus perijt. *Lib. 1. histor. c. 22.* Et *Cornelius Agrippa*, qui dæmonem sibi sub specie canis familiarem habebat, Lugduni in obscura taberna animam agens, canem suum cum his verbis liberasset: hi perdita bestia, quæ me totum perdidisti, præcipiti cursu in vicinum Ararim se demersit, nec uspiam postea comparuit, uti refert *Paulus Iovius*, *In Elog. doctor. viror.* atque hi tamen Diabolorum Magistri esse pretendebant, & omnium Magorum Coryphæi: quæ fortè fusè nimis à me dicta. Christiani sint memores, hac D. Augustini monitione instructi: *Non est quo fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatum.* *Sup. Psal. 74.*

Ad Argum. 1. Resp. Sternutantes salutari, felix anni auspicium præcari, & similia à *Plinio l. cit.* pro superstitiosis quidem haberi, & rideri, sed quare? *Quia ei religionis quidpiam inesse putabant*, inquit; unde & apud nos eandem planè malitiam contraherent, si pia rectaque intentione seposita, vanis, & superstitiosis circumstantijs maculetur: modus autem & consuetudo non à Romanis ad nos demigravit, sed hac occasione invaluit, quod quondam in his Europæ regionibus grassati sint quidam morbi populares & epidemiæ, hoc sibi proprium habentes, quod quasi rectè iam valentes, vnica oscitatione, vel sternutatione occurrente, simul & semel animam efflarent, atque tunc inolevit sternutanti bene precari, & salutem exoptare, ita fere *Polid. Vergil.* *De rer. invent. lib. 6. c. 11* quod alicui similiter felix anni auspicium optemus, nihil est quam benevolentiæ & affectus testimonium.

Ad 2. dicendum *Michaëlem Medinam* (cum eruditissimi viri pace dixero) hic enormiter errasse, *In Daniel.* verissima enim omnia illa erant, quæ videbantur, & maximè realia, quamvis non sine miraculo facta: nam ut rectè *Pererius*: Non solent, nec decet, miracula & opera Dei esse ficta & simulata, quæque verita-

ritatem mentiantur, & hominum sensus fallant, id enim ab omnipotentia D
bonitate, & maiestate alienissimum est.

Ad 3. Medicina Christiana, sive vt scientia licita est, nullo modo supers
tionem vel minimam admittit, potest medicina earum aliquo modo occa
fuisse per accidens, non autem causa efficiens, quod aliqui contendunt; si
præclarissima ac divina planè hac scientia nequam irrepant, abusus (à q
sicut nullum rectè ducitur argumentum) ita nec minimum adferre potest
gnitati eius nocumentum, quandoquidem nihil tam undequaque bonum i
veniri nequeat, quo malus abuti non possit.

In Novell. 65. Ad 4. nullo modo superstitiosis Medicis, aut Magis legem Imperatoria
patrocinari, cum posterior hæc legis pars ex libris βασιλικῶν reiecta sit,
gravissimè *à Leone Imp.* reprehensa. Pro diplomate autem *Nicolai V.* nota
dum, tempore prædecessoris eius *Eugenij IV.* multas hæreses, & scismata v
In vita Nicol. ria in Germania fuisse exorta, ob quæ, dicit *Platina*, Ecclesia Dei multa
& maximas calamitates incurrebat, cum immunitione Pontificiæ Maiestati
quare eo *Nicolaus* cum *Ioanne Garvagialla* missus, vt Basileæ (vbi ostensum
In corp. conclus. Magiam & superstitiones egregiè floruisse) Concilium neutralitatemque to
leret; *Neutrales* enim ideo dici volebant Germani, quod neque *Felicis*, neq
Eugenij Pontificum dictis obtemperare vellent: atque ex eo suspicor contigis
quod Nicolaus ex legis huius populi ruditatem edoctus, non rigore, sed p
Differt. de induc. pismate hoc vti maluerit, ne effera gens omne simul frenum Pontificiæ a
ctoritatis excuteret, simile forte ei considerans, quod Clariss: *Puteanus*,
re non absimili dicebat; quod morbis secura sint illa Pharmaca, quæ paul
tim sanguinem corrigunt, & valetudinem velut volentem reducunt. Adde
legem Constantinianam, respondere *Adamum Contium* cum suis, Constant
num tunc temporis, quando hanc legem ferebat, rerum fidei Christianæ a
huc ignarum, vel saltem omnino rudem fuisse: & certè huius rei mihi fide
faciunt, quæ apud *Eusebium* me legisse memini, nempe quod idem hic Imp
Lib. 3. in vita Constant. rator videns multos Cilicium Dæmonem impurum venerari, quem propt
plurium sanationem ἰατρὸν καὶ σωτῆρα vocabant, templum eius, Deo Zelota;
vero Servatore proposito, penitus subverterit, atque delubrum ad solum v
que demoliri iusserit.

Ad 5. dico Salomoni propter multitudinem librorum quam scripsit (fu
runt enim quinque millia eius librorum de canticis, tria millia de Parabolis
præter alias de natura rerum innumeros, quos alibi à *Ptolomæo Phyladelpho*
vel vt alij, *Nabuzardan* Chaldæo combusti) facilè ei similia scripta potuis
Biblioth. S.S. lib. 2. in Salom. affingi, sicut *liber de morbor. curat. lib. Almutem. l. Clavicula Salomonis*; veru
nihil vnquam de incantationibus scripsisse, omnes assentiuntur Patres, t
stante *Sixto Senensi*. Nisi forte in illud tempus aliquis referre vellet, quo se ido
Iola

lolatriæ, & omni superstitioni immerserat, quod pluribus adductis contendit *Baptista Segnius* à *Francisco Torreblanca* relatus *lib. 2. de Mag. operatr. cap. 1.*

Lib. de vero stud. Christ. cap. 7.

Ad 6. dicendum sufficere ad aliquam causam à superstitione excusandam, quod tale quid efficere queat, sive per se, & naturaliter, sive per Deum & supernaturaliter; sicuti enim primam ei virtutem naturalem, ita & aliam plus quam talem superaddere non est difficile naturæ aucthori, sicuti in exemplis patet in Argumento allegatis, vbi adiuta creatura, & à creatore elevata supra potentiam quam antea habebat, producit etiam effectus, quos antea non poterat.

QVÆSTIO IV.

An Medico liceat vti Astrologiâ.

IN primis est contra scripturam, dicit enim Paulus: *Dies observatis, & menses, & tempora: timeo vos ne fortè sine causa laboraverim in vobis*: similia habentur Levit. *Cap. 19. Deuteronom. cap. 18.* Isai. *cap. 47.* Hyeremiæ *Cap. 10.* Regum. *Cap. 28.* & alibi. Damnant Astrologiam S.S. Patres Orthodoxi *D. Augustin. lib. 3. Confess.* Illos Planetarios, inquit, quos Mathematicos vo-„ cant, consulere non desistebam .... quod tamen Christiana, & Vera pie-„ tas consequenter expellit, & damnat: & similia habet *lib. 2. sup. Genes. ad* „ *litter. cap. 17.* & alibi *D. Chrysost. D. Basilius* &c: ergo nullo modo licet Medicis illâ vti.

ad Gal. 4.

Cap. 2. in Matt. hom. 6. in Epist. 6 dier

2. Non possunt in foro interno licere, quæ Reipb. bene politæ & ordinatæ tantopore displicent, atqui Romani summè politici, omnes Astrologos, Mathematicos, Horoscopifices tanquam Impostores, & pestem Reipublicæ exitialem, non semel vrbe sua eiecerunt, exilio multarunt, supplicijs, & morte affecerunt, sicut referunt *Valer. Max. Dio, Tacit.* & alij testes oculati, ergo Astrologia Medicis quoque est illicita.

Lib. 1. Lib. 49. in fin. lib. 17 annal. De praen. rer. lib. 2. de rect. in Deum fid. c. 1. Lib. 1. daemonol. 1 Cap. 8.

3. *Sixtus V.* Pontifex vrgentibus gravissimorum virorum rationibus motus, nempe *Gabrielis, Pici Mirandulani, Princ. Ioan. Francisci Pici,* & omnium acerrimi *Ioan. Medina* Anno 1586. indictione 14. die 9. Ianuar. Astrologiam non solum expressa constitutione (habetur tota in Torreblanca & incipit *Cœli & terræ creator*) damnavit, sed & huius scientiæ studiosos fidei censoribus subiecit de quo motu proprio *Sixti* videri potest *Suarez tom. 1. de religione* Sanchez *lib. 2. cap. 38. op. mor.* Salas *in 12. q. 9. tit. 5. disp. 2. sect. 3. n. 36. & sect. 8. n. 80.* ex quibus concludit *Francisc. Toletus* quod mortaliter peccent Sixti V. hanc legem violantes.

Instruct. sacerd. lib. 5. c. 15.

SED CONTRA faciunt hæc D. Augustini lib. 5. de Civit. Dei: *Non vsque a absurdè dici potest, ad solas corporum differentias, afflatus quosdam syder pervenire: & ideo si aliquis indicijs astrorum vtatur, ad prænoscendum corp rales affectus, puta tempestatem, & serenitatem aëris, sanitatem, vel firmitatem corporis, vel vbertatem, vel sterilitatem frugum, & simili quæ ex corporalibus, & naturalibus causis dependent, nullum videtur esse p catum .... Medici circa ægritudines Criticos dies observant, qui determinan secundum cursum Solis, & Lunæ. Vnde non est inconveniens secundum aliqu alias occultiores stellarum observationes, circa corporales effectus vti Ast rum iudicio.*

CONCLVSIO.

Medici vtcumque debent esse Astrologi.

QVanta cum cautela hic agendum, quam magna circumspectione in h scientia loquendum, monet non semel sacer textus, ne cum teme

Rom. 11. tate Thronum Dei propius accedentes *Obruamur à maiestate*, *noli altum pere*, inquit Paulus, *sed time*. Veritatem nos docet fabula infelicis Icari:

Ovid. Metam. lib. 8.

Qui puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deseruitque ducem, celique cupidine tactus
Altius egit iter.

Ibid. lib. 2. Cælestis huius itineris periculum monstrat nos Phaëton, à cuius rectis mo tramite, si quis vel latum vnguem discesserit, necesse est ipso cælo d turbatus.

... Vt lapsu graviore ruat.

Ego, quæ (intellectus mei imbecillitati diffidens) ex Sanctissimis, pr batisque viris non parvo labore excerpsi, ad rem nostram pertinentia in com pendium traxi.

Biblioth. S. lib. 6. ann. 10. 1. 2. q. 4. 5 in D. Tho. l. c.

Ex *Sixto Senensi*, *S. Thoma in Scholastica sua*, *Barthol. Medina* alijsq sciendum, duplicem esse (ne multiplici divisione, ac subdivisione membro rum obscurior fiat noster discursus) Astrologiam Iudiciariam, (de illa eni nobis sermo est) quarum vna.

Astrologia naturalis, quæ physicas tantum stellarum confluxiones & im pressiones observat; qua non sola imaginationis excogitatione, sed re ip verè inter opera necessariæ subsistant, & sensu, ac ratione Physica demo strentur: ceu sunt lumen motusque errantium syderum, ac precipuè Sola astri, ex cuius ad nos accessu & recessu, generationes, & corruptiones reru perveniunt, ita vt per hanc artem licitè ferri possint maximè probabilia iuc

ci

cia, & moraliter certæ de rebus futuris Prognosticationes, idque nemini mirum videbitur qui *D. Thomam* audiverit rem & eius rationem clariùs exponentem: fuerunt, inquit, qui dicerent, quod stellæ potius significent, quam faciant ea, quæ ex earum consideratione prænuntiantur, sed hoc irrationabiliter dicitur omne enim corporale signum, vel est effectus eius cuius est signum, sicuti fumus significat ignem à quo causatur; vel procedit ab eâdem causa, & sic dum designat causam, per consequens significat effectum, sicuti Iris quandoque significat serenitatem, in quantum causa ejus, est etiam causa serenitatis, ex quibus tandem concludit: vnde non potest esse quod ex inspectione syderum accipiatur præcognitio futurorum, nisi sicuti ex causis præcognoscuntur effectus. Deinde Astrologia hæc actiones syderalium impressionum ita corporibus applicat, vt asserat Astrorum vim & energiam, per se directè, ac necessariò solis corporibus imprimi, animis vero nequaquam, nisi per accidens & indirectè, nempe in quantum animæ voluntates corporeis passionibus, Physica syderum influxione commotis sponte sua consentiunt (de quibus plura apud *Galenum* libro expresso) & non aliter, nam abstinet hæc Physicæ divinationis disciplina à certa, & determinata singularium prædictione, & præcipuè contingentium cuiusque hominis eventuum, generatim dumtaxat, & in generali, nulla fixæ rei prædictæ determinatione de humanis actionibus pronuntiat: comprehendit hæc non solũ partẽ illam Astrologiæ quam Torreblanca *revelationis* vocat, per quam prædicuntur eclypses, terræ sterilitas, annonæ pretium, aëris salubritas & corruptio &c: sed & Genethliacam, & Electionum, quarum illa, non hominis futuros casus, & eventa, sed propensiones naturales rimatur, & quid ei horoscopus protendat, prædicit: hæc vero docet quid in singulis rebus consultò, & vtiliter est faciendum, quidve omittendum, quando ædificandum, navigandum, non infallibiliter, sed contingenter, & vt *Caietanus* loquitur, profitetur suspicionem, cum formidine Christianæ pietatis; atque hoc est conforme doctrinæ *D. Thomæ* scribentis: *Sunt aliqui qui ex dispositione naturali quam acquirunt ex figura cælesti*, in principio inclinantur ad turpia, & ea quæ præter rationem sunt: alij autem qui ex dispositione naturali inclinant ad honesta, & ea quæ secundum rationem, talem autem inclinationem ad honesta, vel turpia causari ex figura cælesti necesse est dicere, quamvis necessitatem non imponat in his, quæ operantur secundum intellectum.

22. q. 96. a. 5. in corp.

De anim. morũ & corp. mutua consecutione.

Lib. 1. Demonolog. cap. 5. n. 5.

In summa.

Lib. 3. contra gent. cap. 29. & in exposit. sup. 5. post. lect. 13 partic. 2.

Quæ verba ab illis bene perpendi velim, qui nullam omnino in Astris virtutem agnoscentes, superstitiosè nimis omnia superstitionibus adscribunt: de quibus etiam suo tempore conquestus est magnus ille Medicus, & Astrologus *Cornelius Gemma* Lovaniensis Medicinæ regius professor *Artis* suæ *Cosmocrit. lib. 1. Cap. 5.* Scio, inquit, Medicos plures propter Astronomiæ imperitiam,

tiam, etiam in rebus ad se maximè pertinentibus, ne Cœli quidem vocab
lum tolerare, sed velim hi sane respondeant nobis, non circa solius æstus m
ritimi causas, medullarum in ossibus incrementa, menstruas mulierum h
morraghias, morbum judicia per criticos dies, menses & annos, sationis, o
cationisque tempora: cur Mentagra Plinij, Elephanthiasis veterum aliquanc
viguerint vsque adeo symptomatibus admirandis, nunc vero vix horum ves
gia sint relicta: nos contra Ephemeram Britannicam, Stomacacen (. sco
butum, & morbum Gallicum videamus, hac ætate grassantes) quorum t
men à vetusto sæculo nulla extat descriptio ad amussim congruens, nisi mo
bos fortè fuisse consimiles, mutata dumtaxat nomina cogitamus. Sed det
hoc in multis, hoc saltem constat post diuturnos congressus supernorum s
derum, plerosque delitescentes hactenus maiore cum impetu, sive feroc
terras invisere rursum, mox iterum languescente prioris influxus radio, per
& morbi vigor: vt etiam nunc morbus ille Gallicus sibi dissimilis videatur mu
toque mitior, præ vt quondam fuit, quippe qui prope nil gravius nunc vir
lentiore scabie representet, maximè si inveteratus non fuerit, ejusque prino
pijs obstetur.

Isagog. Hæc itaque Astrologia illa est quam callere Medicos desiderat *Galenus* vari
lib. si quis locis, quæ à S.S.P.P. non admittitur solum, sed & laudatur, & à **D. Aug**
opti. Med.
lib. 1. de ***stino*** inter artes liberales collocatur: & ***Ioan. Molanus*** insignis Vniversitatis L
method. vaniens. Theologus dicit: meritò proinde à *Gregorio* Presbytero laudari Greg
medendi. rium Theologum & alios quod numerorum supputationem, Geometriæ æqu
lib. 2. de tatem, Astrorumque situm ac motum velut novi Moyses & Danieles edoc
ord. c. 16. sint. Plura de permissione & licentia huius Astrologiæ apud ***Gregorium N***
zianzenum in orat. funeb. pro frat. Cæsario, & orat. pro B. Basilio, Conrad. W
pin. *lib. 1. de fato & superst.* B. Isidorum *lib. 3. Ethym. cap. 16.* Cardin. Tole
2. cap. 7. *in summa lib. 4. Cap. 15. n. 6.* Pet. Aliacum. *quæst. in Genes. 30, & in lib. de l*
gib. & sect. super stellam. Magis in Oriente conspectam disputantem Malve
de Sortileg. cap. 1. ex num. 31. Originem *in comment. super Genes.* vt refert *Eus*
bius in 6. de Præparat Euangel. cap. 9. Qui sic putat intelligendam esse senten
tiam illam desumptam ex libro cui titulus est ***Narratio Ioseph*** olim apud multo
Catholicos in aucthoritatem recepto, in quo Iacob Patriarcha inducitur f
lijs suis dicens: ***Legi in tabulis Cœli quæcumque eventura sunt vobis, & filijs vestr***
103. *v.* 2. Cœlum credo tabulas vocat secundum illud Psalmi: ***Extendens Cœlum sicut pe***
lem ./. membranam more Hebræorum, qui libros sacros in vnico folio, siv
oblonga membrana scribebant, eamque telæ instar textorio radio circumvo
Lib. 2. bi- lutæ, circa cylindrum, vel bacillum ligneum circumvolvebant ac complica
blioth. bant, sicut inter alios notat ***Sixtus Senensis***: ad hæc etiam *Isaias* respicere vide
tur dicens: quod in extremo iudicij die, ***Cœli complicabuntur sicut liber***: & Apo
calyps. 6. ***Cœlum recessit sicut liber involutus.*** Alia

Astrologia est merè superstitiosa, & fictitia, estque 4. illa Astrologiæ judiciariæ pars quam *Torreblanca* imaginum fabricatarum vocat, quæ Physicis influentijs planè neglectis, quosdam sydereos afflatus observat (quæ nusquam cum sint in rerum natura, nulla demonstratione, aut certo experimento deprehendi possunt) in illo *Ptolomai* Aphorismo solummodo fundata: *Vultus inferiores subiectos esse vultibus cælestibus*, adeoque quibusdam effictis numeris, figuris, & characteribus, illis à sublimioribus signis quandam virtutem, sympathiæ ergo, illis communicari fabulantur, quasi vero in Cœlis verus Leo, Cancer, aut Libra sit, & non tantum nomina ad stellas inter se distinguendas ex instituto, & hominum beneplacito imposita, vti bene tradit *Baptista Sybillanus*. Quibus Deus ait *Isaia cap. 44. v. 24. & 25. Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum, irrita faciens signa divinorum, & Ariolos in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens*: Et nihilominus peculiares multas & occultas proprietates olim, deliramenti inventores, pro cerebri sui stoliditate varijs Astris asscripsère: *Capricorno*, vim quæ sub eo nascentes Reges efficiat: *Andromada*, quæ captivitatem & carceres; *Orioni* venatores, *Canopo* Piscatores &c: Atque has syderum vires, non corpora solum, sed & animos tam potenter afficere affirmant, vt earum ratione homo itinera, & navigationes perficere, bella & carceres pati invitus & repugnans debeat pati necessariò, & huius ineptissimæ scientiæ Doctores præcipui & fautores fuere *Hermetes*, *Ptolomaus*, *Albumasar*, *Halia benragel*, *Aram Nasizaele*, *Messalach Alcabitius*, *Petrus de Aliaco & Aponensis &c*: Imò in tantum stellarum fulgor aliquorum intellectum offuscavit, vt teste *Thoma Garzoni* Guido quidam Bonato dixerit, quod Christus ad instantiam Apostolorum, ne in Iudæam rediret respondens: *Nonne duodecim sunt hora diei*? Hac scientiâ instructus, vnam horam elegerit, qua Iudæi ipsi nocere non possent, quasi vero Christus Iudæos non potuisset prosternere in terram, aut claro etiam die sese illorum manibus eripere, & simili Phrænesi laboravit *Rogerius Bacconus*.

Loc. sup. cit.

De pareg. 44. decad. 1. cap. 9.

Centilóq. propósib. 2. Apotelesm. in introduct. lib. interrog. Serraglio de gli stup. del mund.

O Capita Anticyra succis curanda meracis!

Hæc illa scientia nequissima & fallax est, cui *Aquila* (ille qui Anno 104. Traiani tempore omnium, post Christi nativitatem, primus biblia ex Hebraica lingua in Græcam transtulit) vacans, à P. P. teste *Epiphanio* Ecclesiâ pulsus fuit, & *Tatianus* affirmat quod Græci positiones syderum hominibus dæmones ostendentes, tanquam in tesserarum ludo fatum, rem prorsus iniquam, introduxerint. Hi sunt, inquit *D. Hieronymus* qui vulgò Mathematici „appellantur, & ex astrorum cursu, lapsuque syderum, res humanas regi „arbitrantur, & cum salutem promittant, sua ignorant supplicia: quod *Petrus de Abano* (Conciliator dictus) infausta sua morte certè confirmavit,

Guevara.

Orat. cõt. Græc.

In cap. 7. Isai.

nam ab *Albumasare* Iudaico Astrologo edoctus, quod; Luna cum capite Draconis Iovi coniuncta, quidquid aliquis peteret, proculdubio à Deo impetraret, hac horâ à Deo Sapientiam petijsse se scribit, ac mox insigniter profecisse, & tamen, vt *Iordanus* refert; hic idem, hac horâ Deo supplicando non potuit impetrare, vt saniores de religione Christiana sententias animo foveret, & sic aliquando in carcere Bononiæ non combureretur: alia plura habet *Tertulianus*: & *Hieronymum Cardanum* hac etiam lue fuisse infectum, insinuare videtur *Iulius Scaliger* varijs locis, & *Thuanus* apertè de ipso dicit: quod extremæ dementiæ fuerit, imo impiæ audaciæ, Astrorum commentitijs legibus, verum Astrorum Dominum velle subijcere, quod ille tamen exarata Salvatoris nostri genitura fecit, & alio loco scribit: die quam predixerat, & anno obijt (Cardanus) ob id, ne falleret, mortem inediâ accelerasse est creditus. Olim autem multo in his superstitiosiores fuisse, preter varios antiquorum Annales, satis graphicè scripsit *Iuvenalis Satyr. 6.* his versibus.

In flore flor.
Lib. de eo quod est supern in morb. cap. 9.
In Apol. cap. 35.
Lib. 2.

Qualiacumque voles Iudæi somnia vendunt:
Chaldæis sed maior erit fiducia: quidquid
Dixerit Astrologus, credunt à fonte relatum
Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant.

Et infrà

Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit:
Ægra licet iaceat capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo nisi quam dederit Petosiris.

Postmodum verò Imperatorum aucthoritatibus, & vi legum parum cessavit. *Diocletianus & Maximilianus* dicunt: Artem Geometriæ discere atque exercere publicè interest, Ars autem Mathematica (sub qua & Astrologia) damnabilis est & interdicta omninò. Idem fecerunt Tiberius, referente *Suetonio & Cornelio Tacito* Vitellius: deinde Iurisperiti fere omnes **L. Nemo. L. etsi** Turrecremata, *in D. C. illud* Farinaceus, *tom. 1. q. 20. ex n. 112.* Damhauderus *in praxi cap. 61. n. 80.* Damnant illam Historici *Euseb. lib. 6. Histor. Eccles. cap. 6. & 7.* Mariana *de rebus Hispani. lib. 17. cap. 14.* alijque quam plurimi videndi apud Torreblanca *lib. 1. De monol. cap. 7. &* Francisc. Valles. *lib. de sacra Phylos. cap. 31.*

In suacaten. argt resp. ad arg. scholast. 7. ad illa verba scriptura Vt sint in signa & tempora.

Rationem autem nostræ conclusionis fundamus (præter Aucthores gravissimos iam citandos) etiam in verbis *Floriani Nani Scalensis* Episcopi, & „Theologi congregation. Lateranens. celeberrimi: sicut habere species con„creatas (inquit) est quodammodo passio intellectus Angelici, & natura„liter sequitur intellectum Angelicum, ita quodammodo passio corporum

cælo

„cælestium est, & naturaliter sequitur ea habere scripta seu depicta eventa omnia ortus, & vitæ. Vnde vt ad rem nostram proximius descendamus, concludo.

Primò Medicos ex constellationibus cuiusque corporis complexionem, & temperamentum licere inquirere, eoque habito, non solum de morbis, sed & moribus iudicare posse, secundum *Galeni* doctrinam, & *Iacobi Sprengeri* docentis: Mores hominum à syderibus causari, quod intelligi potest dupliciter, aut necessariò & efficienter, aut dispositivè, & contingenter. Si dicatur primum, id est falsum & Hæreticum, quia tollit meritum, & demeritum, & gratiam, & gloriam, imo & honestas morum, per hunc errorem præiudicium patitur. Si dicitur secundum hoc est verum, quia virtus corporum cælestium operatur ad mixtionem, & qualitatem complexionis, & hæc fere ad verbum habet ex Doctore Seraphico *S. Bonaventura.*

Lib. de anim. mor. & corp. &c.
In Malle. Venef.
In 2. sent. dist. 14.
In 2. part. a. 2. q. 3. in corp. 1. 2. q 9. a. 5

Dico 2. ex *Bartholomæo Medina*, corpora cælestia posse movere voluntatem nostram ex parte obiecti dupliciter, primò obiectum voluntati reddens aliquo modo amabile, vel odibile; secundò immutando potentiarum sensitivarum organa, nam ex impressione, & influxu Cælorum, potest organum gustus, verbi gratiâ, taliter disponi, vt dulce amarum iudicet, & vice versa; Item ex eo provenit hominem illius Zonæ, Climatis, & nationis calidiorem, & ad bella proniorem esse, alij frigidiores, & delicijs deditos, *deditos* inquam & proclives, quia ita hæc occulta Astrorum virtus inclinat, vt necessitatem inquit *D. Thom.* non imponat in his quæ operantur secundum intellectum: & pro hac Astrorum inclinatione, etiam de actionibus voluntarijs, licitè fert aliquod Medicus iudicium, nam vt Phylosophicè, & Christianè satis notat *Thomas Bueninsegni*: voluntariæ quoque actiones cælo pariter subijciuntur, quatenus ad hæc vel illa eligenda, propensionem à cœlo habemus, quapropter non sunt in solam voluntatem referendæ, sed in illam, vt à cælestibus corporibus movetur atque afficitur, in quibus existunt huiusmodi inclinationes, quibus sanè propensionibus aliquis ad eligendum casta impellitur, alter autem Venerea, quidam naturalia, ille contra naturam, alter religiosa, alter ambitiosa. Quamquam ergo actiones nostræ, vt à libera voluntate procedunt, cælo minimè subdantur, attamen vt à corporibus nostris quoquo modo dependent, illi subijciuntur, & in tantum Medicus nón certò quidem, sed probabiliter, & cum formidine de opposito, de illis potest licitè prænuntiare, cui ne *Del Rio* quidem contradicit rigurosissimus harum rerum inquisitor & Censor: nam propter consideratos eventus similes, ad similem Astrorum posituram sepè subsecutos, licet nobis estimare, suspicari (propter harum constellationum magnam inconstantiam à *Bernardo Cæsio* notatam) & metuere similia: neque vllum peccatum in hac observationis cautione versatur

Vide Strabo. & Barclai, in Iconanim.
In apolog pro tract. Savanarol. cõtra Astrol.
Li. 4. disq. mag cap. 3.
Li. 1. Miner. cap. 5 sect. 6.

satur, quæ est portio quædam prudentiæ, & ideò secundum se est bona.

Lib. 5. de civit. in 1 2. q. 9. a. 5 Dico 3. Licitè ex D. *Augustini* sententia, & *Bartholom. Medinæ*, Med circa ægritudines Criticos dies observant, qui determinantur secundum curs Solis, & Lunæ: sed de his *quæst.* iam *sequente.*

Vltimò ad interrogationem, vtrum Medicus felici sydere natus, vt dicitu aliquid vtilitatis inde in ordine ad praxim suam sentire possit? respondeo cu *Henrico Dassia*: Vnus Medicus, cæteris paribus ex parte artis Medicinæ, ex parte experientiæ, Infirmi, remediorum applicatione, & morum, n est magis, minusvè sanativus, quam alter, nisi fortè per accidens, in qua tum vnus Medicus esset cuiusdam corruptæ, contagiosæ, ac pestiferæ co plexionis, quæ per visum, vel anhelitum inficeret infirmos, & ita è conve so esset imaginandum de complexione Medici sani, hilaris, vivacis & sal bris, qui, cæteris paribus, plus prodest infirmo, quam alter. Item, inqu *Plus proficit infirmo Medicus devotus, qui in sua practica recurrit de nocte ad Iesu Christum, petens dirigi ad salutem infirmi, quam in sua cura habet, quam ali cæteris paribus, qui tantum confidit in arte, Christo contempto, vt patet in M dicis devotis, & in Iudæis medentibus.*

Finio itaque cum insigni *Gemmæ Frisij* admonitione, quam filio suo Corn lio iam moribundus reliquit, vti ipsemet refert: inter alia quæ de prosequen dis disciplinis exactissimè disserebat Medicinam Mathematicæ comparans (n ta ex *Petro Tolozano* artem Mathematicam 4. Has scientias Astrologiam nem pe, Musicam, Geometriam, & Arithmeticam sub se comprehender cumque cognosceret multos Mathematum voluptate distractos à sublimioru facultatum munijs excidisse, quandoque velut loto pasto, aut ad Syrenu cantus altius delinitos, ac rerum suarum naufragos in egestatis scopulum in pegisse, ego (inquit ad filium) Mathematum studia nulla tibi ratione di suaserim, sed modum postulo, vt hæc non tanquam prima secteris, sed so briè tantum, atque in subsidium Medicinæ. Suffecerit enim tibi ad hanc vtil tatem vel mediocriter in illis esse versatum: præsertim quod & Medicina mag ad vsum publicum spectet &c: Facultatis vtriusque, Medicinæ & Mathematic connubium vsque ad cælos extollebat, inquit *Cornelius*, verum mihi in e genere, non tam calcaribus, quam fræno opus esse perspiciebat: quod i multis adhuc hodiernis Medicis cum locum habeat, eidem malo, eande hanc salutarem instructionem applicent, Zeloque indiscreto hoc frænu inijciant. Vide *Primerosium.*

Art. cosmocrit. lib. 2. c. 1. Syntax. art. mirab. lib. & 12. cap. 2.

Lib. 1. de vulgi erroribus. cap. 12.

Resp. ad Argum. 1. Et nos eandem illam cum ipsis omnibus Astrologian condemnare, loquuntur enim de Astrologia illa superstitiosa & ficta, de qu nos in corpore conclus. & contra hanc Præcipui Medici & ex Professo, & oc casione scripserunt. *Hyppocrates*, tantum abest vt illam sectaretur, nunquan illiu

illius mentionem facere dignatus est, ut satis bene probat melior Medicus, quam Christianus *Thomas Erastus*. *Averrhoës* vbique illam lacerat, & damnat per omnem suam Phylosophiam: *Avicenna* illam dicit esse falsis dogmatibus repletam: vide *Galenum lib. 1. de tuenda sanitate* Franciscum Vallef. *lib. de sacra Phylos. cap. 31.* Levinum Lemnium *Epist. ad Politia. lib. 12.* Ioan. Langium *Epist. 35.* Quid? ipse *Paracelsus* in tam multis blasphemus, hic saltem veritatem agnoscit scribens: constat ex his Astrologiæ falsitas, ac eorum qui ex genitura iudicant. Et alibi: Nonne diabolus se acutè in Astronomiam insinuavit, vt stellarum loco se venditet, atque in ipso fundentur iudicia? quin & nequissimus *Agrippa* dicit illam nihil aliud esse, quam superstitiosorum hominum fal-„ lacem coniecturam, qui ob multi temporis vsum, de rebus incertis scien-„ tiam fecerunt, in qua emungendæ pecuniæ gratiâ decipiant imperitos, & „ ipsi simul decipiantur, ita ille, quid adhuc egemus testibus? qui cupit, legat *Primerosium*.

Contra Christof. Stathm. ep. 7. *Lib. de Lunati.* *Lib. de præsag.* *Lib. 1. de vulgi errori. c. 22.*

Ad 2. dicendum Romanos politicè egisse, quod nos Christianè faciendum esse iudicamus, vt ex varijs Imperator. Legibus, Statutis & Edictis, in corp. citatis, ostensum est. Notatum tamen hic velim, scientiam hanc secundum D. *Hieronymum* per 3941. annos, hoc est ad Annum Imp. Augusti 29. locis pluribus impunè viguisse, saltem in foro fori, vnde à *Delrio* bene notavit *Thomas Garzoni*, malè taxari *Saluberiensem* in hunc modum scribentem: *Viguit autem ista scientia ./. Genethilomantia, & fortè eam aliquatenus licuit exercere, donec Deum natum nuntiavit stella de cælo, Magosque non reprobos, primitias fidei ad Deum adorandum, novo & inaudito ducatu perduxit, exinde vero penitus interdicta est:* Hæc enim non solius *Saluberiensis* opinio est, sed aliorum etiam antiquissimorum Doctorum, *Tertuliani*, *Augustini*, post *Gratianum* & *Albinum Alcuin*: quod autem hoc solum quoad pœnam externam intelligendum sit, patet ex his *Tertulliani* verbis: *Post Evangelium nusquam invenias aut Sophistas, aut Chaldæos, aut Incantatores, aut Coniectores, aut Magos, nisi planè punitos.*

En el Serraglio apertam. Astrostanza 3. *1. de nug. curial. cap. 12.* *Lib. de idololat.* *Causa 26 q. 4. c. 1.*

Ad 3. Respondendum nihil hanc *Sixti V. Pontif.* bullam contra Medicos statuere, quandoquidem illos expressis in hac terminis excipiat, per hæc adiuncta verba: *Illos tamen excipiendo, qui illam* (Astronomiam) *circa agriculturam, aut navigandi artem, aut Medicinam exercebunt,* & hac eadem restrictione & Hypothesi, quæ in Codice habentur, intelligenda sunt, sicut supra probatum est.

Lib. de divinis offic. tit. Epipha.

QVÆSTIO V.

An Medicus poßit observare Numerum Annorum, Dierum, Pilularum, Dosium &c?

ad Gal. 4. ARgum. 1. Omnis & sola ratio propter quam *Apostolus* de salute Galataru minus bene sperat, non est alia, quam quod menses, & tempora o servarent, ergo observatio annorum Climactericorum, & dierum Criticoru est prorsus illicita.

2. Non condemnantur ab Ecclesia nisi graviter delinquentes, sed ab E clesia & S.S.P.P. condemnantur prisci illi Hæretici, *Marcus*, *Basiliani*, *Gnostici* omnes, eo quod numeris suis tam formalibus, quam rationalibus (cum *Proclo* vocant) plurimos effectus adscribant, ergo grave delictum ce sendum est, virtutem aliquam Numeris tribuere.

SED CONTRA facit Illud Sapient. Cap. 11. *Omnia disposuit Deus Mensurâ, N mero, & Pondere.*

CONCLVSIO.

Medicis quorundam Numerum (non tamen vt numerus est) observare est necessarium.

PEr Numerum intelligimus multitudinem ex vnitatibus constitutam, n *Vnum* semen numeri esse, non numerum volunt. Ei Nummus nomen dit, & à sui frequentatione vocabulum indidit. Eius disciplinam apud Gr cos primum *Pythagoram* autumant conscripsisse: ac deinde à *Nicomacho* dif Origin. lib. 3. sius esse compositam: quam apud Latinos primus *Apuleius*, deinde Boë transtulerunt, ita *B. Isidorus Hispalensis Episcop.* Quod magis ad rem hic pr positam facit; Medicos ab omni tempore annorum, & dierum numeru morborumque accessiones, & remissiones observasse, vel vulgariter in M dicina versato negatur à nemine, idque his maximè de causis, vt discret medicamenta offerrent, certius prædicerent, & prognosticarentur fideli cum hoc tamen discrimine, quod prisci illi, gentilesque quidam Medi Numerorum virtutem nimis superstitiosè extulerint, Moderni vero plurim & verè Christiani omnes inter fidei, & Romanæ religionis cancellos totam calculi rationem contineant. Gentilium error, sine dubio, adscriben *Pithagoræ*, qui Numerum non solum Ens reale, sed Substantiam etiam, inter causas efficientes maximam illum esse pronunciavit, vti refert *Alexan*

Aph

Alphrodiseus, contra *Aristotelem* tamen. Nec his contentus, sed cum tria hæc: *Speciem*, *Figuram* & *Numerum* tanquam omnium rerum principium statuisset, ipsi Numero tanquam digniori, præque cæteris excellentiori, primas detulit, voluitque, vt creata omnia ipsum pro principio suo agnoscerent, à quo suum esse recepissent, in quo conservarentur, & subsisterent, idque tanta efficaciâ, & aucthoritate, vt non solum discipulos suos omnes, cum ipso divino *Platone*, alijsque posteris in admirationem, sed & ridiculum eundem errorem pertraxerit. *In 1. prior cap. 5. 14. Methaph. cap. 5.*

Tantum exempla valent, adeò est imitabilis error.

Hinc *Platonis* Numerorum tanta æstimatio, vt hominem propter nullam rationem, animalibus sapientiâ præstare dixerit, nisi quia numerare scit, & calculos novit: ipsamque animam definiat esse: Numerum se ipsum moventem; & ex eo *Plotinus*, quod intellectus sit numerus in se agitatus, & animal Numerus comprehensus, & alibi plura his similia, quam Aucthorem si quis ad manum non habeat, legat *Cælium Rhodiginum*. Hinc *Hyppocratis* tam magna in numeris fiducia, vt præter mirabilia de ipsis per totum suum opus testimonia, filio suo Thessalo, illorum scientiam expressis litteris commendaverit. Hinc ex indirecto saltem Græcorum *Apophrades*, Ægyptiorum *Gamos*, & *Theleios*, Nautarum *Alcionei*, Magicorum *dies infelices*, Iobo vt mentiuntur, à Deo per Angelum revelati. Hinc & sexum in numeris distinguunt, Impar masculum, perfectum indivisibilem & fæcundum: Par autem femellam; imperfectum, sterilem & divisibilem fabulantur: & *Fabius Paulinus* refert, quod Poëtæ ex numeris Platonicis etiam Musicæ vim quandam, & efficaciam inesse commenti sint, & vnicuique in particulari suam virtutem cum laude accomodant. Et vt ab vnitate incipiamus, illa Græcè *Monas* vocatur, & Zaratas Pythagoræ doctor, teste *Cælio Rhodigino*, Diada numerorum dixit matrem esse, Monada vero patrem, & quoniam in vnum dispersa cogit, inde etiam dicitur ἓν, vt refert *Ioannes Protospatharius* dierum Hesiodi Physicus interpres. Dicitur, inquam, *Monas* quoniam tendentibus in corruptionem omnibus, solus ipse perseverat, & quoniam in suis habet firmitatem consilijs. Deinde vnitatem omnium bonorum, malorum autem binarium principium constituit *Pithagoras*. Vnitatis enim natura si aëri insit, bonam temperiem, si animo, virtutem; si corpori sanitatem, si civitatibus & familijs, pacem & concordiam præstat, omne enim bonum concordiæ cognatum est inquit *Plutarchus*, binarij vero natura è contra, omne enim malum ex dissidio oritur, vnde *Homeris* ..... *Dominos plures non expedit esse.* *Ennead. 6. lib. 6. cap. 9. Ennead. 5. lib. 1. Lect. ant. lib. 22. cap. 6. Vide Plutarch. quæst. Roman. c. 2. & 25. libell. de num. 7. ternario. Lect. antiq lib. 22. cap. 9. Lib. de Homer. Iliad. β. 212.*

Esto vnus Dominus.

Ternarium Pythagorici Phylosophi rerum omnium mensuram esse voluerunt: credo ratione illa, inquit *Cælius Rhodiginus*, quod summus rerum opifex *Loc. cit.*

Ternario

Ternario numero vniversa dispensat. & *Plutarchus* scribit, quod Pythago *Vnitatem* soliti sint Apollinem vocare: *Diada* vero Litem, & Audacia *Triada* vero Iustitiam.

Quaternarius hoc miri habet, quod tacito consensu gentes fere omnes nomen præcipuum 4. dumtaxat litteris pronuntient. Latinis enim dic *Deus*, Ægyptijs *Theut*: Persis *Syre*: Magorum disciplina *Orsi*: Hebræis *A nai*, apud eos tamen scribitur *Adni*: Arabibus *Alla* Græcis Θεὸς: *Iesu* autem lutare gentibus nomen ab Angelo accepimus: Flandris *Godt*: Italis *Idio*; spanis *Dios* Gallis *Dieu* &c: Deinde hunc numerum perfectionis esse dicunt ex eo animam compositam, & in animali 4. sunt invenienda Elementa, sanguine 4. humores sunt & 4. facultates, 4. anni tempora, 4. cardines m di 4. causarum genera 4. Evangelistæ, 4. Monarchiæ &c.

Lib. de ei apud Delphos. Quinarius ex his duobus pari & impari compositus, nominatur Matri nium, inquit *Plutarchus*, ob paris cum fœmina, imparis cum mare simil dine: & Pentaphillon seu quinquefolium, dicunt ratione Quinarij varijs nenis resistere, eius vnicum folium febrem Quotidianam, duo Tertiana tria Quartanam solvere.

Senarium dignitatem ex humani fœtus formatione colligunt, de qu vulgati versus:

Sex in lacte dies; ter sunt in sanguine terni,
Bis seni carnem; ter seni membra figurant.

Lib. 1. cap. 6. *Phylos. sacra de corp. Christ.* *Exodi. 25* *Cap. 7.* Septenarius non à Gentilibus solum, super omnem alium numerum excellentia evehitur, sed & Christianis, qui particularem quasi in eo di tatem agnoscunt. *Macrobius* illum, Numerum perfectionis; *Hieronymus* et Sanctum appellat: certè quidquid sit de anilibus veterum fabulis, hoc c stat liquidò, inquit *Moles*, diem septimum sibi ipsi Deum consecrasse, idō dicit, vt perfectionem eius veneremur, & mysteria speculemur. 7. Lu nas accendi iubet in tabernaculo. In Genesi tollere septena & septena de c nibus animantibus mundis. Septimus annus illis fuit Sabatharius. Septimo Noë Columbam emisit, &c: plurima satis curiosè ab *Andrea Laurentio* ann ta Item *à Iordano de morb. supernat. cap. 53.* Plotino *Ennead. 6. lib. 1. cap. 4.* les *Phylos. natur. de sacro sancto corp. Christ. dub. 11.* Proclo *in Euclid. li*

Lib. 3. de dieb. cri, c. 3. & 4. *cap. 4.* Francisc. Vallesi. *lib. de Sacra Phylos. Cap. 7.* Ficino *in Platon. de re dialog. 8. cap. 3.* Calamantio *comment. in lib. Galen. de dieb. decret.* Gabriel ratell. *de ente & vno lib. 2.* Fabricio Padoano *de anno Climacter.* Beroald *Plin.* Cornel. Gemma *cosmocrit. lib. 2. cap. 7. & 11.*

Hæc tamen omnia quantumvis Plausibilia, & speciosa, nunquam eo num Christianum adducent vt quidquam vel minimum virtutis in Numero numerus est, agnoscat, hoc vnico argumento firmatus: Si Numerus qu

nus talis haberet quandam virtutem particularem, vel haberet ratione materiæ, vel ratione formæ, vel compositi ex vtraque, atqui nullum dici potest, ergo: probatur maior quia membra dividentia exhauriunt divisum, prior eius pars patet, quod non possit eius materiæ attribui, quia illa solum est quantitas discreta in genere, quæ nihil amplius potest, quam quantitas continua, quæ non est activa: nec formæ adscribi potest, quia quod hæc vnitas, hunc Numerum iam determinet tanquam vltima, & ita eius forma quodammodo vocari queat, hoc est planè per accidens; nam sicut differentia in quibuscumque rebus sumitur à tota natura sub gradu speciali concepta, ita differentia Numeri, sumitur à tota eius natura, sub tali gradu extensionis discretæ considerata, sed hic gradus non reperitur solum in vltima vnitate, sed in multis, ergo nec differentia Numeri à sola vltima vnitate potest desumi, sed benè ab omnibus hoc modo ordinatis, quæ ordinatio in omni diverso Numero variata, nihil certi potest promittere, non magis quam illud totum, quod iam ex nominatis materia & forma componi finximus. *Finximus*, inquam, quandoquidem Numerus nullo modo Ens reale sit, aut per se, quod paucis his facilè probatur: omnis numerus ex vnitatibus constat, omnis vnitas est quædam indivisio, omnis autem indivisio, quid est nisi mera negatio, aut privatio, quæ ens rationis est, imaginaria, & nullo modo à parte rei existens.

Neque ideo tamen, sicuti superstitiosa omnis numerorum scrutatio (de qua hactenus) omnimoda eorum observatio in Medicis condemnanda. Tolle numerum in rebus omnibus, inquit *B. Isidorus Episcop. lib. 3. Orig. cap. 5.* *Lib. 3. orig. c. 5.*
& omnia pereunt. Adime sæculo computum, & cuncta ignorantiæ cæcatio complectitur: nec differre potest à cæteris animalibus, qui calculi nescit rationem. Et certè quod determinatis quibusdam, & à natura, eiusque auctore Deo statutis annis in hominibus, diebusque in eorum morbis, notabiles immutationes contingant, tam sensui clarum est, quam earum ratio intellectui, nostro obscura; autopsiam vero, ideò solum quia evidentibus rationibus destituta, tanquam ineptam ridentes, cum ipso quamvis nasutissimo *Zenone* ridendi sunt, qui ideo solum nihil moveri, sed omnia quiescere affirmabat, ait *D. Thomas*, quia non sciebat solvere rationes, contra claram sensuum ipsorum experientiam aliquid affirmantes: quod & Phylosophus ipsi *8. Physic. lect. 5.*
improperabat dicens: *Quærere rationem, & dimittere sensum, infirmitas quædam intellectus est.* *8. Physic. tract. 2.*

Sensu & experientià notum est, septimum diem acutorum esse normam, & mensuram; semen septem horis in vtero retentum, habetur pro concepto; infantes septimestres vitales sunt, non octimestres: septimo post partū die infans reliquum vmbilici dimittit: mense septimo dentes erumpunt (quamvis hæc

E scri-

ſcribens duos pueros viderim cum dentibus natos, ſed hoc rarum eſt) po
bis 7. menſes erectum ſe tenet : poſt ter 7. menſes loquitur : poſt bis ſepte
annos pubeſcit : poſt 7. ſeptem annos viget in homine ætas, & prudentia
Annus ſeptuageſimus quaſi meta conſtituta eſt vitæ humanæ &c: videmus Cr
Celſ. lib. 4 cap. 4. ſes diebus verè criticis, & imparibus factas, eſſe ſalutares, & morbos ſo
vere ; alijs autem diebus & paribus nequaquam: vſus quotidianus probat har
Lib. 4. de mor. Hyppocratis doctrinam : *Si dimiſerit febris in imparibus diebus, res in certo e*
Item *quicumque iam à febre continua correpti pharmaco vſi ſunt in diebus paribus*
hi nimium purgati nunquam ſunt .... Priores medici in hoc maximè peccarunt, med
camenta enim exhibuerunt diebus imparibus, & homines perimerunt. Quæ ratio
an quia

Numero Deus impare gaudet?

Quis mirari non cogitur Anni Climacterici tyrannidem, in quo omnis f
rè homo vel periclitatur magnopere, vel etiam moritur? *Adam* vixit ann
930. mortuus eſt ergo Anno Climacterico, nam continet ille numerus in
ſepties centum & triginta tres annos : *Cain* Anno ætatis 365. Climacteric
32. omnes anni *Lamech* fuerunt 777. anno ætatis 175. etiam Climacterico
quia continet in ſe ſepties 25. & eodem modo *Thales Mileſius, Pitacus Mytil*
nus ex 7. Græciæ Sapientibus, *Tiberius* Imperator. *S. Hieronymus, S. Thomas,*
ſexcenti alij eminentes viri, vulgarium enim non eſt numerus : quæ omnia t
men apud Chriſtianum Medicum, & cordatum nihil amplius probant, qua
illum in tantum debere eſſe, ſecundum *Galeni* Conſilium, Aſtrologiæ pe
In Iſagog lib. ſi quis opt. med. lib. 1. de Method. medendi &c. tum, quantum ad illa tempora dignoſcenda eſt ſatis, in quibus, propter pa
ticularem, & extraordinariam tunc, motum, temperiem, & mutatione
corpora magis ſunt indiſpoſita, & ad morbos homines proclives, ita nihi
ominus, vt omni anni tempore, omnes etiam morbi poſſint accidere :
hoc ipſe nunquam, quidquid de Numeris ſenſerit, negavit *Hyppocrates*, ape
tè quippe docet: *Morbi quidem omnes in omnibus anni temporibus fiunt, præcipuè a*
3. Aphor. 19. *tem quibuſdam illorum fiunt, & exacerbantur* : & *Galenus* omnem aliam ſupe
ſtitioſam nobiſcum numerorum æſtimationem ſe damnaſſe oſtendit his verbi
Quidquid, inquit, *Arithmetici pueriliter de vi Numerorum propalarunt, tam a*
De dieb. decret. lib. 3. c. 8. *ſurdum apparet, vt ſæpius miratus fuerim, quomodo poſſibile fuerit Pythagora*
tam ſapientem, & eruditum fuiſſe, & tantam numeris potentiam tribuiſſe: Qua
autem illis precisè annis, & diebus, hæc aut illa circa hominum diſpoſitione
contingant, inquiſivi ex curioſitate ne indiligens haberer, inveni rationes
ſed tanto labore indignas, vnde in tempore deſtiti ex diffidentia, & ne æſt
marer temerarius, illud mihi conceſſum iri credens quod Deus omnibus h
ctenus negavit : quidquid malè, hoc optimè & veriſſimè cecinit *Palingeniu*

Sim

Simia cælicolûm; riſuſque, iocuſque Deorum eſt
Tunc homo, cum temerè ingenio confidit, & audet
Abdita naturæ ſcrutari, arcanaque Divûm,
Cum revera eius craſſa, imbecillaque ſit mens.
Si poſita ante pedes neſcit, quo iure videbit,
Quæ Deus, & natura ſinu occuluere profundo?

Et qui temeritati ſuæ innixi, ſuperba violentia ſcientiam hanc quaſi rapere præſumunt, *Augures* illi *Cœli* ſunt, de quibus Iſaias; *qui contemplantur ſydera, & ſupputant menſes, vt ex eis annuntient ventura tibi, & ecce facti ſunt quaſi ſtipula: ignis combuſſit eos &c.* Cap. 47. v. 13.

Quamquam igitur etiam inſigniores quidam &, Chriſtiani aucthores Platonicorum dogmatum amantiores, multa de eorundem connexione, in divinorum myſteriorum contemplatione Phyloſophati ſint, adeo vt *Nicomachus Geraſenus* peculiarem, neſcio quam Theologiam, ex ijſdem condere ſit conatus, nullam tamen vim quidquam operandi, ſive naturalem, ſive ſupernaturalem Numeris, qua Numeris, videntur attribuiſſe, ſed ideò dumtaxat nobiſcum tempora illa, dieſque annotaſſe, & adhuc in preſenti obſervare, (non quod hæc, ſicut ſuperius clarè oſtendimus, vel illa vnitas ſit forma Numeri, ratione cuius ille quid amplius poſſet efficere, vt rectè negat *Suares*, *Soncinas*, *Capreolus*, & alij plerique ſed) quod ab omni hominum memoria, & plus quam à ter mille annis, Naturaliſtis, Phyloſophis, Aſtrologis, Mediciſque experientia oſtenderit, vſuſque docuerit, hiſce fere diebus, annis, & temporibus, notabilem in humana vita Criſim, & mutationem contingere: fere, inquam, nihil enim nos in obſervationibus certi aſtruere, ſed tantum à communiter accidentibus argumentari, volui indicare, & ita Medicus nulla conſcientiam ſuam ſuperſtitionis labe contaminat qui experientiæ fallaci, communiter tantum, & non infallibiliter accidens adſcribit, nihil autem Numero, vt tali, attribuens; & quoad rationes, intellectum captivans, nec hoc vllum inconveniens involuit, nam omnia profectò negare velle, quorum rationes, & certæ cauſæ à nobis ignorantur, hoc eſt Phyſica, & naturalia cuncta, cum non niſi probabilia ſint, è medio tollere. Non ideò mare fluere, & refluere; Rhabarbarum electivè bilem expurgare, Magnetem ferrum; Pantarbem aurum; aurum Accipitris oſſa ad ſeſe trahere deſinit, quod referunt *Phyloſtratus*, *Tzetzes*, *Miſaldus* & alij, quia nobis eorum ratio, & effectuum modus incognitus. Imò quando res omnium ſenſu tam manifeſta eſt, & tam longo vſu comprobata, non quidem admitti deberent rationes contrarium perſuadentes, ſed potius ſolvi, ſi poſſint, & tunc tandem ratio corrigit ſenſum, quando res ad ſenſum non eſt adeò manifeſta & clara, alias axioma illud eſt certiſſimum, quod *ſcientia vltimatè in ſenſuum*

Metha. phyſ. diſput. 41. ſect. 4. 0. 11. Meta. phyſ. 10. cap. 6. in l. dict. 14. q. 1. concluſ. 5.

suum experimenta resolvantur, & hæc de Annorum, Dierumque supputatione.

Quod vnciæ sanguinis extrahendi, numerusque pilularum, guttarum, cochleariorum, bolorum, dosium &c. impari numero præscribantur â Medicis, plus ego ex consuetudine, & more ordinario (qui etiam omnium veterum fuisse docet *Galenus*) facere iudico, quam ratione, & mordicus inherentem superstitionis haberem suspectum: quidquid enim de illis experientijs, aut observationibus fuerit, quibus aliquis se protegere velle vidi, ego ab D. Augustino edoctus sæpe fieri existimo, occulto quodam iudicio divino, vt cupidi malarum rerum homines, tradantur illudendi, & decipiendi pro meritis voluntatum, illudentibus eos, atque decipientibus prævaricatoribus Angelis, quibus illusionibus evenit, vt multa observantibus, secundum observationes suas eveniant, quibus implicati curiosiores fiant: & sese magis, magisque inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris. Varias de his rationes allegat *Canenbero*.

Lib. de doctr. Christ. cap. 23.

In Aphor. Hypp. proleg. pag. 55.

Ad 1. Respond. meritò Apostolum vanos illos ac superstitiosos Galatas reprehendisse, nam hi Gallo-græci erant, de quibus Poëta.

Gens multum accommoda nugis,
Garrulitate potens, fingendique arte magistra.

Ita *Scaliger, Ludovicus vives, Cyrillus Alexandrinus, Eusebius, Plinius, Augustinus & alij.* Pro quibus notandum vanissimas hasce observationum superstitiones ab Hebræis, ad Chaldæos; ab his ad Arabes: tum, ad Ægyptios, ex illis, ad Græcos pervenisse, qui illas Romanos, Italos & Germanos docuerunt, ita tamen, vt Græci semper nugis fuerint omnium addictissimi, quorum ingenium, teste *Isaaco Causabone*, leve, vafrum, & versipelle, fides in testimonijs fluxa, aut potius nulla; quæ nullo modo tunc locum habent, quando sano illo, quo explicavimus, sensu accipiuntur, quod confirmatur his *D. Augustini* verbis: Quis estimaret, inquit, quam magnum peccatum sit dies observare, & menses, & annos, & tempora, sicut observant, qui certis diebus, sive mensibus, sive annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum (nota) vel fausta, vel infausta existimant tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait: *Timeo vos ne forte &c.*

Epist. 306 ad cap. 6. lib. 4. de civit. Dei

Epist. 213.

In Enchrid. c. 7.

Ad 2. dico, & nostro calculo damnandi ijdem, qui naturalem, seu supernaturalem operandi virtutem, Numeris reduplicativè sumptis ./. vt Numeris præcisè, attribuunt, quod iure, & Medici Christiani omnes, & cum *Asclepiade Celsus*, vt vanum repudiant: sed cum *Andrea Laurentio* dicimus, non ipsum Numerum, sed Numeri rationem, multa mirabilia nobis incognita operari. *Nobis cognita*, inquit, quia, vt rectè Poëta:

Lib. 3. de re medica cap. 4.

Lib. 3. de dieb. critic. cap. 3.

Horum

Herum difficile est veram cognoscere causam,
Nec minus, ac si quis cupiat cognoscere, quare
Ignis sit calidus, nix alba, absynthia amara.

Et paulò post:

Talia multa Deus tenebris involuit opacis,
Constituitque suos fines mortalibus, vltra
Quos frustra humanum ingenium, sensuque laborat.

Et quamvis sagacissimus Hyppocrates id nobis indicare promiserit, illum, difficultate rei perterritum, existimo destitisse, cum nusquam id in eius operibus me recorder invenisse.

QVÆSTIO VI.

An Medicus morbum per vnam Magiam inductam, possit per aliam tollere?

ARgum. 1. videtur quod sic, nam auferre signum, ad cuius positionem à Dæmone inducitur morbus v. g. spectat ad Artem Magicam, & tamen, ex communiore Theologorum sententia, hoc est licitum, ergo: probatur Assumpt. quia ideo solum positio illius signi est Magica, quia fit ex vi pacti cum Dæmone, dicente: quotiescumque ponetur tale signum, ego nocebo, quæ est prima pars contractus; atqui illius signi ablationi annexum est idem pactum cum dæmone pro secunda parte eiusdem contractus, nempe: Quotiescumque abstuleris illud signum, ego nocere desinam, ergo illa ablatio etiam est magica, & ex supposito licita, vt in corpore conclusionis probabimus, ergo medicus potest morbũ per vnam Magiæ artem inductũ, per aliam tollere.

2. Hoc solum ideo videtur Prohiberi debere, quia non est bonum, vti operâ mali hominis, aut nequam, aut Dæmonis, sed hoc obesse non potest, cùm ipsi ad hoc non necessariò vti debeant suis maleficijs, cum possint etiam miraculosè facere; ita in *Phylostrato* legimus Apolloneum Thyanæum etiam mortuos resuscitasse: *& qui operabantur iniquitatem dicunt: Domine nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* & *Franciscus Toletus* dæmoni etiam vera miracula tribuit, quare ad excusationem operam illorum vtentium sufficit, quod ipsi possint non magicè facere. *In Apol. log. in vita Apollon. Matth. 7. D. Aug. Epist. 5. comment in Evang. Ioan.*

3. Vnicuique licet vim vi repellere, nec refert hanc repellentem vim malam esse, nam vt *Sophocles* ait, & à *S. Hieronymo* repetitur, *malo nodo, malus quærendus cuneus*: quasi dicat, si quis te balistâ, sclopo, aut gladio adoriatur, malè te flabello aut virgulâ defendis, sed pro offensivorum qualitate, & proportione, tu quoque arma defensoria arripias, ergo sicut ordinario & naturali morbo, *Erasm. in adag.*

 ordi-

ordinaria remedia, ita morbo preternaturali, etiam preternaturalia remed
possunt applicari.

4. A Iudicibus, & Magistratu aliquando sagis permittitur ex malefic
ægrotantibus benedicere, vt veneficij certitudinem expiscentur, atqui hi exc
santur propter bonam intentionem, & finem quem habent, ergo & illi M
dici excusandi, qui naturali remedio destituti, ad ipsam Magiæ vel artem,
artificem, sanitatis gratiâ recurrunt.

SED CONTRA Faciunt verba Sacræ Scripturæ 1. ad Corinth. 10. *Nolo soc
vos fieri dæmonum.* & Lucæ 14. v. 33. *Quicumque quæsierit* (per mala m
dia) *animam suam salvam facere, perdet illam.*

CONCLVSIO.

Nullo modo potest Medicus Magica remedia adhibere.

Lib. Hyperp. Constat Medicis omnibus, & ipse testatur *Paracelsus*, quod de Male
ciorum curatione nec *Galenus*, nec *Avicenna* scripserint, aut sciveri
Vide Iordan. c. 3. *de morbis supernat.* *Lib. 2. de mon. cap. 50.* *Syntax. art. mirab. c. 4.* *Apoc. 13.* *ad Eph. 2* *Matth. 13.*
quidquam, neque in Academijs discitur, nam operâ Medicorum sanari n
posse, docent in primis Pontifices *Cap. ex litteris de frig. & maleficiat. Cap.*
mirum h. 26. q. 5. Grillandus *de sortileg. quæst. 2. num. 2. & 3.* Codronchius
3. de morbis venef. cap. 11. & seq. Et alij legendi apud *Torreblancam*. Nos maio
claritatis ergo, materiam hanc parum altius repetemus. Acerrima inter docto
de ordine, & Dæmonum hierarchijs disputatione seposita, cum *Gregorio T*
losano Dæmones, vel ratione nominis suppositi, vel locorum in quibus d
gunt & operantur, distinguimus; atque ex omnibus ad rem nostram tantu
illi faciunt, qui Aëra & ethera incolant, qui à Ioanne Evangelista *aëreæ po*
states, ab Apostolo, *Potestates aëris huius*, à Christo Domino *volucres Cœli* v
cantur: nam hi illi sunt spiritus nequam, qui ex congregatione rerum al
existentium, confingere in eo phantasmata, varia spectra, Idola, acies, p
gnas, tonitrua, fulmina, aliasque tempestates excitare solent, corrumpe
aëris puritatem, atque ita morbos & contagia immittere; & quemadmodu
Plato aëris Dæmonibus Magices inventionem tribuit, ita *Trithemius Abbas* te
restres Dæmones raro maleficis familiares esse dicit, idque propter inconsta
tiam affectionum, & levitatem, qua terrere multos gaudent potius, inqu
quam vnius mulierculæ subesse imperio, quod ab alijs tamen, non infimi su
sellij viris, tanquam minus probabile reijcitur. Hic, quæ ad propositum n
strum magis conducunt, inquiremus hæc tria: 1. Quinam in Demones pot
statem 2. quam habeant 3. quo vsque ea licitâ sit.

Quod ad primum attinet, de illo cui *data est potestas in celo & in terra, con*

que

quem *portæ inferi non prævalebunt*, & in cuius *nomine omne genu flectatur Cælestium, terrestrium, & inferorum*, de Deo maximo non instituitur quæstio, sed de homine solo. Christum Dominum Apostolis, & eorum in Ecclesia sua successoribus specialem, ad coërcendos, compellendosque Dæmones potestatem concessisse, Patet ex D. *Lucæ* testimonio, vbi æterna veritas hæc verba pronuntiat: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Hinc statim colligitur, quod exorcismi, coniurationes, & maleficiorum ablationes ad omnes omnino homines indifferenter non pertineant, sicuti bene cum *Sanchez* ait *Cardinalis Toletus*, & addit: de superstitione, & pacto cum Dæmone suspecti sunt laici, vel sola prima tonsurâ decorati, si sibi quasi ex officio, aut divino privilegio, ministerium exorcizandi vsurpent, cum antiquitus exorcistæ expressè ad hoc fierent, nunc illa vsu & consuetudine, ad solos sacerdotes pertinet, & nullo prorsus modo ad medicos, & hæc de adiuratione, & exorcizatione, quæ per mille & trecentos annos ab ecclesia observatæ sunt, vti referunt *Eusebius*, & *Suarez*, vndè prudenter *Prudentius*:

Cap. 10. v. 19.

Lib. 2. mor. cap. 42. n. 35. instruct. sacerd. lib. 4. cap. 14. Lib. 6. histor. In 3. quæst. 64. a. 4. disp. 15.

Intonat Antistes Domini fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solve latentes,
Mancipium Christi cur corruptissime vexas
&c. in Apotheosi.

De earum virtute, forma, & ritu plura videre sunt apud *S. Augustin. lib. 22. de civit. Dei cap. 8.* (Concil. Tridentin.) *sess. 2. can. 13.* (Hyeron. Mengum) *in fuste Dæmon.* (Ananiam) *lib. 4. de natur. Dæmon.* (Sprenger.) *in malleo venef. part. 2. quæst. 2. cap. 6.*

Potestatem autem quam homo laicus, vel Magus ipse in malos Angelos habet, hinc nullam planè esse percipies, quod *Iob* dicat; *nulla potestas est super terram quæ comparetur ei*, scilicet diabolo, & *Alphonsus Tostatus* vir sanctitate, & doctrina egregius, hæc habet: impossibile est, quod minor potestas, subijciat maiorem .... ideo non erit aliquid naturale, vel ceremoniale (excipit receptos in Ecclesia exorcismos, in quibus, vt in Sacramentis quodammodo, latet virtus operatrix divina & secreta) per quod Dæmones possint ab hominibus cogi, vt veniant, aut respondeant, aut aliquid operentur..... sed ipsi Dæmones mentiuntur, & simulant se cogi, alias enim desperarent homines, de eorum conversatione. Et similia habet ad huc *Abulens. in Cap. 4. Matth. quæst. 40.* (à Victoria) *relect. de Magia*, (Sanchez) *lib. 2. oper. moral. cap. 42.* vbi dicunt: morali coactione & imperio superiorem dæmonem, alicui erei alligare inferiorem, non coactione Phijsica; potest enim recedere, & recedit de facto, sed dicitur devinctus, quia ab eius rei possessore vocatus, velocissima pernicitate adest; & hoc modo *Albertus magnus*, & *franciscus à Victoria* eos censent annulis includi, & in Gallia, & Italia vendi, ab *Agrippa*,

Cap. 40.

In cap. 9. Matth.

Marco Bragadino; & similis farinæ molitoribus, in canis specie circumdu
nempe ex pacto cum illis inito, idque non hominis vi, sed potentioris cui
dam diaboli, vel, vti iam diximus, per fictam obedientiam, & simulat
Loc. cit. servitutem, quia per talem errorem & affectum, inquit *Abulensis*, catenat
sibi tenent animos hominum: imo si cogi possent, nimis astuti sunt, quam
homines modum docerent quo id fieri posset, verè enim, præ innata qu
Comment. in Genes. superbia, subdi hominibus, pro nullo lucro vellent. *Diabolus simulat se c*
tum; ait Henricus de Hassia Carthusianus, *vt te te capiat*; *se vinctum*,
te vinciat; *se tuo imperio subditum*, *vt te sibi subdat*: *à te conclusum*, *vt con*
te finaliter concludat; *fingit se tua arte*, *vel imagini*, *vel lapidi alligatum*, *vt f*
Iob 40. *nibus peccatorum religatum*, *ad infernum te perducat*. Et quid prece, aut prom
sione flecteretur Dæmon, cuius *cor*, testante Hussita, *indurabitur tanquam lap*
Lib. 6. histor. Frãc. cap. 35. *& stringetur quasi malleatoris incus*: nempe hæc diaboli liberalitas est, ait *Gr*
gorius Turonensis, vt boni nihil vllis hominibus præstet, nisi cum æquali, v
maiore aliorum damno. Bene hoc animo infigant rudes Christiani, seu M
dici, seu non tales, quibus modus indifferens est, dum honoris, lucri, a
Lib. 1. mor. c. 9. sanitatis ergo diabolica media impendunr. Exempla moveant, quos ver
non correxerunt. Virgo obsessa (narrat *D. Gregorius*, magorum operâ ab v
Dæmone liberata, Sexcentos, vel septingentos recepit. Admeto Euripid
vita non potuit conservari, nisi Alcestis vxoris vicaria nece. Vnico-Phero
visus restituitur, & tot mulieres cum vrbe ipsa comburuntur. Paucis, male
cium amoris tollitur maleficio odij, odij maleficium sacrorum profanatio
Lib. 7. deletur, & posterior error, est peior priore. *Nicephorus* enim remedia supe
stitiosa in Constantini Imperatoris Lepra scribit potius nocuisse; & certè si
liquando sanent (si hoc sanari vocandum) multo fit crudelior recidiva, *na*
Serm. 10. de Passio Domini. *beneficia Dæmonum*, ait Leo Magnus, *omnibus nocentiora vulneribus*, *& præst*
illorum odium, *quam pacem meruiße*.

Nec quemquam hic bonus finis, aut intentio decipiat, quæ nullo mod
tam impium actum iustificare queunt, in quo media adhibentur illicita; a
bonitatem actus moralis requiritur quidem finis, & intentio bona, sed So
non sufficit, nam *bonum ex integra causa*. Neque refert miseros illos alia v
iuvari non posse, hoc enim non tam nostram impotentiam, quam divina
arguit voluntatem: *Sine permissione Dei* (verba sunt D. Ambrosij) *diabolu*
Sup. Lucam. *nocere non posse cognoscas*, *ne potentiam diaboli magis timeas*, *quam divinitatis o*
fensam; *nam* (præcedit. immediate) *nisi quis porci more vixisset* (alludit a
locum *Matth. & Luc.* 8.) *nunquam accepisset in eo diabolus potestatem*, *aut si a*
cepisset, *non vt perderet*, *sed vt probaret*. *Ita Ambros.*

Pacto itaque, quod cum dæmone initur, sive implicito, sive express
tanquam horrendo seposito, & lethali crimine obnoxio, quod nullus v
quam

quam Christianus negavit, tota difficultas est reliqua, vtrum necessariò aliquod pactum in signis istis Magicis auferendis intercurrat, ac per consequens, an mortale peccatum sit, similium signorum eversionem, vel per se, vel mediante Magorum operâ moliri, aut consulere. Hæc intricata satis quæstio à summæ doctrinæ viris, hic fideliter citandis, agitatur amplissimè, ego, in quod possum, brevissimum compendium contraham. In illa ablatione semper, & necessario aliquod cum Dæmone pactum, saltem implicitum intercedere videtur argui hoc modo: Si Dæmon his conditionibus v. g. contraxisset: posito illo lapide, capiamus, vel crucifixo, tali loco, ego desinam nocere, ablato autem nocebo, hoc casu mihi non esset integrum, alterutrum tali loco ponere, ergò nec etiam auferre, vbi conditiones contrario modo sese habent, à paritate rationis, quæ in hoc consistit, quod sicuti in hoc nostro casu, ideo solum non licet ponere lapidem aut crucifixum, quia talis positio causat cessationem à nocumento ex pacto; ita etiam in alio casu non licet auferre, quia tunc ablatio cessationem causat ex eodem pacto, vndè infero: si in nostro casu, quem iam posuimus, non liceat signa ponere, in alio etiam non licebit auferre: Fateor obiectionem hanc inventorem suum tenuisse aliquo modo suspensum, donec ipsa veritas mihi ostenderit egressum, & solutionem hoc modo: In primis suppositum illius argumenti, esse planè falsum & impossibile: falsum, quia Dæmon tanquam iuratus humani generis hostis, nunquam (nisi fortè vt meliùs decipiat) cum aliquo pactum inibit, ne noceat: impossibile etiam, quia sicut in dæmonis libertate iam amplius non est, non peccare, ita etiam quantum in se est, non potest non nocere, vndè rationis disparitas ex eo elucescit, quod in casu posito, ideo mihi illicitum sit signum ponere, quod nullo modo patri mendacij possim fidem adhibere, moram gerere, & conditiones mihi impositas adimplere, sed teneor facere planè contrarium, quod fit in signorum ablatione, & destructione conditionum ab illo positarum: idque de positione lapidis, nam illo eodem casu, licitè quis, & audacter meo iudicio, ponere posset crucifixum, ex illa confidentia, quia redemptor noster Christus, verosimiliter nunquam patietur Dæmonem vti illo instrumento (si tamen vti vellet, quod non est verisimile) ad nostram perniciem, quo ipse vsus est ad humanam salutem, & contra diaboli technas, defensionem: aliud est de abusu hostiæ consecratæ.

Dico itaque vlterius, vel auferuntur illa signa per aliud maleficium, & quamvis huic pactum cum dæmone semper sit annexum, quia tamen fit ex bona intentione, & propter bonum finem, adiuvandi nempè proximum, qui alijs medijs sanari non potest, illud plane fas, & licitum esse, multis argumentis contendunt *Apollonius Magus*, *Ioannes VVierus* Medicus, *Godelmannus* Iurista, & alij; quos si fidei Christianæ, & probitatis suspectos esse dixeris,

Li. 2. Demonol. cap. 50. en varios catholicos eandem cum illis opinionem sustinentes à *Torreblanca* citatos & plurimos à me lectos; Tenet hoc *Albertus Magnus in Luc. Cap.* 9. Guilielm. Parisiens. *in suum de vnivers.* Codronch. *lib.* 4. *de morb. venef. cap.* Grillandus *de Sortileg. quest.* 2. *num.* 3. & 4. Pet. Ærodius *lib.* 8. *rer. indic. t.* 7. *cap.* 6. Binsfeld. *in confess. malefic. part.* 1. *dub.* 3. *& L. eorum C. de malef. & Mathem.* habentur hæc verba expresse: *Nullius verò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus.* Qui laxioris, vel potius nulli conscientiæ sunt, fundamentum suum accipiunt à Diaboli discipulo *Aure Phylippo, Theoprasto, Paracelso, Bombastio ab Hohenheim* (ita enim nominari voluit teste Epitaphio eius) qui hæc verba, tanquam Aphoristica & valdè sententiosa, habet in terminis: *Nihil refert an Deus, an Diabolus, an Angelus, immundi spiritus ægro ferant opem, modo morbus curetur*: Vndè impia hæc Hispanorum vox apparenter provenit, *fiat miraculum, quamvis à Diabolo.* Alij scrupulosiores & Christiani magis, dicunt tunc impleri verba scripturæ *Salute ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Verum similes glossatores non habent *spiritum rectum in visceribus* suis, cum longè aliter hæc intelligenda sint: neque hæc opinio à bono Christiano vllo meo iudicio defendi potest. In primis, quia est clarissimè contra sacram Scripturam, dicitur enim in Levitico: *Non declinetis ad Magos, neque ab Ariolis aliquid sciscitemini, ne polluamur per eos,* & alibi: contra *D. Thomam* dicentem: ad Dominum divinæ Maiestatis pertinet, cui Dæmones subsunt, ut eis vtatur ad quodcunque voluerit, sed homini non est potestas super Dæmones commissa, vt eis licitè possit vti, ad quodcumque voluerit (sive ad malum, sive ad bonum) sed ei est contra Dæmones bellum indictum, vndè nullo modo licet homini Dæmonum auxilio vti propter pacta tacita, vel expressa: & alibi dicit quod ad omnia maleficia, tam mali quam boni finis, Dæmon invocetur. *Sebastianus Michaëlis* gravissimè in eos invehitur, qui exemplo Christi, & Apostolorum, ac priscorum Christianorum, similia licere putant, ad sanitatem obtinendam, quia non solum inferentes damnum peccant mortaliter, sed etiam eâdem arte Magica damnum auferentes, vel à Magis & Sagis vnum maleficium, per aliud auferri volentes, sicut, cum *D. Thoma* supracitato, tenent *Caietanus verbo Maleficium*, Thomas Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. Alphons. à Castro *lib.* 1. *de hæret. punitio.* Soto *de iust. & Iure lib.* 6. *q.* 1. *a.* Sylvester *verbo* Maleficium: Maiolus *tom.* 1. *Canic. dier. colloq.* 3. Ioan. Baptista Codronchius *de Morb. Venef. lib.* 4. *cap.* 2. Imo & Iuristæ, Vlpian. *In L.* 1. *D. de extraordin. cognit. Cap. sine salvatore h.* 26. *quest.* 2. *Cap. admoneat h.* 26. „ *q.* 7. cuius hæc sunt verba: Noverint Magicas artes & Incantationes, quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre, quia nempe „ semper cedit in peius, & vt hoc non fiat, textus Apostoli clarus est: *Non licet facere malum, vt eveniat bonum*, nam supra ostendimus ad bonitatem mo-

Luc. 1. v. 71.

Lib. de morb. caduco.

Cap. 19. v. 31. Levit.

Cap. 20. 1. Cor. 10. 4. Reg. cap. 1.

22. q. 96 a. 2.

In 4. sent. dist. 34. q. 1. a. 3.

ad Rom. 3

talem actus non sufficere solum finem, & intentionem, sed requiri preterea vt media adhibeantur licita & honesta, itaque optimè *Iacobus Gandensis.*

Si qua valetudo fato grassante sinistro
Corpora curari nescia tristis agam,
Nulla fides vnquam tamen est adhibenda Magiæ;
Et temerè infandam hanc nemo requirat opem.

Petrus Aureolus Archiepiscopus Aquensis, & post eum *Nider* mitigare aliquo modo hanc sententiam volentes, dicunt tunc licere petere à malefico, vt maleficium maleficio tollat, quando iam ad hoc equidem paratus est; quod planè erroneum est, nec cuiquam licet cum meretrice fornicari, quamvis equidem cum alijs id facere parata sit, ratio est evidens, quod vtrumque sit malum intrinsecum, & per se, ita vt nullis circumstantijs excusari, aut iustificari possit; ex quo patet, quod neuter etiam ad talem actum vllo modo possit induci secundum *D. Thomam, Soto, Turrecremata & alios*: ita vt nimis audaculus sit quidam *Guido Brianſonus*, vir alias doctissimus, dum ait, se intrepidè etiam ipsi Diabolo dicturum, multo magis sortilego, *facessant tandem & auferant quod dederint*; temerarius profectò conatus. Aliam viam ingreditur *Nicolaus Remigius* dicens: præcariò non licere à maleficis impetrare, sed licere vi, & verberibus eam torquere; sed erroneè, quia vt iam diximus, intrinsecum malum est, ideo non minus peccat, qui orat paratum, quam qui cogit invitum, sicuti docent *D. Thomas l. c. Abulensis, & Dominicus Soto* his verbis expresè: Nos posse maleficum cogere, & ab eo pecuniâ extorquere, vt ligaturas quas habet sepultas, aut suspensas, aut alicubi asservatas, illinc dimoveat (nempe si absque novo maleficio id fieri possit, quod supponere ipsum patet ex his verbis immediatè sequentibus) quia illud maleficum facere virtutis est, & quicumque sciret vbi sunt, posset illas inde subtrahere: & ita devenimus ad aliud membrum divisionis, quam supra instituimus, nempe, signa non posse tolli per novum, & aliud maleficium, nam hoc est planè illicitum, vti iam probavimus: vel

In sent. 2. dist. 34. quest. 2. *In fornicar. cap. 3.* *22. q. 78. art. 4.* *Inst. & Iur. lib. 6. quest. 1. art. 5.* *In Cap.* Monête *te. 22. quest. 1.* *In collect. sub. 4. sentent.* *Lib. 3. de monola cap. 3.* *In Matth cap. 19. quast. 90.*

Signa illa possunt tolli simpliciter, & per se (nullo intercedente cum Dæmone pacto, quod fieri posse suppono) & tunc omnino licitum esse docent *D. Thomas, Bonaventura*, & eorum præceptores *Albertus Magnus, Petrus Lombardus*, & *Gabriel, Aureolus in sent. 4. dist. 34.* Ioseph Angles *in flor. Theolog. quast. de arte mag. 6. diffic. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 6. disp.* 96. *n.* 3. & idem *in summ. tom. 1. lib. 2. cap.* 41. *n.* 19. Navarr. *in Manual.* Henri. *lib.* 12. *de sacram. cap.* 8. *num.* 3. & qui primus, referente *Torreblanca*, ex professo de hac re disseruit D. Thomæ coëtaneus *Henricus Goethals*, post longam disputationem ita concludit: Licet autem perniciosum est, operibus superstitiosis communicare, catholicum tamen est destruere opus superstitiosum Dæ-

In 4. dist. 34. q. 1. art. 3. *2. sent. dist. 89. 2.* *Lib. 5. quest. 33.*

 monis

monis , & in hoc ei contraire ; & sic dico , quod licitum est maleficium depo-
nere simpliciter , quemadmodum licitum est , Idolothytum in cloacam dei-
cere , ita ille. His omnibus non obstantibus , scrupulosiores quidam , etia
Theologiæ peritissimi , hanc signorum amotionem in controversiam trahe
In 4. sent. non dubitant , *Guilielmus Estius , Ioan. Hesselius , Ioannes à Lovanio* referen
dist. 34. *Martino Del Rio* , quorum rationes apud *Iordan. lib. de eo quod est supernat. &*
In pralect. & Torreblancam *lib. 2. cap. 52.* allegatas , & solidè reiectas , lector vide
lib. 4. sect. poterit ; quæ omnia tamen *Ioannis Freitagij*, insignis , & doctissimi in Germ
Lib. 6. nia Medici, animum in tranquillo ponere nequiverunt , & efficere vt contr
Disq ma- rium non sentiat , sicuti ostendit in *libro* quem vocat *Noctes Medicas* capite i
gic. cap. 2 *q 3 sect. 1* tegro ; sed pace erudissimi viri dixero , in eo ipsum errasse , cum eiusdem f
Cap. 36. cum opinionis antecessoribus, quod supponat , hanc signorum amotione
simpliciter , & nudè fieri non posse , sed quod pactum saltem implicitum cu
Dæmone ei semper , & necessario sit annexum , cuius contrarium iam sup
ostendimus , quia auferens , illud pactum nihil curat , sed vult facto suo d
struere , quatenus signo illo servatur , atque ita non coöperatur , nec co
Cap 19. firmat , sed rescindit , vt docet *Abulensis cap. 19. in Matth. q. 90.* Argumen
quæst. 90. eius , quia numerosa , longum esset refellere, dicam precipua eius fund
menta ; primum est, quod remedia morbi alicuius preternaturalis , non nisi p
alios Magos, Lamiasque inuestigari queant , deinde quod ita ansa submin
stretur vulgo , prætereundi Medicos , & ad sacrilegos currendi , qui omne
etiam naturalis morbi causam ad Magiam reducant ; preterea quod signa il
sint planè inefficacia , & nocumentum ab illis non dependeat , sed à pe
In sent. 4 missione divina. Quæ omnia tamen me movere non possunt , quin dictis *Sc*
dist. 34. adhaeream , in hunc modum scribentis : patet quod supervacanea est illa quæ
stio , an liceat tollere maleficium , intentione curandi maleficiatum ? no
enim solum licet , sed est meritorium destruere opera Diaboli , nec in hoc e
aliqua infidelitas , quia destruens , non acquiescit operibus malignis : vnde a
obiectiones Freitagij respondeo , secundum omnium Theologorum sente
tiam (nec ipsomet refragante, quamvis dicat esse illicitum) vnum, ex mal
ficij remedijs est ablatio signorum , quæ signa naturali iudicio & scientiâ i
veniri , videri & auferri possunt , etiam à Dæmonis pactum deridente : d
indè ipse suggerit divinum remedium , scilicet exorcisationes , & præces , n
illud à Iamijs , aut Magis suggeritur. Ad 2. dico, plebem ad excursum ad M
gos non allici , quia vident signis ablatis aliquando morbum supernaturale
etiam auferri , sed ex avaritia ne Medicis , & Pharmacopolis cogantur tantu
solvere : ex impatientia , quia non sanantur , dum volunt ; ex levitate cor
& crudelitate mulierculis innata , per quam omni generis impostricibus , ol
stetricibus , anis , & berthis fidem adhibent. Ad 3. scio & ego cum *Torrebla*

ea Dæmonem illis signis non ligari, quia & sine signis nocere potest, quam diu Deus permiserit, vnde non ligatur naturaliter, sed ex Hypothesi, dum vult stare pactis conventis, quoniam constituit non cessaturum, quam diu talis ligula, sic nodata fuerit, vel loco suspensa, vel terræ defossa, quia sæpè, imo ordinariè Deus permittit multa fieri per maleficos, & signa malefica, quæ eis immediatè prohibuit, vt docet *à Victoria:* reliqua fere à *Freitag.* allegata, tantum suadent ad Deum primariò recurrendum esse, à cuius permissione omnis Diaboli potestas, nec hoc negamus, sed omninò consulimus & suademus, sed ideo non esse humana media negligenda, varijs exemplis confirmare non est difficile: de vidua & presbytero signa concremantibus quo cessarunt maleficia, narrat *Codronchius.* De Comite ollam maleficij amovente refert *Sprengerus:* De loci amotione *Cæsalpinus:* de nodi dissolutione *Ronsæus:* & de alijs Proculus *De Magia* Ioan. Baptist. Segnius *lib. de odio Sathanæ* Perera *lib. advers. fallac. artes* Barthol. Spina *Tract. de Strygib.* Rabanus *de Magor. Prastig.* Strossius *de Magia omnifaria* Bernard. Basim. *lib. de artib. Magic.*

In relect. de magia ad fin.

Lib. 1. de morb. venef.

In mall. part. 2. quest. 1. cap. 1. de invesig. dæmon. cap. 17. in med. ven. cap. 50.

Nota cum ablatio signorum, & maleficij dissolutio ab ipso malefico petitur, tunc ex mente *Caietani* tutius semper additur hæc protestatio, *nihil commercij cum Diabolo nos habere velle;* ratio est, quod hoc non nudam cessationem, sed actum positivum significare videatur, nam Malefici, vt plurimi sunt idiotæ, & laici, qui alia, quam superstitiosa remedia ignorant: tunc vero illa protestatio videtur omninò necessaria, cum ab alio malefico petitur, quam illo qui intulit, ita plerique. Ego, salvo meliore, tunc maleficij solutionis petitionem, vel coactionem, omninò licitam esse iudicarem, quotiescumque maleficus id medio licito & honesto præstare potest, quamvis moraliter etiam certum foret, ipsum vel novo cum Dæmone pacto inito, vel alio quovis superstitioso & illicito modo id facturum: nam præterquam quod hæc doctrina *Caietani* sit, dicentis dissolutionem & destructionem maleficij, non esse opus malefici, vt maleficus est, sed hominis scientis impedimentum proximi sui; cuius sententiæ etiam est *Filliutius, & Lessius,* & *Del Rio* non videntur certè declinare in contrarium: præterea in hac ratione paritatis videtur fundata: plerique iam in eo conveniunt Theologi, quod licitè quis à Iudæo iuramentum petat, quamvis moraliter certum sit, ipsum vel peieraturum, vel iuraturum per falsos Deos, Ratio vtriusque est, quod Mago, habita illius petitionis occasione, adhuc liberum sit, medio aliquo licito (nam illud ipsum habere supponimus) ad maleficij solutionem vti; & Iudæo per Christum crucifixum iurare, cum moraliter sint agentes, non naturaliter, adeoque quod viam iniquam ingrediantur, relicta rectâ, imputent sibi; ad hoc vt petentis, vel cogentis actio salvetur, sufficit id illos per licita & honesta media efficere posse; vnde *Del Rio* ait, vtor iure meo, induco ad id quod facere tenetur,

Tom. 2. opusc. 12. N. 193. Lib. 2. cap 44. d. 6.

& ſine peccato ſi velit (ex ſuppoſito) poteſt facere, non autem eſt conſ
tire pacto, quod Dæmon cum malefico habet.... Non tam infero iniuria
quam illatam repello. Docet experientia, fere nunquam niſi vi coactos, n
leficium tollere velle. Quod ſi vel ipſe Maleficus, vel ipſa maleficij ſigna, ſ
alio maleficio reſciri nequeant; tum Medici ad ſacram anchoram recurrent
ſacerdotibus negotium comendent, ad quos Apoſtolica contra infernalia m
chinamenta poteſtas demigravit, exorciſentur, benedicantur pharmaca q
ægro propinantur; benedicatur ſal, quo cibos condiat: admiſceatur potui Aq
benedicta, de cuius vi contra Dæmonem *Epiphanius*, *Nicephorus*, *Caliſtus*, *h*
Tripartita. *&c*: fiant amuleta ex S. S. approbatis reliquijs, de quibus a
pliſſimè, & ſi quis alius curioſiſſimè, *Iacobus Sprengerus* ſuper modos tollendi
curandi maleficia. Præſcribat deinde Medicus ſeu ſpiritualis ſeu corporalis
votum hoc antiquitatis remedium à *Ioanne Freitag*. relatum, quod ſic ſe habet:

Hæreſ. 3. tom. 1. l. 2 Lib. 12. cap. 27. Lib. 9. cap. 34. Malle. malef. part. 2. per plura capita,

R. Herb. veræ fidei, ſincer. cordis, largiſſimæ Pietat. folior. certiſſ. Sp
ampiſſ. Miſericordiæ, Chriſtianæ Manſuetudin. flor. violar. Humanitatis, lilior. P
ritat. roſar. Charitat. ſemin. Caſtitat. oration. abſynthij Confeſſionis, ſpecier. dia
ſtolor. diamartyr. an. q. ſ. miſceant. Hæc omni. in mortar. conſcient. conteran
piſtillo Doloris, agitentur baculo Iuſtitiæ, cribrent. memoriâ paſſ. Chriſti, & ſac
divinitatis diſſoluta ad ig. tribulation. amaritud. & pœnitentiæ ſ. confect. cord
morſellata pura & ſincera mente maſticanda, ſæpius deguſtanda, & deglutienda.

Sint benefici Septemtrionalium *Drulli*, *Ruthenorum* Coltkij, Hiſpanor
Salutatores, & *Enſalmadores*, Gallorum *Druidi*, Aliorum *Cobaldi*, morbo
& pericula non rarò ſuis nugis avertentes, eo atrocius, quo inſenſibilius l
dentes, dum licitis in ſpecie, diviniſque vti videantur remedijs, & ſacroſ
ctæ Trinitatis & SS. nominibus iniunctis miſſarum ſolemnitatibus, cru
ſignaculis &c: tanquam ambiguis ludunt decipulis, de quibus non abs re R
hardus Victorinus: *Veritatem quærunt, non in veritate: quæſitam inveniant,*
ad veritatem; ſed ad vanitatem, & quod miſerrimum eſt, in verbis vitæ (q
non in ſolo planè vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit ab ore De
lucra mortis negotiantur.

Vndè non ſine ſale, & fortè cenſura legendi ſunt Canoniſtæ quidam,
berius certè de maleficij remedijs ſcribentes, inter quos famoſiſſimus
ſtienſis: dicens in hoc defectu recurrendum ad remedia Medicorum: & li
quædam remedia contra hæc ſcripta, vana, ſeu ſuperſtitioſa videantur, tam
cuilibet aucthori in ſua arte credendum eſt, ſed & ſatis tolerare poteſt Ecc
ſia, retundere vana vanis. *Hubertinus* quoque dum hoc modo ſcribit: p
ſunt maleficia, aut per orationes, aut per artem, per quam facta ſunt d
ſtrui, nec his diſſimilia habet *Goffredus*. Omnia certè tam contra religione
Chriſtianam, quam artem Medicinæ methodicam, ſicut enim Magicis a
b

Explanation. in Pſalm. Matth. 4. v. 4. In ſum. de frig. & malef. & tit. de impotent. cô. mun. In Gloſ. ſup. c. litteræ §. mulierẽ autem. In 4 præfat. diſt. In ſumm. ſuaeo. tit,

bus Dæmon non res ipſas, ſed ſolas rerum ſpecies, & ſpectra exhibet, ait *Fernelius*, ita & in his quæ ad medendi vsũ quovis modo accomodantur, nec certa, nec tuta, ſed fallax, captioſa, & perículoſa eſt ſanatio. Vidi ſcripta chartulâ collo ſubnexa vrſi corporis figura, Icterum vna nocte detergi: vidi & Febres verbis, & ceremonijs quadamtenus profligari., ſed quæ mox ſimiliter, aut multo deterius recurrerent. Poteſt quidem Dæmon quoſdam integrè perſanare, at tantum beneficium in hominem, quem perpetua ſectatur invidiâ, conferre haudquaquam vult. Fictam dumtaxat, ſimulatamque ſanationem exhibet, cuius admiratione perverſas hominum mentes irretiat, ſibique infidelitate ſubiuget, hoc vnum cum primis adnitens, vt ab his quos ſeduxerit, divino cultu & honore dignetur. *De medic. occult. lib.2.c.16*

Reſpond. ad Argum. 1. poſteriorem illam contractus partem nunquam adeſſe, nunquam enim Dæmon cum aliquo paciſcitur, vt ipſum impediat, aut ſibi contrarietur, neque ad illum finem, viam, & medium alicui ſubminiſtrabit, at benè è contra; vnde ratio diſparitatis hæc eſt, quod in poſitione ſignorum, præter nocumentum quod innocenti infertur, talis contrahens obtemperat, & obedit Diabolo, eum quaſi honore afficiens; in ablatione verò, præter ſanitatem recuperatam, vilipenditur Dæmon, impeditur, & ſummopore offenditur. Nec obijciant nobis apud *Gratianum* inter legitima maleficij remedia, ſignorum deſtructionem non numerari: & S. Hylarionem apud *Hieronymum* vetuiſſe illa ſigna perquiri, quæ ſub limine poſita eſſe clamabat energumena: quia *Hincmarus Remenſis*, cuius eſt ille Canon Gratiani, & S.S. P.P. ſignorum deſtructionem illicitam crediſſent, cum alijs ſuperſtitionibus (ſicut probationes per vomeres ignitos, & monomachiam abrogarunt) & illam vtique damnaſſent. Hilarion autem ideo ſolum illorum ablationem vetuit, ne, inquit. *S. Ieronymus*, aut ſólitis incantationibus receſſiſſe Dæmon videretur, aut ipſum ſermoni eius accomodaſſe fidem: ſcandalum nempe metuebat Hilarion, & dono miraculorum erat inſignis, quod cuique datum non eſt. *Cap. ſi per ſortiar. c. 33. quaſt. 1. In vita eius. Ibidem.*

Ad 2. Non ſolum ideo illicitum eſt, ſed ne adhibendo media illicita, peccatis illorum coöperemur, paucis, quia *non ſunt facienda mala vt eveniant bona*: aliquando enim, hoc modo illorum operâ vti licet, cogendo ſcilicet (ſi nempe abſque novo maleficio poſſint) vt nocere diſiſtant, pro quo *Del Rio* inter alia magnorum virorum argumenta adfert *B. Theodori* Archimandritæ exemplum in Theodorum Magum. Quod autem *Apolloneus* alijque falſi Prophetæ, aut ipſe Dæmon vera miracula poſſint facere, nego abſolutè, thaumata reſpectu noſtri illa quidem, ſed miracula res ſunt infinitæ potentiæ, ad cuius participationem, non niſi viri Sanctiſſimi, vel Angeli ipſi aſſumuntur, cum gerere debeant omnipotentis vices: & vt D. Calixtus verum miraculum *Diſquiſ. magic. In cap. 2. Ioan.*

non

non potest, nisi à solo Deo proficisci & fieri, ille enim nulla causarum leg ligatus, potest non tantum, quod causæ possent naturales, si activæ passiv applicentur, quæque non implicant contradictionem ..... verum etiam quæ i solita sunt, & præter eum ordinem fiunt, nam ipse est *qui facit mirabilia m gna solus.* Toletum ibi vocem *miracula* tam latè sumi præsumo, vt etia tara & thaumata comprehendat: alias si quis vera etiam miracula à Dæmon posse fieri, sustineat divina sic dispensante gratia, per me licet.

Ps. 72. & Ps. 136.

Ad 3. Tritum hoc axioma libenter concedo, cum hac restrictione tame si moderamen adsit inculpatæ tutelæ, quæ conditio in allegato casu deës Nec quidquam proverbium illud nisi pro nobis facit, quod per hos Medic rum Aphorismos & sententias explanatur, *Similia similibus conservantur*, s *contraria contrarijs curantur*, ac per consequens, sicut calida per frigida, i Dæmoniaca per divina Media curanda, cum inter se nullo sint magis contr ria, quam nodus infernalis, & cuneus cælestis. *Succidenda causa morbi es* dicit Gregor. Tholosanus, *nempe peccatum, & recurrendum ad Deum optimu maximum, vt misericordiæ eius reconciliati, ipse potestatem, quam Sathanæ d dit, revocet, & eum longius religet.*

Lib. 28. syntax art. mir. c. 14.

Ad 4. dicendum graviter errare Magistratum illum, qui ex Magorum, lamiarum delira opinione deceptus, cogit maleficas, benedictione simili m leficium tollere, nam, vt benè ait Francisc. *Torreblanca*, huiusmodi ben dictio nihil aliud est, quam formula, qua ex pacto Dæmon se cessaturu promisit: Vide *Raphaël de la Torre.* Cornelium Gemmam *Artis Cosmocri lib. 1. cap. 6.*

Lib. 2. Dæmonol cap. 5. Tom. 2. de vitijs oppos. relig. quæst. 95. art. 4. disp. 2.

QVÆSTIO VII.

An Medicus vti possit Sanguine, Carne, Adipe & Ossibus humanis?

Lib. 12. de contusionib.

A*Mbrosius Pareus* Quatuor Regum Galliarum Chirurgus, de Mun discurrens, fraudemque Iudæorum detegens, etiam peste, & lue V nereâ mortuorum corpora condientium; taliter concludit: Tale est, inquit; h pessimum Pharmacum, vt non solum nihil ægrorum corporibus prosit, sic varijs in casibus expertus sum, sed & stomachi dolores, halitus fœtoren aliaque multa ipsis adferat incommoda, ergo mumiâ, sive quod idem carne, ossibus &c: humanis vti, contra artem Medicinæ est, si nihil iuve vt ostensum est, vel si iuvent (vt plurimi Medici sustinent) cum à natu sua id non habeant, nec miraculosè, necessario à superstitione, ergo etia est illicitum.

2. H

2. Humanas carnes, sanguinem & ossa devorare ad Antropophagiam spectat, & ferinam barbariem, quam Deus ipse, & homines abhorrent, quod vel ex eo patet, quod si canis caninam, porcus porcinam, aliudvè animal, ex suæ speciei animalis carnem comederit, illico ingenti scabiei, Lepræ, vel alterius corruptionis lue inficiatur: imò non aliunde, quam ex eo Syphilim, seu Luem Veneream originem suam traxisse, fideles historici testantur, quod in Neapolitana obsidione Francorum lixæ, cupediarij & coci cadaverum carnem, partim inopiæ, partim dulcioris saporis ergo, in minutalibus & artocreis suis admiscerent: alij ex eo provenisse dicunt, quod obsidionem solvere coacti, rubris quæ reliquerant vinis, Sanguinem humanum affuderint, ergo illis nullo modo vti licèt.

3. *Rabanus Fuldensis* Abbas ieiunio & disciplina corripiendos illos esse censet, qui de Iecinore rabidi canis medicamenti loco vni dederant, qui ab eodem morsus fuerat; rerum similium Antipathias, & Sympathias, tanquam superstitiosas, reijciens: atqui idem de partibus Humanis dicendum, ergo illis in Medicina vti est illicitum. *In Epist. ad Reginaldum.*

4. Vsum Humani cadaveris, eiusque partium ad Magiam & superstitionem spectare, ex eo est evidens, quod ipsi Dæmones, Maleficæ, & Sagæ, in maleficijs suis illum ordinariè adhibeant, sicuti docent *Michaël Psellus* Chaldaicæ Theologiæ illustrator, *Hieron. Iordanus*, & *Fernelius* de quodam in quem potiunculâ humani sanguinis hausta, mox Dæmon intravit. *Lib. de Dæmonib. Lib. de morb. sua per nat. cap. 42.*

3. *Numeror.* 19. Præter illa quæ præcedunt, addit Dominus ad Moysem: *Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinium & aspersus hac commistione non fuerit* (contraxerat enim immunditiam legalem) *polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Israël, quia aquâ expiationis non est aspersus; immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum;* quod si in vetere Lege mors interminetur Israëlitis humanam cadaver tangentibus, ergo à fortiori Christianis in Lege Gratiæ & charitatis, multo minus licebit eius quidpiam per os assumere, aut corpori applicare. *Vers. 13*

6. *Plinius* rerum omnium peritissimus, similia medicamina deridens, *quasi vero*, inquit, *sanitas videri possit, feram ex homine fieri, quin morbo dignum, non ipsa medicinæ gratiâ, egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici* (pergit idem Plinius) *Humana exta* (in augurijs) *nefas habetur, quanto magis mandi? quis ista invenit ostenta? tecum enim res erit eversor iuris humani, monstrorumque artifex, qui primus ea condidisti, fecisti credo, ne vita tui oblivisceretur. Quis invenit singula membra humana mandere? qua coniecturâ inductus? quam potest medicina ista originem habuisse? quis veneficia innocentiora effecit, quam remedia? esto Barbari, externique ritus invenerint, etiamne Græci suas fecère has artes?* quid nos de Christianis dicemus ijsdem vestigijs inhærentibus, quibus ipse *Cornelius* *In proœm lib. 28. natural. Histor.* *L... de va... sci...*

lius Agrippa improperat, quod veluti deficientibus remedijs, Humanam a[d]pem in vnctiones subigant, humanasque carnes aromatibus adservatas, n[e]fario naturæ piaculo, hominibus edendas præbeant.

SED CONTRA Facit Aphorismus ille Petri Blesensis lib. de amicit. ***Non melior medicina homini, quam homo.***

CONCLVSIO.

Quibusdam modis Medicus his vti potest.

EYmericus, *Ponzinibius*, *Sprengerus*, *Martinus de Ales*, *Codronchius*, *To[r]reblanca*, *Spina*, *Iordanus*, *Rabanus*, omnesque illi qui de Maleficijs Superstitionibus, & Magia scripserunt, in eo puncto conveniunt, quod plurimis suis sceleribus, ossa, partesque cadaverum, tanquam instrumen[ta] inserviant, sicuti, referente *Torreblanca*, videre est apud Cælestinam, v[n]guium præsegmina, Capilli, Oculi, laquei suspensorum, de quibus *Seneca* [&] *Lucanus*, nec non & vitta lanea eius maximè, qui feria tertia supplicium p[a]titur, de qua *Propertius*:

In Trag. Callisti & Melibea. In Medaa In Pharsal. lib. 6. lib. 3.

Cinctaque funesto lanea vitta viro.

Ita vt nec ipsa quietis loca, sepulchra dico, ab earum infestatione sint t[u]ta, nam ex bustis & rogis reliquias legunt, ad exitiales viventium neces, [v]idem Poëta:

Per tumulos errat sparsis distincta capillis,
Ipsaque de tepido colligit ossa rogo.

Ex eo factum est, quod & Medici humani corporis partibus ex arte, & licitè vtentes, magnam rudioribus superstitionis prebeant, & crudelitatis su[]spicionem, dum violentiâ interempti Dente gingivas in dolore scarificari *Apolloneus* efficacissimum esse affirmat; *Miletus* oculorum suffusiones, felle hominis sanari; *Artemon* calvariam interfecti dat in Comitialibus morbis, & *An[]thaus*: ex cranio suspensi contra rabidi canis morsum catapotia fecit *Galenus* lib. II. *simplic. tit. de ossib.* Ad Podagram, & artuum dolores, ossium humanorum pulverem probat *Austrius*, & *Fontanus*: *Losellius* quoddam ex sanguin[e] humano vnguentum describit miræ efficaciæ. Capilli hominis si destillentur egreditur succus, qui capillis prolongandis inunctione prodest. Coli cruciatus demulcet particula de vmbilico infantis recenter nati, in argentea capsula vel annulo inclusa, & ita gestata vt carnem attingat. Lumbrici maioris, & minoris mundi, lumbricis hominis medentur: Sanguis, è naribus, & veni[s] profluens, torrendo friabilis factus, narium & venarum hemorragiam, insufflatus, & inspersus sistit, daturque etiam intra corpus. Secundinam, secun-

Lib. II. simp. tit. de ossib. Lib. de morb. pu r. c. 10 In appēd. praxeos tit. Vnguent. ar[] mar.

dina

dina lota, ac in fictili torrefecta, mirificè educit &c: multa his similia apud *Crollium*, aliosque medicos videnda, Wecherum *Lib. 1. antidot. sect. 21. & seqq.* & *lib. de Secretis*, & ibid Alex. Pedemontanum, Mizaldum *in Centurijs mirabil.* Angelum Salam *in opere suo Medico-chymico*, Oswaldum Grembs *in lib.* qui dicitur *Arbor integra & ruinosa hominis* Matthiol. *in lib.1. Dioscord. ad cap. 55.* Ioannem Hartmannum *in Praxi Chimiatrica*: & horum certè vniuscuiusque actiones, & sententias singulares tanquam licitas & honestas approbare, tam temerarium esse iudico, quam dicta & facta illorum superstitionis arguere iniustum. *Lib de signatur.*

Itaque media viâ procedit Conclusio nostra, in qua dico, Quæcumque etiam ex homine sive vivo, sive mortuo desumpta in medicinæ vsum licitè deduci posse, modò hæc duo absint, *Crudelitas*, & *Superstitio*, quod vtraque facilè abesse possit, demonstrant earum definitiones: removeatur ex animo omnis atrocitas, & inclinatio ad asperiora, *Seneca* testimonio aberit Crudelitas; deponatur falsa religio, & vana fides, & vno Theologorum consensu, non aderit Superstitio: & esse quoque efficacia, colligitur tam ex eorum manifestis qualitatibus quàm occultis in ipsa signatura (vt *Crollius* loquitur) & similitudine latentibus: papaver cùm corona repræsentat caput & cerebrum, ideò decoctum eius, inquit, in multis Capitis affectibus vtiliter exhibetur: folia Asari representant & iuvant aures & auditum, Beloculus oculum, Mentastrum aquaticum Nasum; Acini mali Punici dentes: Hepatica Iecur: Melyssophilon Cor: pulmonaria pulmones: deinde bestiarum partes propter similitudinem humanis subveniunt, puluis cordis Perdicis cardiacam passionem tollit, Iecur lupinum, Iecinoris infirmitates: oculi bovis humor cristallinus, oculi: vesica Carpionis, vesicæ humanæ vitia corrigit &c: cur ergo in maiore sympathia, & similitudine, quàm partes hominis habent inter se, inveniretur minor efficacica & virtus? cùm, teste eodem *Crollio*, omne quòd intrinsecum est, ferat illius occulti externam figuram, tam in sensibilibus, quàm insensibilibus. Num ideò fortè Christus Dominus, ex hominis costa formavit Evam, vt ex illa materia humana corpora reparari posse creaturæ addiscerent, ex qua de novo illa voluit creator formare? si ita est rectè *Helmontius* omnium, qui hactenus in orbe terrarum fuere, medicorum inventiones & remedia deridens, generale morborum remedium, & Panacæam esse dixit, pulverem quoddam diaphoreticum Paracelsi, quem filius eius, eadem patris in arte Medicinæ hæresi infectus, vt intelligo, esse dicit purum, putum limum, & terram illam Edom, ex qua Deus formavit primum hominem, qui limus, ex certa materia (omnia heterogenea arte chymica separando, post multas macerationes, Filtrationes, Pellicanationes Cohobationes &c: tandem extrahitur, omnia Evectica, Prophilactica & sa-

Lib. 2. de clement. cap. 5.

Tract de signatur. plantar. & rerum.

In nova & inaudita doctrina febr.

nantia nostra remedia superans, ideo credo quia ex illo pamno fit reparatio ex quo hæc corporis nostri tunica confecta est, qua *expoliari* nos nolle Paulu ait, *sed supervestiri*: & ex hac sola consideratione Helmontium omnium om nino aliorum remediorum genera cavillantem, soli Mumiæ pepercisse suspi cor, nulla quod sciam de illa facta mentione, de cuius effectu, & virtute dur *Agricolam*, *Scaligerum*, *Brasavolum*, *Matthiolum* aliosque legit *Bernardus Ca* ,, *sius*, cum admiratione exclamat: quis humanæ morti credat inesse tant ,, remedia, pro humana salute, & vita cuius cadaveris etiam ossa in pulverei ,, redacta, potuque exhibita varijs corporis languoribus prodesse quidam cre ,, dunt, os suum vnicuique membro tribuentes, quod penitus refellendur ,, non esse dicit *Matthiol.*

2. Corint. 5.4.

Lib. 4 de fossilib.

Exercit. 104. sect. 9. in exa-min. ter-rar. in lib 1. Dios-corid. ad cap. 85.

Omnibus tamen his non inhærendum tam mordicus, ne quis perciulur superstitionis subeat, nec resistendum tam acriter, vt communi autopsiâ, & innumeris sese experientijs convictum ludibrio exponat. Audi tarsissin de hac materia pro more suo, discurrentem *Fernelium*, totam hanc nostrar conclusionem compendio absoluens. Quod alia, inquit, medicamenta, ali corporis partes aut iuvent, aut ledant, in causa est Sympathia & Antipath idque tunc plurimis exemplis confirmat: & *Hieronymus Cardanus*, ex corpoi bus nostris, ait, multa sumi possunt medicamina, ob Sympathiam fida; simil quippe similibus conservantur: denique illis ipsis verbis quibus *Plinius* natu histor. librum incepit, conclusionem finiam: Qui ergo diximus herbas, florum imagines ac pleraque inventu rara ac difficilia, ijdem tacebimus, qu in ipso homine prosit homini, cæteraque genera remediorum inter nos viver tia? cum præsertim nisi carenti doloribus, morbisque vita ipsa pœna fiat? m nimè verò, quin omnem insumemus operam, licet fastidij periculum v geat, quando ita decretum est, minorem gratiæ, quam vtilitatem vitæ re pectum habere. Plura qui de his desiderat legat *Galenum lib.* 11. *Simplic. Ca de Cancro & lib.* 10. *simpl. tit. de sang. suill.* Avicenn. *lib.* 2. *Canon. cap.* 6 Ruell. *lib.* 1. *de natur. stirp. cap.* 11. *de concord. & discordantia rer.* Fracasto *de Antipathia & sympath.* Fernelium *de abdit. rerum caus.* Levin. Lemni, *de cult. natur. miracul.* Cæli. Rodigin. *Lection. antiq. lib.* 15. *cap.* 25. *& lib.* 25. *cap.* Francisc. Tolet. *lib. instruct, sacerdot.* 4. *cap.* 16. Petrum Bellonium *lib.* 2. *obs vat. singular. cap.* 47.

Lib. 2. Mineralog. cap. 7. sect. 13.

Loco cit.

Lib. 2. de abdit. rer. caus. c. 17

Lib. 18. de subtilit.

Lib. 28.

Ad Argum. 1. Resp. Paræus Regibus suis ita particularem suam de Mun opinionem inculcare non potuit, quin Franciscus istius nominis 1. quocui que locorum iret, non solum circumferri illam cum sarcinis iuberet, sed ip secum semper deferret, vti refert *Petrus Bellonius* & Commentarista *Guiliel Salustij*; & si temerarium non sit vnicum Chirurgum, non nisi maternam li guam callentem innumeris fere doctoribus, Magistris & præceptoribus

Lib. 11. obser. partic. c. 47.

2. Semain 1. Iour.

co

contradicere, infinitasque cum illis experientias evertere velle; 'saltem, facilius insulsa scaturigo oceani salsedinem edulcorabit, quam Chirurgns vnus tam præclarorum virorum auctoritatem destruet. Adeò reclamarunt ait *Cardanus*, quibus mores cum litteris Græcorum placent, vt malint ægros perire, quam auxilijs, quæ illi non cognoverint vti, vt vsus eius exoleverit auxitque contemptum; quod nunc frusta deferantur cadaverum, quæ in mari rubro, ob ventorum calorem, & siccitatem, tum regionis æstum, in navibus mortuorum, ac siccatorum, ad nos, tum eorum qui in arena suffocati sunt, pro Mumia deferantur: quamquam nec hoc genus Mumiæ, inutile sit medicamentum, ita Cardanus, vnde illi effectus naturalis imputandus, non superstitioni adscribendum. *Lib. 18. de subtil.*

Ad secundum negatur Assumpt. nullus enim vel Christiana fide, vel natura saltem humana non exutus Antropophagas execratur, de quibus *Iuuenalis.* *Satyr. 15.*

Sed iam Serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera: quando Leoni
Fortiori eripuit vitam Leo fortior? &c.

Et modo in argumento narrato luem Veneream irrepsisse multo minus, quam verisimile esse iudico; cum constet Columbi milites, & matones illam ex noviter invento orbe, ex Insulis *Quisqueia & D'ayti* conductam, in obsidione Neapolitana sparsisse tempore Ferdinandi Hispan. Regis, & vt ita esset nihil allegatum argumentum contra nos concluderet, longè enim aliud est ex mera crudelitate & lautitia elixas, aut frixas humanas carnes mandere, & easdem cum aromatibus conditas in medicinam vertere. *Anno Domini 1495.*

Ad 3. Respondet Aucthor *Theatri humani*, quod bonus ille ac simplex Abbas in eo ostendat Zelum non secundum scientiam, sed secundum ignorantiam, quippe cui spiritualia animæ remedia, plus quam corporalis medicinæ secreta innotescerent, cuius sententiæ subscribit *Ioann. Molanus.* *Volum 3. lib. 2.* *In Diar. Medic.*

Ad 4. dico fateri debemus Sagas, Maleficosque humanis membris in pessimum finem vsurpare, longo tamen alio agendi modo, quam Medici illis vtuntur: deinde nullum ab abusu argumentum: quid tandem alias in medicina tam bonum invenietur, quod assumi non potest in pessimæ eorum voluntatis instrumentum? quid in vniversa rerum natura tam innoxium, quod nequitiæ suæ famulari non cogunt? quid in Ecclesia tam sacrum quod irreligio illorum non profanat? quid in spiritualibus tam sanctum, cui illorum sacrilegium parcit? Augustissimum Sacramentum, Eucharistia Anagrammaticé *Vis Theriaca* est, huic veneni personam obtrudunt: vndè Seneca *Non queri possumus de aucthore nostri Deo, si beneficia eius corrumpimus & vt essent contraria, efficimus .... Si beneficia natura vtentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus.* *Lib. 5. natural. quæst. in fine.*

1. 2. q. 103. a. 3. ad 2. Ad 5. Respondendum Legem Moysaicam, quoad omnem obligation ex doctrina *D. Thomæ*, & aliorum passim, in morte Christi esse abrogat tunc enim amisit vim obligandi, quando velum templi scissum in duas part *Matth. 27. v. 51.* summo, vsque deorsum, & Christus in cruce dixit *consummatum est*. N *Li de insomnijs.* post mortem eius verificata sunt illa verba Hyppocratis: *quandoque à mo alimenta, incrementa, & semina suppeditantur.*

Ad 6. Satis ad obiecta ex *Plinio* respondero, si quæ immediatè citata verba præcedant, tantũ nudè allegavero, quæ sic se habent *Sanguinem Gladia bibunt, vt bibentibus populis, procul sint Comitiales morbi. Quod spectare facie eadem arenâ feras quoque, horror est. At Hercule illi ex homine ipso sorberi eff cissimum putant calidum, spirantemque, & vnà ipsam animam ex osculo Vu rum, cum è plagis hunc, ne ferarum quidem, ori admoueri fas sit humano. medullas crurum quærunt, & cerebrum infantium. Nec pauci apud Græcos sing rum viscerum, membrorumque sapores dixere, omnia persecuti, vsque ad reseg na vnguium. Quasi vero sanitas videri possit feram ex homine fieri &c*: quæ in dem Proëmio sequuntur, ita vt *Plinius* non adipem, aut Mumiam hom improbet; sed abusum illum veterum in sola crudelitate, & credulitate co stentem, quem tueatur *Agrippa* si velit, nihil hic eius valet testimonium, Hæresi, & Magia tam infamis est.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Medicus possit vti Amuletis, Pentaculis, Collyrijs &c.

Circa an. Domini 781. canon. 42. 1. EST planè contra *Concilium Turonense* III. habitum tempore Caroli Ma ni, quod sic habet: Admoneant sacerdotes fideles populos, vt no rint, Magicas artes, Incantationesque, quibuslibet infirmitatibus homin nihil posse remedij conferre, non animabus languentibus, claudicantibusq vel etiam moribundis quidquam mederi, non ligaturas (nota) ossium, herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse; sed hæc esse laqueos, & sidias antiqui hostis, quibus ille perfidus, genus humanum decipere nititu & similia habent *Concil. Romanum*, & *Synodus Trullan. Canon. 61.*

2. Hebræorum Phylacteria, quæ *Tephillia* vocabantur, à quibus om alia suam originem ducunt, tanquam vanissimos ritus exsequitur *S. Hiero mus*, *Oleaster Lusitanus*, plurimique alij, neque enim frontalibus istis natu lem viam averruncatoriam (ait *Iordanus*) malorum geniorum Deus, valdè per accidens, indiderat, sicuti latius in corpore conclusion. dicet *Sub. Zacharia. pontif.* ergo nec Christiani vllo modo ijs vti deberent.

3. Scribit *D. Augustinus*, & ex eo *Gratianus*, omnes artes huiusmodi, vel n

gatori

gatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum, & Dæmonum (quale fædus etiam **D. Cyprianus** agnovit, & mentio fit in vita **D. Basilij**) quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ, penitus sunt repudiandæ: & hæc Augustini verba repetens **B. Isidorus**, loquitur, quasi Ars medicorum comendet ligaturas execrabilium remediorum, in præcantionibus, seu characteribus suspendendis, aut ligandis: ergo Amuleta & Pentacula nullo modo sunt in morborum curatione admittenda.

Commlt. in pentateuch. De morb. supernat. cap. 53.

Sed Contra faciunt verba illa sive Galeni, sive alterius præclariss. Medici lib. de suspens. *Quædam substantiæ habent proprietatem ratione inconprehensibilem propter sui subtilitatem: non subminiśtratam sensibus, propter magnam sui altitudinem.*

CONCLVSIO.

Sunt Amuleta & Pentacula quædam, quibus Medicus artificiosè, & licitè vtitur, non tamen omnia.

VEhementer paganizantes, olim dicti sunt *Gasæi*, sed Ægyptijs tanquam omnium primis tribuuntur Deorum Aræ, Simulacra, Templa, Effigies animalium, saxo & ferro pro Amuletis insculptæ. Græcorum iudicio improbitates, ac superstitionis primas referunt Lydi, Ægyptijs secundò locò constitutis, & Caribus tertiò. At Græcia ipsa quem tandem occupabit locum? nempè sic

Auson.

Clodius accusat Mæchos, homicida Milonem. Propius rem intueamur. Similium imaginum, figurarumque pensilium, triplex genus describit **Conrardus Winpina**, referente **Iordano** iam sepiùs citato, quorum primum est, cum Suffumigationibus, & Incantationibus per 54. Angelorum nomina, in honorem Dæmonum, non nisi ab ipsis Dæmonibus, suppeditata: Secundum Sculpturis peregrinis, & planè barbaris innixum, 4. mundi cardines, & multa nomina, ex delirijs Mahometicis, Chaldaicis, Ægyptijs, continet: Tertium circa Aspectus cælestium, & sublunarium occupatur, cui **Caietanus**, **Baconus**, **Albertus Magnus**, **Mizaldus**, **Ioannes ab Indagine**, **Ioan. Bapt. à Porta**, & alij, aliquousque ad stipulari velle videntur; rectius tamen, cum duobus præcedentibus ab alijs ferè omnibus damnatur, tanquam in Aphorismo Magico fundatum, ex libro *Arbatel*. Non parvum incrementum hæ superstitiosæ nugæ à senioribus accepêre, populum Hebraicum in antiqua Lege regentibus: nam quod Christus Dominus Moysi mandaverat, vt ad levamen suum 70. seniores ex populo seligeret, qui simul cum ipso lites, & discordias dirimerent: id Synagoga, post Moysis obitum, in perpetuam traxit consuetudinem, explicans omnem in lege occurrentem difficultatem, regulas & statuta, non so-

De convenient. viri, & offic. nominib. rer. & personar. Num. 11.

lùm Reipublicæ, sed cuique in particulari suam æconomiam, moresque d mesticos præscribens, & ita Scriptura sacra ridiculis explicationibus, sup stitiosis Glossis, vanisque additionibus ex *Cabala* desumptis fuit magnop depravata, inde tam multæ ineptæ ceremoniæ introductæ, in semi-magijs, superstitionibus mox degenerandæ: tantæ enim hi nequam erant aucthori tis apud plebem, vt verba eorum æstimarent, tanquam à Deo, vel Mo prolata; vt ex eo patet, quod Apostolos non de prævaricatione Legis, de omissa glossa, de lotione manuum accusarent: & ex Phylacterijs illoru tantus Amulctorum & pentaculorum abusus.

In cap. 8. Cantic. — *In Epist.*

Erant autem Philacteria (vt hoc obiter dicam ex *Paraphraste Chalda* fasciolæ frontales, seu resegmina membranacea, tum capiti, tum manui vi alligata, valuis etiam ad latus dextrum infixa, ita vt pars earum tertia T lamum respiceret. Fuerunt autem ex supracitatis glossatoribus præcipui, t *Antonio de Guevara*, *Rabbi Salmon*, *Rabbi Salomon. R. Enoch*, *Limudar*, *Ad Elcana*, *Lojade*, ex quibus non solum multæ vanæ & falsæ doctrinæ, sed

Hom. 43. in oper. imperf. tom. 3.

tres illæ famosæ hæreses exortæ sunt, *Asseorum* nempe, *Saducæorum* & *Ph sæorum*. Confirmat dicta hæc *S. Chrysostomus*, quod Pharisæorum magn cantium fimbrias suas exemplo, nunc multi aliqua nomina hebraica Ange rum, confingunt, & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metu da videntur. Eandem hanc Iudæorum impietatem redolet, pictus ille & sup stitiosus circulus, ab *Elia Levita* seu Germano magno illo Critico, & A starcho hebraismi traditus, quem in cubilibus suis habebant Hebraicæ pu peræ; tessera Dæmonis erat, tam benè quàm annulus ille é cortice pal

Lib. 7. histor Eccl. cap. 13. — *De signaturis.* — *In lect. antiq. & de morb. puer.* — *Lect. anti li. 9. c. 23.* — *Lib. 2. de morb. occult. c. 16.* — *Li. 16. de civit. Dei cap. 11.* — *In Sophoni. cap. 3.*

factus Iudæorum Alexandriæ, contra Christianos tumultuantium, secret ris conspirationis sanguinariæ symbolum, de quibus amplius *Socrates* & librum speculationis *Rabbi Iudæi hama* legerit, & librum *A Costa Ben-luca* dæo Lusitano, viderit facilè superstitiosum illum veterum Iudæorum spirit in modernos nostros demigrasse; qui membrum virile similiaque obscena p rorum collis pro Periaptis alligare solent, vt illos à fascinatione præserve sicuti refert *Mercurialis*, imò pro singulo morbo, Magicum solùm hab & diabolicum Amuletum: in Caracalla quidem prodit Spartianus (ait *Ca Rhodiginus*) damnatos fuisse, qui in Tertianis, & Quartanis Amuleta collo p pendentia gestarent; nunquam tamen eradicabitur hîc morbus, quia sim tanquam Cabalistica chartæ non confidunt, sed viva voce iunioribus senic communicant. Qualia sunt duæ illæ græcæ litteræ P: & A. verba hæc *strigibus cesque dentatæ* &c: *Abracadabra Sereni*, fascia mulieris, laqueus suspendiosi, vi paralelæ per modum crucis collo subnexæ, similesque aniles fabulæ, de bus *Fernelius*, ad quas solùm valet Hebraica lingua, nam illam in hac omnibus alijs anteponunt, tanquam primam, quâ Adam, & filij eius

r

runt locuti; vide D. *Augustinum*, & D. *Hieronymum*; & hac vtebantur etiam in suis Phylacterijs olim, cum hac differentia, quod illa Auro inscriberent, vndè *Marbodæus lib. de gemmis*:

Esse phylacterium fixum perhibetur in Auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores.

De hoc etiam aliqua *in Cap.* non oportet *H. 26. quæst. 5.* omnia tamen benè delirantia somnia à *VValdensi* fuisse nominata in primis ex eo patet, quod Sol, Luna, Astra, stirpes cum ratione careant, divinam illam in Hebraicis verbis latitantem virtutem non agnoscerent, ac per consequens, nullo modo ita permoveri possint vt hominis voluntati obediant: sed, inquit *Torreblanca*, noverint, vim illam caractheris olim veteris Hebraici, nunc toto cœlo à nostris, & modernos à vetustioribus discrepare, certissimum est, vti nos docet *S. Hieronymus*, certum est, inquit, Esdram post captam Hierosolymam, & restaurationem templi sub Zorobabele alias litteras reperisse; quibus nunc vtimur, cum ad illud vsque tempus, ijdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuissent, quod idem confirmat *Cardinalis Bellarminus*.

Cap. si quis Ariol. d. 26 q. 7. in opere Sacram. Lib. 1. de Magi. divinat. cap. 13. In prolog. Galeat.

Nos omnigena superstitione relicta, intra naturæ limites regredimur, ad illa Amuleta & Pentacula, quæ ingenita proprietate, & incognita nobis virtute, vel etiam manifesta lædunt, aut prosunt, de quibus *Galenus* noster varijs locis. Vel lædunt dixi, quia si vim læsivam quibusdam rebus inesse fateri cogamur, quare negabimus & sanativam: Si Antipathiam agnoscamus vel inviti, cur & Simpathiam non admittemus? sicut enim Cantharis etiam capiti applicata, & secum tantum portata, omnibus quas transit partibus illæsis, solam vesicam exulcerat: & Lepus marinus particâ attingentis pulmones; imo omni omnino parti quidpiam totius substantiæ dissidio contravenit, quod illius venenum est, & deleterium: eodem modo ab aliarum rerum tota substantia qualitates fluunt familiares, amicæ, & quasi nostræ naturæ (non solum singularum partium) conservatrices, sicut Alcis vngula, & Peonia mas Comitialem morbum occulta sua proprietate tollit & soluit: & occulta proprietas cùm pons asinorum audiat à sciolis, hic paulò fusius explicanda, vt patefiat, in quo illa tota & omnis Amuletorum virtus consistat. Si appositis amuletis, vel sesqui-pedalibus verbis effutitis, quispiam à morbo liberetur, nec illorum virtuti occultæ, nec superstitioni alicui, sed solis viribus imaginationis illum effectum adscribit *Alexander de Vicentinis*. Vbi namque certa spes salutis concipitur, calor, spiritusque quoquoversum effusi, ad functionum munera acriores, aptioresque redduntur. Sic Epileptici, dicit, dum ex Alcæa vngula factum annulum gestant, qui illi summam fidem adhibent, & ideò solùm tunc non corripiuntur, quod confidentiam illam, sprituum quies & tranquillitas excipiat: vbi semoto annulo, timor invadit, turbantur spiritus,

In lib. 2. de verbo Dei cap. 15. tom. 8. l. De remed par. fac. class. 7. Lib. 2. de composit. Medic. secund. loca class. 5. &c.

ritus, atque consternuntur, à quibus exciti humores Cerebri ventricul
obstruunt, membranasque vellicant, hinc ille sacer morbus: ad horu
confirmationem adde perinde illis accidere, ac qui demisso, humilique l
co angustam trabem recti, ac firmi perambulant, at si loco ponatur en
nentiore, vnde periculum impendit, nec audebunt absolutè, vel suspen
gradu incedunt, vel etiam delabuntur præcipites, quia scilicet metus spirit
omnes ad fontem revocans, lacertos vacuos relinquit. Eodem modo
Quartanam fieri, & admota Araneâ propulsari credit: verum contra h
In Theolog. Hyppocrat. cap. 5. bene cùm *Ioanne Stephano* advertendum, affectum aliquem, ex prænotion
phantasiæ læta, vel tristia obijcientis suboriri quidem, sed circa ipsum C
illam tumultuariam sanguinis, spirituumque commotionem fieri, qua
Cordis potiùs, quàm Cerebri affectus ex phantasiæ deliramentis emerge
consentaneum foret. Nam etsi pathemata & affectus vniversum corpus m
veant, in ipso enim corde, aut caloris, aut frigoris, secundum Aristoteler
facta alteratio & si in exigua, & non sensili particula, plurimam tamen in to
corpore causat mutationem, vt temone paululum translato, magna fit pr
ræ transpositio: nihilominus tanti non sunt, vt excitis spiritibus, con
nenter (nisi summa antea existente præparatione) morbos pareant; quam
hoc omnibus innotescat, confidentiam in ægris mirabilia perpetrare, vn
Avicenna dicere solebat: *Illum Medicum plurimos curare, cui plurimi confidun*
& plus illam facere fidem quam multa Medicorum pharmaca: efficit vt m
lorum citius obliviscantur & dolores, animo in medicum converso, aut pla
non sentiant, aut saltem mitius ferant. Propterea etiam *Franciscus Valesius* M
dicos dehortatur expressè, ne eorum curam suscipiant, à quibus non æs
marentur plurimi: his tamen omnibus non obstantibus, cum videamus m
ximè confidentes etiam & summopere sperantes varijs morborum, in qu
proclives sunt, paroxismis invadi, futilem hanc *Agrippæ* sententiam (*qui n*
crediderit, non experietur) iuremerito Phylosophi reijciunt. Dico itaque o
cultas has rerum proprietates non esse inuentum novuum, & ab ignoran
bus, vt quidem aiunt, confictum cultrum, quo omne difficultatis filum i
ciditur, sed sententiam veterum Phylosophorum, Naturalistarum & Me
corum monumentis approbatam: ex antiquioribus vnum dumtaxat Gal
num adducam, qui hanc totam substantiam (occultæ huius proprietatis m
trem, formæ copulatam) ab Elementorum facultatibus planè docet esse
versam.

Cap. 17. In primis *Lib. 5. de simp. Medicam. facult.* de medicamentis totius substant
similitudine attrahentibus Phylosophatur hoc modo; Sed & aliud attrahe
tium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit, id quo
aliud est nihil, quam totius essentiæ similitudine; ceu quæ nutriuntur,
n

miliaria nutrimenta attrahunt. Talium medicamentorum, sunt purgantia omnia, & nonulla Alexiteriorum sive Amuletorum. Sed nusquam clarius, quam vbi de Cancris fluvialibus vstis agens, præceptorem suum Pelopem vellicat, causam reddere volentem, cur isti medeantur demorsis à Cane rabido. Cancrorum cinerem, inquit, quod exiccandi vim habeant, mordentium canum venenum absumere, simulque digerere dictabat Pelops, ambitiosa professione iactitans se talium omnium causas novisse. At nisi me planè scire quidpiam ante persuasum habeam, propinquis persuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem, contra quam videbam multa dici posse, pro vera recepi: nam & Cancros prodesse puto ex proprietate totius substantiæ. Ita *Galenus* qui & *lib. 2. de natural.* satis ostendit se, vel nolentem ad occultas rerum proprietates confugere debere & *Lib. 11. de simpl. medicament. facult.* promittit se integrum de hac re librum scripturum; quem tamen nunquam vidi, aliqua tamen *Lib. de remed. part. faciend. lib. 2. de composit. medic. secund. loc. lib. 2. de Antidot, &c:* & apud Alexand. Aphrodisæum agentem *de virtute Theriacæ.* *Lib. 11. de simplic medicam. facult.*

Verum ne soli magnorum virorum aucthoritate videamur inniti, rationes hac de re & discursus *Fernelij* in compendium traxi, in quibus Amuletorum, seu Periaptorum virtutis fundamentum consistit. Quodcumque Animantium, stirpium, lapidum, seu metallorum corpus, ex primis 4. rerum initijs materiam sumens, ex permistis illorum qualitatibus temperamentum acquirit, & per hoc virtutes quasdam particulares, quæ dicuntur simplicium manifestæ qualitates primæ, & sunt calor & frigus, siccitas, & humiditas: at verò, si non qualitates tantum, sed etiam Elementorum substantiæ, ingenitis rebus confusæ, etiamnum manent, ac persistunt, quod sanioris doctrinæ omnes fieri opinantur; per hoc alias sortitur vires in materia sitas, minus validas & effectrices, ideoque qualitates secundæ dicuntur, & non ex posterioritate naturæ, atque tales sunt grauitas, levitas, mollities, &c: ab hoc rursus composito, adhuc aliæ facultates resultant à prioribus distinctæ, quas Tertias nominare possemus, atque illæ sunt, quarum effectus potius quam nomina innotescunt; & ob hanc causam *Occultæ Proprietates* fuerunt dictæ. Si enim qualitates omnino simplices virtutibus quibusdam sint præditæ; necesse est rerum formas, atque substantias multò præstantioribus excellere. *Lib. 2, de abdit. rerum caus. cap. 14. 15. 16. & seqq.*

Vlterius Morbis ex intemperie, contrarias quoque ex intemperie vires: morbis ex materia, contrarias materiæ facultates opponimus: & tam immanes morbi quales illi occulti sunt, proprijs remedijs carebunt? siccine naturæ res deficient, tantopere ad Humanam vitam necessariæ? minimè, sed occultis totius substantiæ morbis, natura quoque contrarias vires comparavit, quæ & ipsæ absconditæ sint, & totius substantiæ dissidio illis adversæ. Ita Al-

Lib. 2. de gemm. cap. 2. cis vngula appensa morbum Comitialem soluit. Sapphirus, vti refert *Franc. Rueus*, gestatus, Venerem compescere creditur; Carchedonius atram bilem: Smaragdus venena; Chrysolithus Asthmata, Hyacintus pestem, Amethisti fluxum sanguinis &c: videnda apud Bernard. *Cæsium Mineralog.* locis diversis, & eundem Rueum *Lib. 1. de Gemm. cap. 2.* Antonium Mizald. *in centurijs* Oswaldum Crollium *Tract. de Signaturis.*

Neque refert illorum nos vllam demonstrativam rationem reddere non posse, Medicis sufficit, & sensu notum esse, & experientiâ clarum: & nobiscum sentit Aucthor *Libri de Suspensione* inter opera *Galeni* relati, nempe quod similia non nisi propter idiosincrasiam Galenicam, seu individualem temperamenti prosint: Enumeratis enim aliquot pentaculis seu periaptis, occulta sua qualitate mira operantibus, hæc, inquit, ego non tentavi, sed nunquid etiam neganda sunt mihi, quia si non viderimus Magnetem sibi ferrum trahentem, non certificamur, nec credimus? similiter quod plumbum rumpit Adamantem, quod ferrum non facit; & lapis qui vocatur Nitrum, foco accenditur: piscis autem quidam marinus, se capientis sensum aufert: quæ omnia si à nobis non videantur, nec creduntur, sed tentata certificantur. Sic forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus, vndè sit, comprehendi non potest: rationibus autem tantum comprehenduntur, quæ sensibus subministrantur. Aliquando enim quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem, propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam, propter magnam altitudinem. Quid ergo? ideonè, ait *Plempius*, quia causa me latet, rem ita se habere inficias eam? decet equidem non naturam nobis, sed nos naturæ accomodare: multa autem multiformis illa parens molitur, quorum causas in sanctiore recessu abstrusas non detegit humano intellectui: quare hoc? quia

Lib. colloq. de peregrin. relig. ergo. voluit exercere curiositatem humani ingenij, inquit *Erasmus*, nosque, vel sic, ab otio propellere, & tamen quasi nihil sit quo fallamus tædium temporis, insanimus in moriones, in aleas, in præstigiarum ludibria. Et

Hæc quidem dicta sint de Amuletis illis, quæ sive manifesta, sive occulta proprietate, naturaliter saltem suum effectum producunt. Quid tandem dicemus de illis pixidibus, & involucris sacris, quæ *Agnus Dei* nuncupantur,

Lib. de illis expresse compos. quibus imagines cereas à summo Pontifice consecratas (de quibus legendus *Vincentius Bonardus*) Sanctorum reliquias, Evangelium S. Ioannis, collo appensa, rosarijs alligata, aut vestibus insuta gerunt? de Magdaleonibus signum Dei referentibus, & à Papa consecratis, vti & de SS. veris & approbatis reliquijs, simpliciter, absque omni Superstitionis specie appendendis

22 q. 96. a. 4. nulla inter Theologiæ mystas est quæstio; at de verbis divinis, & conscriptis Schedulis articulum integrum fecit *D. Thomas*, atque in eo tandem hoc modo

co-

concludit: *Verba divina ad collum suspendere nisi aliquid falsitatis, vel dubij continent, non illicitum omnino est, quamquam*, addit, *laudabilius esset ab his abstinere*: dicitque *Ioannes Molanus* in Romana nostra Religione sufficere, si aucthorem, aut gestatorem habeant ab Hypocrisi, superstitione, & vanitate alienum: Quantum ad Evangelia collo appensa, horum vsum, præter *Can. & Decret.* non admodum approbare videtur *S. Chrysostomus*; ait enim *Quidam aliquam partem Evangelij scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie Evangelium in Ecclesia legitur, vt audiatur ab omnibus? cui ergo in auribus posita Evangelica nihil prosunt, quomodo possunt eum circa collum suspensa salvare? deinde, vbi est virtus Evangelij in figuris litterarum, an in intellectu sensuum? si in figuris, benè circa collum suspendis; si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quam circa collum suspensa*, hæc Chrysostomus: verum cum *Del Rio* sentire tamen, non videtur à ratione, vel religione absonum: Canones, inquit, solum permittunt inscribi periaptis orationem Dominicam, & Symbolum, sed vsus Catholicus, etiam Evangelium B. Ioannis, & alia, quia par est ratio, nempe devotio ferentis, & verborum sanctitas: & hæc sunt D. Thomæ loc. citato requisita, sed superstitio vitanda (vt certus color, figura, scribendi modus, atramentum &c:) addit, deinde, prosunt piè recitata, cur non & piè gestata? Ita *Gaspar Barzæus* è Societate Iesu insignis Indiarum vineæ Domini colendæ artifex, Evangelio D. Ioannis in Schedula scripto, & pectori apposito, pestem, & febres fugavit. Sed hæc remedia (sicuti benè admonet *Ioan. Molanus*) non temerè sunt vsurpanda, præsertim cum occasionem prægnantem requirant, & scopum seu divini honoris amplificationem, Religionis propagationem, Fidei constantiam & virtutem, aut certè revelationem, cum vitæ Sanctimonia coniunctam.

26. q. 5. c. non liceat Christianis Hom. 43 super Matth in oper. imperfect. tom. 2.

Ad 1. Resp. Concilia prædicta damnare Magiam, & quidquid cum ea connexionem aliquam habet, vti Superstitiosa sunt omnia, non autem Periapta sive Amuleta illa quæ virtute aliqua innata, sive manifesta, sive occulta, naturali tamen, mirabiles effectus producunt, adeoque nihil contra nos faciunt.

Ad 2. Deus filios Israël liberationis ex Ægypto religione Phase, ac primogenitorum consecratione meminisse iubens, Phylacteriorum Originem dedit, *Exodi cap. 13.* dicens: *Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum*: & Deuteronomij; *ligabis ea quasi signum*, & alibi. Eo ferè modo quo nunc signum S. Crucis, & redemptionis nostræ Symbolum, & memoriam hodie circumferimus. Hebræi autem tam manifesta Dei declaratione non obstante, Phylacterijs illis superstitiosè abutentes, sacrilega quædam verba deprecatoria ex *libris Deuteron. & exodi* illis inscribebant, quibus persuasissimum habebant, plurima imminentia mala, imò Dæmones ipsos ne nocere possent,

Vers. 9. & 16. Cap. 6 v. 8. & v. 13

im-

impediri: atque illi ritus vani sunt, & Phylacteria superstitiosa quæ S.S. P.P omnesque sacræ Scripturæ interpretes tanquam suspecta meritò damnant, & execrantur. Nos autem vti dictum est, de naturaliter agentibus instituimu quæstionem.

Ad 3. Ad Augustinum quod attinet, & nos omnes in eadem ipsius verb iuramus, & fatemnr lubenter: vndè *B. Isidorus* magnam calumniam & infamiar Christianis Medicis inureret, si Iudæorum quorumdam, & sui temporis in fidelium superstitiones, cordatis omnibus, ac conscientiosis Medicis affinge ret, aut ob Agyrtarum & Medicastrorum abusus tam divinam artem absolu condemnaret: fateor quosdam Christianam professionem alibi miro supercili ostentare, quos tamen non pudet, sua scripta tam abominabilibus nug conspurcare. At verò multò plures sunt, cùm ipsius medicinæ primatibus & fundatoribus, etiam è pago Hyppocrate & Galeno apertum illis ineptijs bel lum indicentes, vnde longè aliter intelligendus *Cyprianus* venit, vel ex ipsiu *D. Augustini* mente in his terminis scribentis: *Ad superstitionem pertinent molimi ma Magicarum artium, & ligatura, & remedia, quæ Medicorum quoque disciplı na* (nota) *condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis, qua characteres vocant, sive in quibuscumque rebus suspendendis, atque insignandi* Hæc Augustin.

Lib. de morb. sacro. lib. 6. simp. fac. Lib. 2. doct. Chr. c. 10. 20, 3

QVÆSTIO IX.

An liceat Medico vti Incantationibus, Pronuntiationibus Sen tentiarum, Verborum &c.

OBijcitur 1. Si Deus Incantationes, & Magica carmina improbaret non sineret per illa miracula fieri, non quoad sanationem æg dumtaxat, sed & mortuorum resuscitationem. Sed 1. *Regum* per incanta tionem mulieris Pythonisse Samuel fuit resuscitatus in Angor, & Regi Sau apparuit, ergo Incantationes non sunt improbandæ.

2. *Iosepho* teste ipse Salomon Incantationes pro pellendis morbis compo suit, nec refragantur *Origines*, *Epiphanius*, *& alij*; atqui Salomon, vti di cit sacra Scriptura, *Habebat cor docilè quod posset discernere inter bonum & malum* ergo Incantationes sunt licitæ.

Cap. 28. Antiq. Iudaic. Lib. 8. c. 2 Hom. 35. in Matth. in Hæres. ebionis.

3. Tam naturalis est Incantationum, & quorundam verborum virtus, & potentia, vt à brutis, & irrationabilibus animalibus agnoscatur, & sicu illis contra omne noxium quædam arma defensiva, ita contra hanc natur instinctum naturalem procuravit, quo sese tuerentur, & hoc colligitur e varijs scripturæ locis: dicit Propheta Regius: *Furor illis secundùm similitudine*

Psal. 57.

se

Serpentis, sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet voces Incantantium, & venefici incantantis sapienter. & Ieremias: *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est Incantatio;* quibus verbis innuit, contra alias Serpentes valere Incantationes, sed omnia media naturalia sunt licita, ergo & Incantationes. *Cap. 8.*

4. Rebus omnibus nomina sua videntur esse naturaliter congruentia, non autem ex consensu hominum, atque ad colloquentium libitum illis assignata, nam dicitur in Genesi *Omne quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen eius, appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia* ergo quæque res habebat suum nomen, quod per infusam à Deo scientiam, Adamo ante pronuntiationem eius innotescebat, cùm vniuscuiusque particulari virtute sua, quam *Plato*, alijque Cabalistæ non omni idiomati sed primevæ linguæ, quâ Adam vsus fuit, Hebraicæ scilicet, adhuc modo inesse sustinent, quare similia verba in Hymnis, præcibus, & Ceremonijs Ecclesiasticis, adhuc fortè retinentur, vt *Epheta*, *Kyrie eleyson*, *Alleluia*, *Sabaoth &c:* quod non fieret si omnis eis efficacia, & vis meritò negaretur. *In Crat. sive de recta nomin. ratio*

Sed Contra faciunt hæc verba Isaiæ Cap. 47. vers. 9. 11. & 12. *Propter duritiem Incantatorum tuorum vehementem.....venient super te repente miseria. Sta cum Incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi &c:*

CONCLVSIO.

Nullo modo Medicus vti potest Incantatione, sententiarum aut verborum prolatione, & similibus, in ægrorum curatione.

Conclusionem hanc nostram de Magica, & Superstitiosa Incantandi arte incipiet *Hermannus Contingius* confirmare his verbis: Incantamenta, vel Libamina Dæmonum, vel figuras insculptas, vel inscriptos caractheres addere herbis, aut lapidibus non posse habere naturalem aliquam vim, constat. Valent nimirum tantum vt symbola, ex constituto sive tacito, sive expresso geniorum, aut simpliciter spicituum περίφοιτων. Eoque subtrahentibus illis vim suam, nihili sunt, & mera quasi ludibria. Disputant apud *Platonem* Hermogenes, & Cratylus Philosophi, vtrum Voces, & Nomina, vi quadam sua naturali & propria, naturæ rerum quas significatione, & forma sua effingunt, conveniant? an verò, nullo respectu naturæ rerum habito, tanquam rerum notæ tantum, & signa hominum arbitrio sint instituta? & prioris opinionis videtur fuisse *Cratylus*, & assentire *Socrates*, quorum rationes, ac fundamenta ita ex Platone ibidem colligit *Marsilius Ficinus*: Nomina sunt quædam imagines rerum, inquit, per quas res ipsæ *De Herm. Medicina cap. 11.* *In Cratylo.*

agnoſcantur; & verum Nomen nihil eſt aliud, quàm rei ipſius vis quæda mente primum concepta, voce deinde expreſſa, litteris demum ſignificat ac poſt varias diſputationes tandem concludit: Nomina vera idem prorſu quod res ipſe operari; ſolamque cauſam eſſe, cur nomina ad aliquid efficie dum vſurpantes fruſtrentur, quod rectæ & veræ applicationis modus ip non innoteſcat. Sed ipſum Platonem melioris certè fuiſſe ſententiæ, ex liquidò conſtat, quod apud illum de Legibus, mortis pœna dictetur ijs, q Incantationibus, ac ſimilibus illecebris ſtudent; & alibi quoque eam dar net, & ipſe quoque *Socrates* alibi eas vocat: *Verba decipentia animas hum nas*; & *Theophraſtus Ereſius*, *Rabbi Moyſes Maimodes*, cùm pleriſque ſanio ingenij veteribus, *Vlpianus* cum Theologis & Iuriſtis Chriſtianis omnibu negant Incantationes (quas *Lex Cornelia de Sicarijs* Suſurros vocat) Medi næ eſſe vllo modò annumerandas, nam voces vel accipiuntur formalite atque tunc nullam vim naturalem poſſident ad auxilium medicinæ, vel ſumu tur materialiter, & tunc etiam nihil ad Medicinam per ſe, ſed per acciden & remotè aliquid conferre poſſunt, vti pluribus docet *Martinus del Rio*: vi mus enim vocem aſperam animum noſtrum irritate, corpus totum comm vere, & perturbare taliter, vt & morbi, graves exinde conſequantu vnde Illuſtris ac Reverend. Admodum *D. Anthonius à Burgundia*: non minu inquit, occidit vox, quam mucro, quòd etiam de inarticulata ipſum i telligere colligitur, ex Dialogo per Lycoſthenis hiſtoriam ipſi ſuppeditato ſic ſe habente

Lib. 11. *Lib. 2. de Republ.* *Lib. 9. hiſt. planear. lib. 1. perplexor.* *Diſquiſ. magic. cap. 4. quæſt. 3.* *Lib. de vit. & remed. ling. problem. 64.*

Cur petitur tibicen? cecinit: quid deinde? cecidit.
Quos? omnes: pugnæ pars fuit? imò anima.

Videmus indies ſi quis concham vnguibus, aut cultro ſcalpat tam ing tum exoriri ſtrepitum, vt illum totum quaſi corpus audientium exhorre Econtra vero vox blanda turbatum animum ſedat, avolantem revocat, d lentibus refocillamentum adfert; vndè ſuprà laudatus à Burgundia:

Ibid problem. 33.

Miraris ſi vox inamaret mellea linguam?
Efferat hanc crebro vox quoque blanda feram.

Quod de Leopardo narrat *Geiſnerus*: & hoc de vocibus materialiter ſu ptis, quæ vt tales aliquid boni aut mali corpori noſtro inferre valent, pro varia animi in eo pathemata introducit, ſono mediantè grato, vel ingrat vnde quamvis ſit hoc modo Philoſophatus *Franciſcus Torreblanca*: quod ſon non magis tactum valeat immutare, quàm color auditum, vel dulcedo viſun quia non ſunt ipſorum obiecta; ex eo quidem ſequitur, quod voces, ſ ſoni nihil poſſint per ſe immutare in illius ſenſus organo, cuius obiectum n ſunt, non autem quod hoc non poſſint per accidens, mediatè, & remo ſicuti iam oſtendimus; quatenus nempe ille ſonus, ab auditu, tanquam i

In hiſtor. animal. *Lib. 1. de mag. divin. cap. 13.*

gr

gratissimus, & horrendus phanthasiæ & imaginationi nostræ proponitur, aut è contra; ita vidi tam præ leto, quam tristi sono, & voce inarticulata animo deliquisse quosdam, alios pro subito quodam & horribili fragore febris paroxismum incurrisse, puerum ex bombardarum sonitu, & tubæ clangore in epilepsiam incidisse: hic autem nos de Voce formaliter accepta loquimur, quæ nulla prorsus virtute naturali est predita, ne quidem ipsa nomina (quibus plerumque vtuntur) quantumvis speciosa, quare nunquam illa Superstitionis sunt vacua, ita vt in *Concilio Romano*, ad Alberti & Clementis hæreticorum errores damnandos, congregato, vbi lecta oratione quadam, hæc nomina & voces continente: *Supplico vos Angelos Vriel, Raguel, Tubuel, Michaël, Adimis, Tubuas, Sabaoth, Suniel &c;* omnia fuere damnata tanquam Magica, & Superstitione plena, vti habetur apud *Surium*, quia nempe non sunt nisi Dæmonum nomina, de quibus plura vide in *Nicolai Serarij commentar.* *Sub Zacharia Pontif. Tom. 3. mens. iun In tobi. c. 12. qu. 10*

Itaque quod ad *Marsilium Ficinum* satis suspectæ mihi fidei virum supracitatum attinet, ille cum *Alberto Magno* alijsque, nugis hisce, sicut etiam Astrologicis & Goëticis nimium aliquando credulus & addictus; tandem agnita veritate *Angelo Politiano*, & *Pico Mirandulano* palinodiam canens, fatetur: *In Epist.* Astrologorum observationes (ex quibus non parvum Magia & Superstitio accepêre incrementum) quibus fortè tam morosè sibi ad spem vitæ blandiebatur, ideo se congessisse, non vt eas probaret, sed cum *Plotino* potius, magno similium pessimarum artium inimico, & gravissimo Platonis interpræte, derideret. Præterea ambobus gratulatur, quod Astrologica vanitatum, aliarumque Superstitionum (inter quæ Incantationes numerandæ) portenta, tam argutè, quam sanctè refutaverint: & quod *Plato*, iam supracitato loco, similia plus fortè disputandi exercitij causa dixerit, quam veræ mentis suæ intentionem declarando: & non ita videtur à veritate alienum, quippe (ex relatione eiusdem Marsilij) Plato Cratylum ibidem ita opinantem facit: *Fallacissima quadam ire ad scientiam via, quisquis per Nominum proprietates, proprietates rerum aucupatur, quandoquidem auctor Nominum, non talia Nomina quales ipsæ res sunt, instituit, sed quales ipse putavit, qui decipi potuit;* adde quod eadem nomina alij aliter possunt interpretari, & ad opposita significanda pari probabilitate traducere, & ex omnibus tandem concludit: est ergo fallacissimum per Nomen Res iudicare. *Argum. in Cratyl Platon.* Vnde si ad Verborum pronuntiationem & Incantationes aliquis effectus sequatur, nemo dicere potest vndè creditas vires habeant, inquit *Fernelius* nisi à Dæmone, nam vt *Avicenna* interpres habet, Excantationes naturaliter effectum non habent, nec vim omnino vllam demutandi hominis sanitatem, in ægritudinem (& eadem ratio est de contrario) *quod qui arbitrantur*, inquit, *ipsi se met videntur excantare imaginatione corrupta.*

Vno tamen modo hoc evenire posse fatendum est, si divinæ censuræ ma-
iestas ita adnuat; sic enim Christus Dominus vnico aut altero verbo Iudæo
2. Th ss. 2 prostravit in terram, & Apostolus de Antichristo agens dicit: *Quem Domin*
interficiet spiritu oris sui. Constat etiam ex Annalibus sacris, & refert *Clemen*
1. Strom. *Alexandrinus*, Moysen verbo solo occidisse Ægyptium rixantem: & cum fil
Exodi 2. Exod. 20. ipsi Israël à Moyse deprecarentur, ne illis loqueretur Dominus, ne fortè mo
rerentur. Ita vt verum maneat *D. Thomæ* doctrinâ curationes per Verba, vir
tute Dæmonum fieri: & *S. Augustinus* ab Ecclesiæ vnione excludit illos, qu
Can. 62. in collectione Herbarum carmina proferunt. *Synodus Trullana* cum Nephe
lodioctis punit etiam Νυλιωτας & φυλακτηρίους, quorum isti sunt morborum
exorcistæ per certas imprecationes quales in Hispania sunt *Ensalmadores*: H
vero vti *Theodorus Balsamon* Patriarcha Antiochenus vertit, sunt Amuletorum
præbitores, quos serio etiam cum S. S. nostris Patribus damnat *D. Gregoriu*
(quod ponitur 26. quæst. 5. Si quis: *Si quis Ariolos, Aruspices, vel incantato*
res observaverit, aut Phylacterijs vsus fuerit, Anathema sit.

Nec refert verba ipsos assumere maximè sacra & pia, sic vt pleraque sin
ex Canonibus missæ, Hymnis Patrum, aut scriptura, quia eo pacta hæ
graviora sunt, quo illorum abusus maior, & Sacrilegium enormius, quem
A. 1454. errorem non parum promovit *Felix Malleolus* argutè satis, & Speciosè pro Ex
Lib. de eo quod est supern. in mor. c. 68. orcismis, & Incantationibus disputans; sed hic infelix felix, ait *Iordanus*
Episcopi Spirensis, Academiæ Heydelbergensis, & Martini de Arles & qu
in oceano Iuris vasta illa librorum mole reperitur, tunc temporis malleo per
cussus, & damnatus fuit: occasione cuius multa præclara de verborum divi
Libell. de suspens. norum abusu scripsit *Martinus Del Rio.* Vnde simili Superstitioso, fallaci
In Malle Venif. agnina sub pelle lupo dicendum illud Psalmistæ: *Quare tu enarras iustitias mea*
& assumis testamentum meum per os tuum, tum odio habeas disciplinam meam
Psal. 49. v. 16. 17. *& verba mea post te abijcias: os tuum addixisti malo, & lingua tua dolum con*
cinnat. Num ergo Ecclesiæ Exorcismos, Sacerdotum manuum impositiones
aquas benedictas, piorumque præces improbamus? absit ab omni vero Chri
stiano, nam qui Sacramenta instituit Christus, vim eis largiri dignatus est;
Sacramentalibus vero, quæ ab Apostolica traditione recipimus, etiam mo-
ralis vis à Deo tribuitur, quia Apostoli eius ministri sunt, & ministeriorum
1. Corint. c. 4. dispensatores, vti patet ex *D. Paulo*, & *Concilio Tridentino*, ex frequentibus
Sess. 2. nimis exemplis quibus Sancti viri brevissimis verbis morbos etiam naturales
Can. 13. profligarunt. *M. Aurelius Cassiodorus* multis efficax remedium in varijs mor-
In Psal. 115 bis fuisse tradit versiculi huius in honorem S.S. Trinitatis recitationem: *O Do-*
mine dirupisti vincula mea. Tibi sacrificabo Hostiam laudis, & nomen Domini
invocabo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius; sed quam-
vis hæc & similia plurimis ægris pro fuisse.

Cre

Credere tam fas sit, quam dubitare nefas,

Hoc tunc contigiſſe tantummodo ſciendum, quando non ſuperſtitioſè, & cum arrogantia, ſed religioſè & cum fiducia admixta humilitate fuerunt pio ore, ex religioſa mente prolata, nam tunc vt ait D. *Ambroſius*: proſperè poteſt credere, quidquid ſimpliciter ſub Dei ſit devotione: & hac ſine, nihil prorſus ab inani ſimilium pronuntiatione ſperandum. Scriptura (ait *VVierus* totus licet impius) niſi animis ſit irradicata noſtris, vbi velut à fomite, vi tali in actum excitetur, mortua permanet littera, etiam ſi millies ſuſpendatur, alligetur, portetur, affricetur, obmurmuretur, inſcribatur, ſigillis aut annulis imprimatur. Tota ſcilicet hæc ſanativa gratia divina prorſus & ſupernaturalis cum ſit, non Verborum pronuntiationi, ſed *Verbo Patris* adſcribenda eſt, quod habitans in nobis,

Interdum vanas non ſinit eſſe preces;

Ne qui ſepius ſpe fruſtrati fideliorum fervor tepeſcat, aut infirmorum in fide animus deſperet: aliquando pro voto petentis non exaudit, vel quia nocitura eſſent impetranti, vel vt luat temeritatis pœnam, cognoſcatque in nobis non eſſe movere divina numina, vt rectè ait *Ceſalpinus*, nec fas eſt tentare ſemper; vt plurimum enim velut abortus fit, cùm antè ſtatutum tempus frui divino lumine feſtinamus (quod nullibi quam in miraculis eius magis eluceſcit) vt in hac vita exiſtentibus contingit, nempè quoties omnia creata à Deo naturalia remedia tranſiens, ad ſupernaturalem medicum ſeſe æger confert, viâque ordinaria relicta, importunis præcibus miraculum à Deo quaſi vult extorquere, quòd non niſi magnam & ſuperbiam, & temeritatem redolet, nam quod de revelationibus olim vir Clariſſimus, & de miraculis verè dici poteſt: nimirum quod huiuſmodi averſari, non ſit ianuam Deo præcludere, ſed per cuſtodiam ſui, & humilitatem, & caſtum timorem Spiritum S. allicere, qui amat quieſcere ſuper humiles & timoratos. Laudabiles certè nimis præces ſunt in omni tam corporali, & quàm ſpirituali calamitate Deo recitatæ, verum niſi pietatis fervore decoctæ, humilitate conditæ, divino palato non ſapiunt. Non eſt inquam infallibilis hic effectus, vtpotè nulla promiſſione, niſi generali hac firmatus. *Quidquid petieritis patrem in nomine meo dabit tibi*, jam autem petere à Deo (ait *Del Rio*) vt ſine neceſſitate miraculum edat, eſt Deum tentare: & alibi: De dono miraculorum in his partibus vbi fides propagata eſt, nemo eſt certus. *Lib. de investit. Dæmon.*

Adeò vt non parvum lapidem offenſionis in hoc negotio poſuiſſe videtur *Origines* dicens: in quibuſdam ſacris Nominibus mirandam latere virtutem, ideoque non eſſe hæc ipſa ex Hebraica lingua in aliam transferenda, ſed in ſuis ipſis characteribus conſervanda. At hic ſatis obſcurè pro Chriſtiano homine locutus, videtur ſe alibi explanaſſe clarius, Quiſpiam, ait, in Græcam *Lib. 1. cont. Celſ.* *Lib. 5. ibid.*

vocem Abraham nomen id transferat, exprimatque ex Isaac quidpiam ap-pellatione, ex Iacobque item aliquid pretendat hac voce, ita vt vel invo-cando, vel adiurando Deum Abraham nominet, sive Deum Isaac, sive Deum Iacob appellet, facturus est, procul dubio, ob istorum sive natu-ram, sive virtutum quod animo destinarat, & ita vt devicti Dæmones cuivi ista pronuntianti procumbant & pareant. At si Deum tonantis patris, & irrisionis & deceptionis Deum nuncupaverit, haud secus nihil prorsus invo-catus hic Deus peregerit, ac aliud quidpiam, quod nihil penitus viribus va-leat. Quasi dicat si quis sincerè, & recta intentione verum Deum invocet, v per ministros Ecclesiæ, & exorcistas iam fieri solet, sæpius hic potietu voto: at si quis superstitiosis varijsque Ceremonijs, Verbis, & Nominibu ad hoc vsus fuerit, sicuti res ipsæ quarum nomina sunt nihil valent aut po sunt, ita ille semper suo intento frustrabitur. Adeoque malè faciunt Reli-giosi, & Sacerdotes illi, qui omnem etiam morbum naturalem, p certas præcationum formulas, aquam benedictam, reliquiasvè cura-re, & adiuvare conantur; cum hæc & similia scandali periculo aliquan-do non careant; illiterato vulgo, illorum occasione, sub pietatis speci superstitiones admiscente. Deinde nec virtute naturali, nec Ecclesiasti ordinariè (ait *Codronchius*) eam vim habent; cui & *Tostatus Abulensis* sul-scribens, illa dicit, contra quæ non ordinantur directè Exorcismi, nt curantur per exorcismos nisi rarò. Absit tamen me hic Religiosorum prece domesticorum orationes, sacerdotum ieiunia, & penitentias improbare qu pro ægris fiunt, sicut nec aquæ benedictæ aspersiones quæ ex præscript formulis, aut certis quibusdam, & determinatis Ceremonijs ad hanc thisim v. g. Hydropem, Febrem &c: curandam non fiunt; sed vt Dom mus Deus, & Medicus omnipotens hunc languorem auferat, sin minu corporalem hunc morbum ad animæ salutem dirigat, patientiam ægris co cedat, & avertat ne infernalis hostis similes hominum calamitates ad vti tatem suam convertens, corporali afflictioni, tentationum suarum afflicti nem addat; non tentet super id quod æger potest, & sic ad desperationē adigat; quæ omnia Ecclesiæ Romanæ preces pro ægris principaliter instit tæ expressis verbis præ se ferunt; vti videre est in libello dicto *Amicus fidel* (Viadana) *lib. 2. de arte exorcist.* (Verepæo) *in Enchirid. piar. prec. cap. 4* Makeblijde &c:

Peccat itaque mortaliter quisquis tentat per pronuntiationem verborun carmina, scripturæ versiculos, quibus propriam quandam virtutem tribu vel facilitare partum, sistere Sanguinem fluentem, mitigare Podagran prodesse Luxatis, sedare Dolores, horrores Febrium &c: nisi ignoran invincibilis illum excuset, quæ in hisce regionibus, & temporibus vix

co

conceptibilis; nam illorum omnium ipsa actio Superstitiosa est, & eventus Diabolicus, adeoque peccaminosus, fallax & incertus: vel si Deo tantum malum permittente, aliquando successus habeatur, id non vi Vocum fieri (benè dicit *Abraham vander Mylen*) sed malitia sua Diabolus sub specie Vocum præstigias offundit, & ipsis Incantatoribus, & ipsis qui fidem illorum Præstigijs suam accomodant, & Deus per hanc carnificem vanitatem eos puniri permittit. Quibus non abs re diceretur illud, *Iudith. 8. cap. v. 21. Qui estis vos qui tentatis Dominum, non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potius qui iram extitet & furorem accendat.* Nam Verborum discursui, & Vocali pronuntiationi, divina virtute destitutæ, nullæ aliæ prorsus vires remanent, nisi hæ fortè à *Menandro* in suis versibus relictæ: *In ling. Belgica cap. 15.*

Sermo est tristitiæ remedium solus,
Tristitiam enim benevolus scit midicari Sermo,
Sermo Medicus qui est in animo paßionis,
Animi ægrotantis est Medicina Sermo.

De Sermone cantato autem, & Harmonia Musicali mox in *quæst. sequent.* de subiecta materia videantur plura apud *Hieronym. Bardum in suo Medico Politico Catholico Cap. 5. Artic. 1. §. 3.*

Respondet ad 1. pro me *S. Augustinus* dicens: non est absurdū credere aliqua dispensatione permissum fuisse, ut non dominante arte Magica, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam, & Saulem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus Regis, divina eum sententiâ percussurus: vel non verè spiritus Samuelis, à requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma, & illusio imaginaria Dæmonis machinationibus facta, quam scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. Hæc *Augustinus*, quod si ex dispensatione particulari hoc factum fuerit, illam promiscuè vnusquisque obtinere non valet; si illusio Dæmonis, illam procurare, nemini licet. *Cap. 5. art. 1. §. 3. In Epist. ad Simplician.*

Ad 2. dico non esse verisimile Salomonis librum vllum de Incantationibus *Clavicula* nominatum, vnquam in rerum natura extitisse; & tanquam meram fabulam illud refutat *Ioannes Baptista Signius*: & sacra Scriptura istius libri mentionem faciens, in quo Salomon multa Remedia Morborum, variarumque herbarum virtutes enarravit, tantum dicit: *Et disputavit super lignis à Cedro quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & discernit de Iumentis, & Volucribus, & Reptilibus & Piscibus &c.* Nulla omnino de Incantationibus facta mentione: vel si quis pertinaciter insistat Salomonem similem Librum composuisse, necessariò hoc in Idololatria eius factum est, quando *Depravatum est Cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat Cor eius perfectum cum Domino Deo suo*, cuius *Lib. de vero studio Christ. cap. 7. 4. Reg. 4. 3. Reg. 11*

ius sententiæ est **D. Thomas**, *Franciscus à Victoria*, alijque præstantes Th logi: vnde illud Argumentum non magis concluderet de filio, qu si de patre eius hoc vel simile fieret: David fuit vir secundum Dei, & Adulter, & homicida fuit, ergo Adulterium & homicidium licitum.

Ad 3. Inter varios Phylosophandi modos quibus antiquitas ad not dos hominum mores vsa fuit, non in postremis illorum est, qui per c fictas fabulas, *vt Æsopus, Cyprius Lybicus &c*: per Satyra & Emblema aliud quiddam allegoricè & metaphoricè per illa significant, quæ ad al innuendum conficta sunt: & hæc quasi simpliciter, & non figuratè di forent à posteris incautè assumpta, plurimorum etiam in eruditis, er rum causæ extiterunt: itaque fabulæ moralis, sive parabolæ tantum terpretationem Davidici versus continent; nam vt benè & acutè pro m suo *Francis. Valesius*, obdurati peccatores similantur Serpentibus, au suas obturantes, ne audiant voces Incantatoris sapienter Incantantis, est concionatoris docentis veram sapientiam, & hoc modo morbos a mi Incantantis? sed illos dumtaxat qui ad voluptatem illorum accom da loquuntur, prurientes auribus, & ad sua desideria coacervantes m gistros.

Lib. de sacr. Phylosoph. cap. 3.

Ad 4. Nulla verba quidquam nisi ex hominum institutione significare, in cat ipsa idiomatum mutabilitas, nam vbique gentium quædam verba obar quari, quædam innovari vidimus: ita quidem vt nullum omnino verborum quibus antiquissima sæcula vsa sunt, suam significationem hactenus retinuiss nisi scripturæ beneficio servatū foret: vnde illa Scripturæ sacræ verba nihil ali præ se ferunt, quàm Adamum omnibus rebus sua Nomina prop dedisse, naturam cuiusque connotativa, vti Hebræam callentibus pate quod autem aliqua verba Hebraica retineantur in Sacris, non ideo quod *Deus Sabaoth* v. g. magis quiddam sit, quàm *Deus Exercitium*, vt *Plinius* alicubi ait, Extrema & ineffabilia verba audientium animos m gis movent, semper quid aliud immensum expectantes, ac dignum D movendo: quâ re fortè motus *Gregorius XIII.* prohibuit horas Canonic vulgari sermone recitari; primò quia vulgaria facilè contemnuntur, peregrinarum vocum recitatione audientium animi magis excitantur.

QVA

QVÆSTIO X.

An Medicus poßit suscipere curam Energumenorum, & Magicè infectorum.

MEdicus Christianus non habet alia remedia, quam ordinaria à Deo ad hoc procreata, sed illa sunt naturalia, ergo Medicus Christianus habet tantum media naturalia. Vlterius: nullum medicamentum Naturale agit in morbos super, vel præter naturales, sed tales sunt Magia, & obsessio Diabolica, ergo nullum medicamentum naturale agit in Magiâ infectum, aut à Dæmone obsessum. Probatur maior quia contraria contrarijs curantur, & hæc sunt eiusdem generis.

2. Res corporeæ nihil possunt agere in spiritus, aut substantias illas separatas, vndè non nisi supernaturaliter, aut ex pacto, ab his Dæmones patiuntur, ergo vel frustraneum erit corporalia sua remedia applicare, vel Superstitiosum: quare passim exploduntur Medici, qui tantum desudant, in specificis istis remedijs inveniendis; sicuti *Barthol. Carichterus, Paulus Grillandus, Martinus Rulandus, Actuarius Gariopontus, Avicenna, Faius, Hermes Trismegistus &c.*

3. Quod hic opus planè Divinum, eiusque ministri nisi Spirituales sint, sicut Apostoli eorumque successores Sacerdotes, nihilque cum Medicis sæcularibus, & naturalibus commune habeat, patet apertè ex verbis D. Lucæ: *Reversi sunt autem septuaginta duo* (discipuli) *cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo* (nota non in virtute agentis naturalis), & respondet Christus: *Ecce dedi vobis* (Apostolis meis discipulis, & vestris successoribus, non Medicis) *potestatem calcandi super Serpentes & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*: deinde dicit Matth. 12. *Filij vestri in quo Dæmonia eijciunt?* quasi dicat, nisi in Nomine meo, & non virtute simplicium, aut alterius rei creatæ, ergo Medici non possunt similium sanationem, aut liberationem tentare. Cap. 10. v. 17.

SED CONTRA Faciunt hæc Theodoreti verba lib. 5. cap. 16. *Innumerabiles tendiculas hominibus ille* (Diabolus) *disponit perniciosa venationis suæ, Ac habet quidem perturbationes corporales administras fraudum, quibus animam impetere solet.*

CON-

CONCLVSIO.

In quantum Dæmoniaci, & Magiâ infecti etiam vitia corporal[...] contrahunt, in tantum possunt Medici illorum curam suscipere.

HVius dubij occasionem dedêre *Helias Germanus in Tischbi*, *Plinius*, *Di[...]corides*, *Isaac Arabs*, *Fredericus Iannetius*, *Paulus de S. Maria* & sim[...]les, qui non solum magno conamine similia medicamenta querunt, sed [...] talia sese invenisse asserunt; quæ occulta proprietate, & vi quâdam [...] totâ substantia emanante, Diabolica omnia opera destruant, præter n[...]turales hos morbos sanent, imò & ipsum Dæmonem fugando Energ[...]menos liberant; de quibus videatur *Alexander ab Alexandro*: & pr[...]cipuo ex supra allatis argumento respondent, concreasse Deum in A[...]gelis quandam potentiam sensitivam spiritualem, per quam huiusmodi [...]rum corporalium passionibus subijciuntur: pro opinionis suæ stabilimento [...]ferentes verba Raphaëlis, *Tobiæ* 6. *cap. Cordis eius* (piscis) *particulam si [...] per carbones ponas, fumus eius extricat omne genus Dæmoniorum, sive à viro, si[...] à muliere, ita vt vltro non accedat ad eos.* Quod autem fuga illa Dæmonu[...] naturaliter contigerit, & vi isti suffumigationi propria, probari videtur [...] *Dionysio Carthusiano*, qui ad illa verba: *Pater quam mercedem dabimus ei?* [...] notavit, non fuisse Simoniacum, pro tali cura temporale quidpiam exhibe[...] quia non per modum miraculi, quemadmodum Hæliseus Naaman Syru[...] à Lepra curavit, sed Medicinaliter gestum fuit. At vero similius est (cu[...] *Molano* loquar) Raphaëlem ex Arte Medendi remedium quidem con[...] Albuginem præscripsisse, vt patet ex *Galeno lib. de simpl. Medic. qualit.* [...] *Cholê. Aetio, Avicenna, Dioscoride*, & ex modernis fere omnibus: [...] quod Raphaël contra fugam Dæmonum ordinavit ad divinam dispensati[...]nem esse referendum, non autem quod vi huius suffitus aufugerit, neq[...] hoc etiam scripturæ verba præ se ferunt, dicitur enim; *sed tunc*./. postqua[...] suffitus iste à Tobia factus esset, *Raphaël Angelus apprehendit Dæmonium* (qu[...] certè, etiam sine prævia hac ceremonia facere potuisset) *& relegavit illud [...] deserto superioris Ægypti*: ita vt totum hoc opus ipsi Angelo soli adscribendu[...] sit, sicuti etiam fit *Cap.* 12. quandô dicitur: *& Dæmonium ab ea* (Sara sci[...]cet) *ipse compescuit.* Nec ideo tamen ipsi mercedem, vel honorarium [...]ferre, aut dare Simoniacum esse poterat, cum id non ratione Dæmo[...] fugij præcisè, sed & plurium aliorum beneficiorum fiebat intuitu, vti m[...] ipse Tobias ostendit, aiens: *Quid dignum poterit esse beneficijs eius?* & h[...] postea enumerat hoc modo: 1. *Me duxit, & reduxit sanum.* 2. *Pecuniam* [...]

[Margin notes: *Dier Genial. lib.* 5. *cap.* 27. — *In cap.* 12. *Tobi.* — *Tetrab.* 1 *serm.* 2. *cap.* 106. — *Lib.* 2. *Can. tract.* 2. *Cap.* 255. — *Tobi.* 8. *cap.* — *Cap.* 12.]

G

Gabelo (in Rages Ciuitatem Medorum) 3. *Vxorem ipse me habere fecit.* 4. *Gaudium parentibus eius fecit.* 5. *Me ipsum à Deuoratione piscis* (nempe Scorpionis Marini, Callyonimi dicti) *eripuit:* 6. *Te quoque* (cæcum) *videre fecit lumen cæli*, & 7. *bonis omnibus per eum repleti sumus.* Quibus ita recensitis, & sine Dæmonis eiectione certè tanti erant hæc septem beneficia, vt meritò ipsi insigne munus aliquod offerrent, sine vlla prorsus Simoniæ periculo, de quibus fortè plura in *alia Quæstione* agente *de mercede Medici.*

Ego certè à notabili Superstitione non excusarem illum, qui *cum Tobia* per combustionem Iecoris huius piscis: cum *B. Anselmo*, per ingentem fœtorem: cum Ethnicis Sacrificulis, per *Asphaltum*, & *Sulphur*: cum *Hermete Trismegisto*, per lignum Aloës, & sperma Ceti: cum *Codroncbio* per suffimentum Aëtij: cum *Erasmo* per forte Catharticum: cum *Iosepho* per quasdam radices: cum *Eronymo* & *Apulio Madaurensi* per pentacula naturalia sola Dæmonem fugare vellet; de quibus omnibus, & alijs his similibus conqueritur *Ioachim. Colbius* scribens: Pudendum in eruditis enumerari, qui naturalem quandam Magiacam oriùndam asylo Asinorum, in domicilio inexploratorùm Sympathias & Antipathias, his talibus in casibus comendant Sulphur, Verbenam, Hypericon, Adianthum, Anthirrinum, Quercum, Taxum, & centum reliqua Diabolicis machinationibus contraria medicamenta. Quod deprædicentur scio; at scio quoque pleraque illorum iam olim Idololatriæ, atque adeo Diabolicis sacris dedicata. Nimis propterea suæ & conscientiæ, & salutis securus, vel negligens ista adhibeat. Nec enim præter Deum, & Enthea quisquam in rerum natura Satanam fugare potest: quod purum putum Spiritum, corporea nullo modo per se afficiant. Vndè confidat suæ Picæ *Ioannes de Vigo*: menstruo, *Varro*, axungiæ Vrsi: *Marsilius Cagnatus* Aristolochiam comendet: *Aëtius* Iaspidem cui Draco insculptus: tradat ex Trasillo *Stobæus* Nili fluvij lapillum quemdam Naribus appositum Dæmonem extrahere: *Plutarchus* Ephesia Nomina deprædicet: & Anaxilas apud *Atheneum* Ephesias litteras. Occidat omnes Ozacanæ vrbis Canes *Ludouicus Froisius*. Nascantur loco nono Martem habentes, vel in domo propria, aut Iovis, nec in Horoscopo fuerit Iupiter; & hi, & illi, æque multum efficient; certè

De laud. Virg.

In Epist. ad D. Hanium.

Lib. 5. variar.

In Symp.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.

Verè horrendum Exorcismo abutentibus exemplum in *Actis Apost.* vbi Exorcistæ Iudaici, Scevæ Principis Sacerdotum filij, ab ipso Dæmone, & Energumeno tam malè excepti sunt, vt nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Aliter certè astrinxit Asmodæum in domo Raguelis, aliter Angelus in *Apocalyp.* & SS. Macarij tam Alexandrinus, quam Ægyptius teste *Ruffino*, Basilius, Paphnutius, Arsatius vti referunt *Sozomenus*, *Surius*, *Lippeloo*

Cap. 19.

Cap. 9. & 20.

Lib. 4.

peloo &c: in vit. PP. à quibus sacræ Rom. Ecclesiæ sacerdotes Exorcismo edocti, periculosissimum hunc hostem ieiunijs, precibus, sanctis adiurationibus, alijsque armis spiritualibus expugnant: Hi enim sunt quibus Dominus Deus post Apostolos potestatem delegavit *super Aspidem & Basiliscum* ambulandi, *conculcandi Leonem & Draconem, obturandi ora Leonum*: per ho liberat *de laqueo venantium, & à verbo aspero, à timore nocturno, à sagitta volante in die. à peste in caligine, ab incursu & Dæmonio meridiano*, hi Dæmonem vinciunt, docente *Del Rio*, vt Dei ministri metu iniecto, & minis intentatis, quas Dæmon scit irritas non esse solere. Vinciunt subtractione divini concursus à Deo impetrata: vinciunt impressa illis spirituali qualitate, & vi detentiva qualis illa est, qua inviti in Inferno detinentur.

Videamus nunc vtrum Musica ars inter hæc remedia etiam recensenda, cuius mirabiles virtutes Scriptura videtur varijs in locis deprædicare. Ait Eli- 4. Reg. 3. 15. seus Propheta: *Nunc autem adducite mihi Psaltem: cumque cantaret Psaltes facta est super eum manus Domini*: & quæ magis vrgent, sunt illa verba Vers. 13. 1. Reg. 16. *Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat Cytharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & levius habebat recedebat enim ab eo Spiritus malus*: ita quoque *Terpander, Arion, Ismenias Thebanus* Choraules, suavi Harmonia, vel deploratissimos morbos dicuntur profligasse. Refert *Martianus Capella* non temerè sancitum à plerisque Græcorum civitatibus, vt perturbationes animorum, & morbi corporum a Lyræ modulos curarentur. Hinc formula vetus apud *Macrobium, Pracinere Medicamenta*. Tibiarum concentu *Aristoteles* equos; *Xenocrates* Lymphatos In lib. de magn. homines liberavit: à Sciatica, & Viperarum morsibus *Theophrastus Eresius* & recentiora sunt quæ de Tarantulis Apulis, & Salentinis à varijs referuntur, nec *Athanasio Kirchero* prætermissa, cuius viri subtilissimi *Musurgiam*, seu *Artem magnam Consoni & Dissoni*, cum impatientia expectamus. Imò tantæ virtutis carminum modulationes sunt, vt *Thomas Fazellus* narret in agro Alesino Caronæ fuisse fontem naturâ sua tranquillum, sed insonantibus tibijs exultabundum ad Harmoniæ modos elevatum, & vltra margines intumescentem. De quibus plura, ad rem nostram curiosus lector videre potest apud *Laërtium. The. Zuinger. Boëtium. Polydor. Vergilium*, & omnium pulcherrimè pro more suo, & acutissime *Guilielm. Salustium*.

Rer. Sicul decad. 1. lib. 1. c 5. In Pythagora. Lib. 3. vol. 3. theat. vitæ hum. Lib. 1. de art. Music Lib. 1. de invent. rer. c. 14. Septim. 2. die 1. § 15 & die 2. § 48.

Dicam quid rei sit, pro vt ego sentio, à naturalibus remedijs (de quibus mox) Musicam nullo modo seiungendam esse iudico, ita tamen vt quantumvis eius artis amator, non possim ei vllum ex enarratis effectibus nisi tanquam causæ accidentali tribuere, quatenus nempe gravissimas animi perturbationes componit, Melancholiâ oriundas, quæ Dæmonis ingressui viam sternunt, & pabulum subministrant. Ita David plectro suo Saulem

Atra

Atrabiſiarium ; qua naturali remedio, qua ſupernaturali virtute liberavit; cuius dulce Melos non directè in Dæmonem egit, ſedavit enim ſolum humorum ebullitiones, vt lenius habuerit Rex; quam tranquillæ ſuæ poſſeſſionis perturbationem ægreferens Satanas, maluit ad tempus cedere in montibus Gilboæ, donec induciæ expirarent. Non enim eſt ſimilis vero *Proſperi* ſententia, in duriuſcula hac Allegoria fundata, nempe Davidis Cytharam Crucis Chriſti imaginem præfiguraſſe. Nec hunc tamen effectum accidentalem cauſabit Muſica (quidquid dicat *Guilielmus Pariſienſis*) niſi omni ſcurrilitate, meritricio lenocinio & ſpurcitia remotis. Cantus ſit (*Bernardum* audite) plenus gravitate, nec laſciviam reſonet, ſic ſuavis vt non ſit levis. Sic mulceat aures, vt moveat corda, triſtitiam levet, iram mitiget, ſenſum litteræ non evacuet, ſed fœcundet. Non eſt levis iactura Gratiæ ſpiritualis abduci levitate Cantus à ſenſus vtilitate, & plus ſinuandis intendere Vocibus, quam inſinuandis rebus. Videantur illa quæ *Vincentius Galilæus*, nobilis & inſignis Muſicus Florentinus adverſus imperitos Contrapuntiſtas diſſeruit.

1. Reg. 31

In 5. dialog. de Muſica veter & nova.

His præmiſſis ſicuti Energumenos & Magiâ infectos per ſe, primariò & directè per media ſpiritualia ſanari credimus: ita omnem naturalibus rebus, obſtacula removendi, diſpoſitiones alterandi, robur conſervandi, & ita per conſequens ſanationem facilitandi, illamque remotè procurandi, virtutes non denegamus. Clarius elucido. Priſcis temporibus Dæmon veterum ſimplicium hominum innocentiâ fretus, nihil mali vnquam homini inferre aſſuetus erat, niſi totum tam ex parte cauſæ, quam cauſandi modo & effectu, purum, putum Diabolicum, Magicum & Supernaturale eſſet: idque vt homines nimis ſimpliciter iudicantes hos Morbos omnes Naturales eſſe, nulla niſi Naturalia etiam remedia adhiberent, quibus (vti in præcedentibus dictum eſt) nihil boni poterant efficere. Orbe vero paulatim ſeneſcente, cum homines ſuo malo Diaboli vafrities, technas, doloſque edocti, aſtutiores facti ſint fraudeſque eius ſepius denudent, ita vt idem Dæmon tam ſtudio, quam experimentali ſcientia verſatile ſuum ingenium acuens, latentiores nobis inſidias cogatur ſtruere; tam artificioſe Supernaturalia, cum Naturalibus commiſcet, vt effectus inde procedens, ac per conſequens eius Remedia (contraria enim eiuſdem generis eſſe diximus alibi) nec intra nec extra Naturæ limites abſolutè exiſtant, ſed pro varia & incerta eius mixtura, tum ſpiritualibus, tum ordinarijs remedijs auferendus: & ſicuti Magiæ crimen mixti fori eſſe intelligitur (vt cum alijs plurimis aſſerit *Perezius in Cod. Iuſtin.*) eiuſque cognitio, & coërtitio (verba eius ſunt) etiam ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet, de quo *Iulius Clarius*, & nemo amplius quam *Franciſcus de Torreblanca*: Ita quoque

Lib. 5 ſtt. 5. hæreſis lib. 3. Dæmonol de Magi. crimin. prin.

non ſolum Morbi à Dæmone ipſo, vel mediante Venefica aut Saga inflić ſed & Energumeni duplicem requirunt Spiritualem nempe, & Naturale Medicum, quorum quiſque ſuas partes agat neceſſe eſt, quia malum etia ex vtroque participat, ſicuti ſolidè, vt ſolet oſtendit, *Franciſcus Valleſius*, *A dreas Ceſalpinus* & *Ioann. Baptiſta Codronchius* his verbis: Dæmones ad infere da mala perſepe rebus naturalibus vtuntur, varias obſtructiones ac intemp ries, modo mitiores, modo validiores procurando, continuum ſolvend noxios humores concitando, vel vtiles putrefaciendo, ac deleteria, prav que qualitate coinquinando, ac ad principalia, vel ignobilia traducend poterit & Medicus obſtructiones tollere, intemperiem corrigere, vnitate reſtituere, humores compeſcere, quod putidum eſt educere, & pravam venenoſam qualitatem delere. Imò Dæmon veneficarum operâ hominib ſolet Podagram, Febres, paſſionem Colicam, Suffocationes Matricis, ali ſue ordinarios morbos incutere, per hoc quod totum corpus, partemùe (v immediatè, & ab extrinſeco per productionem aſportando; vel median concoctione naturali eius principium, vel facultatem corrumpendo) tali h more infarciat, qui vel quantitate, vel qualitate peccans, potens ſit ſimil indiſpoſitiones, & morbos efficere. Hoc obvio & ordinario iam caſu, cau continens & materialis verè Naturalis eſt, vti & effectus: nam póſito ta quantitatis aut qualitatis exceſſu, non poteſt Naturaliter fieri, quin tal morbi in corpore humano cauſentur: ſed ipſa cauſa primaria, principalis e ficiens, & cauſa cauſæ totaliter preter Naturam eſt. Ex quibus iam clarum f quomodo diverſæ Naturæ malis, diverſi etiam ordinis adhibendi ſint M dici. Et quia Dæmones humore Melancholico, tanquam receſſu ſuo domicilio particulari gaudent, quia amarus, frigidus, triſtis, turbulent & pertinax eſt, illum à Medicis expurgari ſummopore convenit, & co ducit, qualia ſunt Menalagoga omnia videnda apud *Galen. lib. de ſimp. m dicam. facult. Ætium tetrab. 2. ſerm. 2. cap. 9.* Henricum *method. ad pra lib. 2. cap. 24.* Macaſium *lib. poſter. prompt. mater. med. c. 4.* Vomitori quæ bilem tam flavam quam atram expurgant, vti habet *Codronchius*, *Hypp crates*, *Galenus*, *Dioſcorides* & alij: Balnea quoque & ſuffumigationes, qu rum maximè laudantur *Amengo* quæ fiunt ex Lauro, Iunipero, Roremar no, Salvia, Thure, Verbena, Cupreſſo de quibus *Virgilius Eclog. 8.*

Verbenaſque adole pingues, & maſcula Thura.

Fugantur etiam (indirectè ſcilicet & per accidens) quando illa quibu vtimur ſunt irriſibilia, vilia, fœtida. Quia omnia quæ fiunt circa corpor obſeſſa Dæmonem ipſum afficiunt, & ab ijs accipiuntur, vt facta & ver gentia in eorum deſpectum, ac Ludibrium, quo nihil, propter inna tam ſuperbiam, iniquius ferunt, vnde impatientes iniuriæ, nec impedir

va

Lib. de ſacr. Phyloſ. c. 28. *De inveſtit dæmon. c. 12* *De morb. venef. lib. 4. cap. 2.*

L. c. lib. 4. cap. 4. lib. 4. epidem. *Lib. quos & quãdo* *Lib. 4. cap. 169.* *In flagell. Dæmon.*

valentes, eam fugere malunt, quam pati. Ita compertum est inquit *Torreblanca*, fugari Dæmones suffitu Cornuum, stercoris Caprini, Dictamno, Galbano, Onagri vngulâ, & similibus: nam etsi directò Dæmonem non cogant, possunt tamen indirectò efficere, vt locum deserat, sicut docent *Victoria*, *Vallesius*, *Raphaël de la Torre*, *Andreas Cesalpinus.* Ita contigit quemdam Dæmoniacum sanatum Atra-bile purgatum apud *Codroncbium*: & hoc toties fit, quoties Dæmon ad mala inferenda Naturalibus, & Physicis causis fuit vsus, nihil præterea ex propria malitia superaddens. Fugantur etiam Dæmones rebus Naturalibus, inquit *Torreblanca* ex quadam necessitate v. g. vibratione aëris qua mediante continuus aër dissipatur, quo corporis assumpti compago, in quo Dæmones grassantur, solvitur, de quibus plura *Petrus Thyræus.* Ita aëris sonitu Dæmones fugari docet *Macrobius*, ex quo in Ecclesia Campanarum vsum contra tempestates, præterquam quod sanctus & pius sit, ad hoc naturaliter conducere tradit *Durand. Ioann. Andreas*, *Remigius*, *Binsfeldius* & *Del Rio*, his verbis: si vsus Dæmoni dumtaxat efficacitate agentis Naturalis nec de suo addit malitiæ aliquid artificiosa commixtione, vel industriâ sibi nota, & hominibus incognita, vel continui solutione, vel detorsione occulta, tum potest fieri vt totum maleficium Naturalibus remedijs tollatur: & ita intelligendus est *Richardus de Mediavilla*: si vero quid huiusmodi immiscuit (vt plerumque solet) Naturalia ex parte poterunt iuvare, totum autem auferre non poterunt, quia dispositiones illæ possunt ex parte tantum tolli, vel ad tempus impediri, & sic etiam actio Dæmonis priore casu in totum tollitur, posteriore remittitur dumtaxat, & ad tempus impeditur. Deinde Dæmon etiamsi vsus sit solis venenis Naturalibus, solet nonunquam (vt potest Deo permittente) vim remediorum Naturalium debilitare & impedire; quare soleo in hoc casu omnia Medicamenta antequam sumantur, benedici, & à sacerdote exorcizari: rarò etiam possunt Medici conijcere quibus medijs naturalibus ille ad nocendum sit vsus: & ideo fit quod tam ràrò, imò vix vnquam Maleficia solis Naturalibus remedijs tollantur, nec ideo tamen sunt absolutè omittenda, nam Supernaturalibus remedijs addita, dispositiones (vt diximus) auferunt, sedem turbant, lacerata redintigrant, tumescentia applanant, ardorem extinguunt, & quod non parum est, sepius dolorum exacerbationem mitigant, atque secundum *Gregorium Nyssen.* etiam illi boni ac commodi Medici censendi sunt, qui adversus excellentes, & exsuperantes dolores artem adhibendo consistunt. Porrò id observandum maximè ex *Cornelio Gemma*, priusquam Dæmon obsideat, fere quibusdam præludijs sparsis imminentem homini tempestatem solere portendi, ac si per gradus aliquot pedetentim

In relect. de Magia quæst. 6. De sacr. Phylos. c. 25. quæst. 96 art. 2. disp. 12. lib. de Invascis Dæmon. cap. fin. lib. 1. de Morb. venef. cap. 8. P. 3. de loc. infest. cap. 53. Lib. 5. Saturn. c. 19 Lib. 1. de Ritib. Eccles. cap. 21. In cap. 1. de offic. custodis. Lib. 1. Dæmonolog. cap. 26. In Confess. malefic. part. 2. dub. 6. In funer pulcher. Lib. 1. cosmocrit cap.

tentim invadens, propter humanæ dignitatis Antipathiam, non nihil quo que luctantem sibi materiem præpararet. Prius enimverò nonulla sens bili specie, multa phantasmata suggerit, mentemque quam maximè po test à Divinorum meditatione deturbat. Hinc simulachra quædam corpo rea, ac sensibus manifesta, vel in aëre ambiente confingit qualitati su atque ordini consentanea: vel eadem in hominis Cerebro, vel circum fusis proximè tum humoribus, tum Spiritibus exprimit, vt occursant foris appareant, cuiusmodi Præstigias infinitas numero descripserunt, qu bus id argumenti hactenus ex professo pertractatum est. Sæpè verò & spe cies obiectæ sensibus laborantum, certum inter se ordinem gerunt, dum primò à levioribus, ad illa atrociora progreditur. Postremò vero, a priusquam sese agglutinet totum, teterrimam sui imaginem, ac nud proximam quandoque ad augmentum horroris solet obijcere; ergo vb concussa interioris vis animi, paulatim à luce in atram caliginem sese de mergit, mox tota exestuans Calumniatoris Spiritus tyrrannidem expe ritur.

Ante omnia tamen ad spiritualia media recurrendum, quorum præcipu sunt: fides vera, Spes firma, & Charitas formata. *Magna adversus Dæmo nem arma sunt*; ait Apostolus, *vita sincera, & intemerata in Deum fide* Deinde accedant ad pios Ecclesiæ ministros per Mille quasi, & Trecen tos annos hoc officio functos, vt tradit *Eusebius*, & *Suarez*, nam hi spir tuales Medici in hac arte tam potentes sunt, quidquid fremant hæretici vt celebris quædam Maga puellam (Dioceseos Novariensis in valle C salpina *Francisco Bencio* ex Societate Iesu notam) à se ad Sacri Ordin homines ablegaverat, vt à Maleficio solveretur. Efficax etiam est legitimu Sacramentorum vsus, ita de *Tamracunga* Indorum Rege Baptismo à Dæ monibus liberato narrat *Petrus Chiesa*, & de Cassano Rege Tartarorum *Bassius*: de Sacramento Confirmationis scribit D. *Clemens*: quantum ce tè super alia venerabile Eucharistiæ Sacramentum valeat, ad autopsian appellantes, luculentissimè ostendunt illæsæ aucthoritatis viri *Molinetus Chron. Belgi. Anno* 1490. *de* Quercetensibus virginibus obsessis. Theodo rus *Lector lib.* 2. *collectan.* de Castro Tzundadeëro Dæmonibus elocato Pa ladius Galata *de Ægyptia speciem Equinam referente in histor. lausiaca*: Petru Martyr Anglariensis, & Lopez Gomara *in suis histor. de Energumenis Ind* S. Augustin. *Prosper Aquitanicus & alij* in fine conclusionis citandi. Præ ter reliquias Sanctorum, Oleum sanctum, & Aquam benedictam, præsen tissimum remedium est Nomen illud super omne nomen. *In quo omne ge flectatur Cælestium, Terrestrium & Inferorum*, illud enim scutum inexpug nabile, contra quod *Portæ Inferi non prævalebunt*. Non iuvant alia, inqu

Ad Ephes. & Thess. sal.

Lib. 6. *hist. Eccles. cap.* 35.

In 3. *part D. Thomæ quæst.* 63 *à* 4.

Part. I. *hist. perv. cap.* II.

Lib. I. *de de not. Eccles. lib.* 7. *const. apostol. cap.* 24.

D

Del Rio; cùm per gloriosius vincere Deus decreverit, vt per nudum Nomen Iesu.

Neque refert hæc Spiritualia etiam remedia non statim, imo nullo modo interdum prodesse, hoc enim plerumque contingere solet his duabus de causis; vel quod Deo ita visum sit, sicut in beata Eustochia virgine Patavina sanctissima patet / quæ toto suæ vitæ tempore mansit Energumena, vti refert *Bernardinus Scardeonius*; vel etiam (quod sepius fit) quod eorum efficaciæ ponatur obex, vnde *Petrus Cluniacensis* optimè dicit: Ne miretur aliquis benedictæ Aquæ aspersione (& idem est de alijs spiritualibus remedijs) Dæmonem non fugatum (vel quod posuit malum) agnoscas tabe interius latente, vnguenta exterius adhibita nihil proficere posse: Tabem vero lethale peccatum voco, quod quamdiu in interioribus quibuslibet latuerit, nullius exterius Sacramenti perceptio ei prodesse poterit. Hæc ille. Plura vide in *Vincentio Bonardo in lib. de Agnis Dei*. Remig. *lib.* 1. *Demonol. cap.* 13. & *lib.* 2. *cap.* 4. S. Augustin. *lib.* 2. *de Symbol. ad Cathec. cap.* 1. Sozomeno *lib.* 6. *cap.* 28. Tertullian. *in Apologi. Orig. contra Cels. lib.* 1. Bened. Sinibaldi *lib.* 3. *Geneantropo. tract* 3. *cap.* 12. *Alphonso Villegas*, *Cæsario*, *Gregor. Turonens. Thoma Roßio*, *Caßanao*.

In antiquitat. Patavin. Lib. 1. mirac. cap. 6.

Respond. ad. Argum. 1. Priore Syllogismo, vti iacet, concesso, ad secundum distinguendo Consequens: nullum medicamentum Naturale agit in Magiam, aut Energumenum directè, & per se, sic concedo; non agit indirectè, & per accidens, sic nego; quomodo autem hoc contingat, iam supra *in conclusione* dictum est.

Ad 2. Fateor cum *Cesalpino* ad mentem *D. Thomæ*, non esse credendum Dæmones Naturalibus virtutibus subiacere, etenim est impassibilis substantia, vndè meritò apud *Eusebium* Prophyrius imperium, & coactionem vocat, minas rerum impossibilium, ac planè absurdarum, verum hæc omnia intelligenda sunt de rerum corporalium actione per se, & directa in Dæmones, non autem de indirecta & accidentali, vti supra explicavimus, nam hoc eo modo ferè contingit, quo medicina, morbos, pravosque animi affectus sanat per res corporeas: de quibus *Aconistus*, ad curam Charicleæ Amore Theaginis afflictim irretitæ, accersitus ait: *Nostra ars affecti Corporis curationem pollicetur, Animi vero non principaliter, sed tunc tantum cum afflicto corpori compatitur, quo sanato & ipse convalescit.*

Lib. de Investig. Demon. Lib. 3. prap. Evang. 6.

Ad 3. posset aliquis diversæ mecum opinionis respondere: nihil hæc verba contra Medicos concludere; quia non repugnat; effectus quosdam ab his Physicè & Naturaliter fieri, eosdemque ab alijs Miraculosè: nam quia Dominus Deus dedit Apostolis suis vim & virtutem Supernaturalem Dæmonem eijciendi & ægros sanandi, non inde infertur: ergo ordinariam & natu-

naturalem subtraxit Medicis: Deinde ad verba *Matth.* citata dicunt, p
τὸ Filij non Apostolos intelligi, sed Exorcistas Iudæos, à Salomone Exo
cismos Incantationes, Coniurationes, viresque simplicium Naturales ed
ctos, qualis *Eleazar* fuit apud Iosephum: sed verè de Apostolis hæc intel
Lib. 5. genda esse docent *S. Chrysostomus*, *Hilarius*, *Ambrosius*, *Augustinus*: quare
Antiq. spondeo nos quoque ad Spiritualia remedia patientes hortari, & Corpor
Iudai. lia adhibere vt, quantum possibile est, sanatio promoveatur, & facilitet

QVÆSTIO XI.

An Medicus possit propinare Filtra, Pocula Amatoria, & cont etiam Odium excitantia?

Videtur quod sic, quia constat plurima obiecta in rerum natura esse
more, vel Odio digna, circa quæ Odium, vel Amorem vnusquisq
exercere potest, imò & tenetur, ergo similem affectum quisque eti
per artem procurare potest, dicitur enim Ioan. 13. *Hoc est præceptum me*
vt diligatis invicem: ex alia parte David se laude dignum existimat dum
Psal. 138. gat: *Nonne qui Oderunt te Domine Oderam? & super inimicos tuos* (præ Odio
v. 21. Invidia) *tabescebam?* & addit: *perfecto Odio oderam illos*; ergo saltem in
Vers. seq. casu vti licet remedijs præfatis.

2. Narrat *Flavius Iosephus* Moysem, & post eum Salomonem, sapien
illis à Deo infusa, confecisse annulos, qui gestantes ad Amorem, vel
Lib. 3. dium, pro vt erant, stimulabant; & his quoque met ipsi Sacerdotes Ægy
Ægypt. tij vsi fuerunt, sicut habet *Heliodorus*, à quibus Moyses verosimiliter
Actor. 7. structus fuit, quia ille, teste *Stephano Martyre*, eruditus est omni sapientiâ
Syntag. gyptiorum. Ergo & Medici possent similia adhibere.

art. mi-
rab. part. 3. Quibuscumque remedijs adhibitis, ipsi etiam Dæmoni impossibile n
3 lib. 3. c. net humanam voluntatem ita movere, vt arbitrij libertatem tollat; er
3. Variar. quæcumque remedia à Medicis adhibebuntur, erunt inefficacia, & frust
3. c. 14 n. nea propter quæ Imprudentiæ, non Irreligionis sunt arguendi, qui ta
28. in medicamina propinant.

praxi §.
fin. 4. 60. 4. Secundum Canonistas & Iuris peritos, *Gregorium Tholosan. Anthon.*
In Ioël c. *mez. Iulium Clarum, Tiraquell. &c*: delicta quæ Amoris causa committuntu
1. & lib. mitius puniri debent, & à pæna ordinaria excusantur: ratio est quod pas
2. contra hæc vehementissima sit (& similiter de Odio capitali loquendum) qui n
Iovin. consilio, aut ratione, sed secundum *D. Hieronymum* Furore quodam du
Pract. tur, sicuti omnes actus illi, qui *primo primi* à Theologis nuncupantur,
tractat. 1.
sect. 2. quibus cum multum de libertate arbitrij diminuitur, vel aufertur, delictu
cap. 17. etiam notabiliter excusatur. Vide *Alsabarivium*.

Sed. Contra Faciunt hæc verba Prophetæ Nahum Cap. 3. v. 4. *Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ & gratæ, & habentes Maleficia* (pocula Amatoria) *quæ vendit gentibus in fornicationibus suis, & familias in Maleficijs* (Philtris) *suis: ideo Vrbs Ninive prædicatur vastanda.* Et hoc Ioan. Epist. 1. 3, *Qui Odit fratrem suum non est in Luce Evangelij, sed est homicida.*

CONCLVSIO.

Nullo modo Medicis vti licet, remedijs ad Amorem, vel Odium stimulantibus.

PEr pocula Amatoria, & Philtra, ad communem veterum mentem, intelligimus hic omnia, sive in potum vel esum dentur, sive aliter extra corpus affigantur cum *Ioanne Bokelio & Grillando*, sive sicca & liquida, sive *Lib de* composita, & simplicia remedia illa, quibus in alio sexu procuratur Amor *Filtris de* inordinatus, & lascivus, ac per consequens Charitati tantum à Deo nobis *sortil.q.3.* commendatæ, equè ac Odium ipsum contrarius. Amor enim iste carnalis, ex lasciva impuritate, ac inquieta Zelotypia, non nisi per Diabolica instrumenta extorquetur, vt mox dicemus, hæc autem proximi Charitas, ex eo quod *Dilectio* sit *sine simulatione, honore invicem præveniant, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes fraternalis* omnino fit, qua *invicem diligunt.* Insa- *Ad Rom.* num hunc Amorem, & per quæ procuratur remedia Dæmoniorum inven- *12.v.9.* ta esse, ex ipso Orco erupta, testati sunt veteres, quando in gratiarum a- *10.* ctionem ipsi Plutoni (quod Numen illicium ad Amorem credebatur) sacra Stygialia & Cocijtia faciebant, super tegulis accensis Filtris, quæ inde *Sacra Tegularia* dicebantur: vetustissimam enim hanc Superstitionem, & mundo ferè coævam fuisse, tam ex sacris, quam profanis Historijs liquidò constat. In prima enim Babyloniorum Monarchia floruisse, patet ex loco Prophetæ *Nahum* supracitato: à Babylonijs Græci, ait *Theocritus*, ab his, per Romanos, ad nos Amatoria illa, aliaque Maleficia pervenerunt. *Baruch* Iudæos exhortans, vt durante captivitate Babylonica, ab eius gentis Idololatria, & Superstitionibus sibi caverent, Filtrorum apud illis visitatorum vanitatem demonstrat *Cap. 6.* dicens: *Mulieres autem circumdatæ funibus* *Vers. 42.* *in vijs sedent, succedentes ossa Olivarum: cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit, omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt.* Pro intelligendis his, in memoriam revocanda quæ narrat *Herodotus* nempe diabolares meretriculas in Babylonia his sortilegijs steduisse, *Lib.1.*

veritas ne diu ante Veneris templum excubare tenerentur, maximè quas n
genus, aut forma, aut regina pecunia comendasset.

Itaque ad Maleficium hoc assumuntur in primis, hæ Pityrides, sic eni
parvas illas Olivas vocabant, quarum ossicula succendebant: deinde era
Sanguis humanus, Cerebrum Felis, ossa Rubetæ, Semen Virile, Me
struum muliebre, pellis Abortivi humani, Vnguium præsegmina, Secu
dinæ, Stercora humana &c: de quibus hi extant pervetusti versiculi:

Philtra omnia vndique eruunt,
Antipathes illud quæritur:
Trochyli, Iijnges, Tæniæ,
Radiculæ, Herba, surculi,
Ipsiplices, Bitortiplæ,
Hunnientium dulcedines.

Thessala autem Philtra, seu Charitesia Irenæi antiquissimum sunt m
chinamentum Magicum, vndè *Iuvenalis* hic Mimus scilicet ab vxore ado
natus.

... Magicos adfert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti,
Et soleâ pulsare nates.

Hæc & similia, particularibus suis Gesticulationum, Obmurmuration
& Excantationum ceremonijs composita, non menti solum, sed corpo
quoque & vitæ nocere, infinitæ Historiæ testantur. In primis ita mente
evertunt, vt tam impotentes, & ebrij Amoris sint, vt ei modum adhibe
non possint vt ait *Phylostratus*: deinde vel non amanda, vel eo quo non lic
Amore prosequuntur: sic *Tyro* amavit aquam, & *Metes Ionicus* Venereas l
chrymas in aquam fundebat, vt idem *Phylostratus* habet. Pontius Cay C
saris Legatus (quem *Gregor. Tholosan.* suspicatur esse impium Pilatum illu
qui Salvatorem omnium iniustè damnavit) libidine accensus fuit Lanuvij p
cturarum Atalantæ, & Helenæ, quæ nudæ depictæ erant, easque tolle
conatus est, si tectorij natura permisisset ait *Plinius*; similia de Adolescen
Atheniense narrat *Ælianus*: de Pygmalione *Ovidius*, & alibi.

Lib. 1. de imag. in Ariadne. Lib. 2. in Melite art. mirab. c. 18. lib. 39. Lib. 35. cap. 3. Lib. 9. vari. hist. cap. 37. 13. Metamorph. Satyr.

Filtra nocent animis, vimque furoris habeat.

Et de Maleficijs quæ vxores per secretos sibi Mimos parant, ait *Iuvenalis*:

..... Quod desipis, inde est,
Inde animi caligo, & magna oblivio rerum
Quas modo gessisti: Tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, vt Avunculus ille Neronis
Cui totum tremuli frontem Cæsonia pulli
Infundit.

Nem

Nempe Caligulæ Hyppomanes illud Aristotelicum propinaverat vndè mox: *Nigro eum compulit Mercurius gregi.* Similia de Stiradio quodam narrat *Ioan. Dubravius Skala.* De Iuvene cuius corpus obriguit in truncum crusta densissima vndique obductum, ita vt perdius, pernoxque sex integris septimanis steterit, scribit *Hieron. Iordanus*: & de illustri Neapolitana fœmina *Codronchius lib. 3. de morb. venef. cap.* 8. S. Hieronymus *in vita S. Hilarionis.* Aristotel. *lib. 1. moral. cap.* 17. Francisc. Bencius *in litteris Anno* 1589. *Romæ impressis.* Ioannes Cuspianus, *Petrus Leloierus, Anthon. Panormitanus.* *Lib. 6. histor. anim cap* 18. *Li. 2. hist. Bohem. De eo quod super. est in morb. cap.* 23.

Quod autem non solum horrenda symptormta & gravissima corporibus damna inferre nata sint sed & mortem ipsam, docet *Plinius* Nympham præ excessivo erga Herculem Amore, & Zelotypia mortuam: & ipse Hercules cum vestem à Deianira missam induisset, in rabiem actus combustus fuit: Similia narrat de Lucretio *Eusebius*: etiam Lucullus in furorem actus., & mox interemptus. Vndè *Hyppolitus de Marsilijs* insignis criminalium iudiciorum tractator *in L. eiusdem legis D. ad L. Cornel. de Sicar.* dixit quod mors vt plurimum Philtra sequatur, vel talis saltem in corpore & mente corruptio, vt vix officio perfectè fungi valeant: ideo *Galenus* graviter in Xenocratem Medicum invehit, quod medicamenta Amorem, aut Odium inducentia evulgaverit: & in foro fori propterea severè admodum istiusmodi pharmacorum propinatores puniuntur *ex L. siquis aliquid §. qui Abortionis ff. de pœnis* quæ sic se habet: *Qui Abortionis, aut Amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in Insulam amissa parte bonorum relegantur, quod si ex eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur.* *Lib. 25. cap. 7. In Chron. In magn. moral. Lib. de simp. med facult.*

Et hæc quidem de foro externo, internum verò, tum propter Superstitiosum ac Magicum agendi modum, tum propter enormia quæ ex eo oriuntur mala, neminem, quod sciam, à peccato mortali excusat, nisi fortè tam parva materia assignari posset, aut ignorantia tam invincibilis, quæ committentem redderet innocentem: & eadem ratio est de inducentibus per simile artificium Odium & Invidiam. Quo autem modo Maleficia hæc & Philtra suum effectum consequantur, pulchrè certè, & amplè satis inquirit *Sprengerus*, examinans vtrum potentia Dæmonis sese eo extendat, vt vel per se, vel per aliud hunc Amorem hereos vt vocant, aut Phylocaptionem, & Odium in homine causare queat, & præcipuas eius rationes hic compendiosè subijciam. Primò hæc animi pathemata, & vehementes passiones (nisi primò primæ fuerint) proprij actus sunt voluntatis, quæ secundum omnes Ecclesiæ Rom. Doctores in suis actionibus est tam libera, vt à nulla creatura cogi possit, sed ab ipso dumtaxat creatore, qui eam regere potest, trahi suaviter, ita docent *Raphaël de la Torre Tom. 2. de vitijs oppos.* *Part. 1. mall male fic. qu. 7*

 reli-

religion. quaest. 96. *art.* 1. *disp.* 2. D. Thom. Paludanus & alij *in* 4. *sent. dist.* 34. Suarez *lib.* 2. *de relig. cap.* 9. Medina *lib.* 2. *de rect. in Deum fide.* Castro *de inst. haeret. punit. lib.* 1. alijque ferè omnes, etiam Iurisperiti *Tiraquell. in L.* 13. *connubial.* Binsfeldius *in L. eorum C. de Malef. & Mathem.* Nider *in Formicar. lib.* 5. *cap.* 5. Grillandus *de sortileg. quaest.* 3. *n.* 12. *& quaest.* 10. *num.* 3.

Deinde voluntas & intellectus subiectivè existunt in anima, atqui animae illabi tantum illi est possibile qui eam creavit (vnde canens Ecclesia *Animis illabere nostris*)

Ergo in has potentias nihil imperij cum habeat, non potest Dæmon tam malignas in illis passionis inducere. Vlterius, Dæmones nullam formam accidentalem, vel substantialem inducere possunt, nisi adminiculo alterius agentis, sicut quilibet alius artifex, sed si intra corpora, in quæ Dæmones ex natura sua maiorem habent potestatem, non possint esse illa immutando ergo minus intra animam, super quam minorem habet potestatem, eius potentijs Odium vel Amorem immittendo: quibus accedit illud *Cap.* 26 *Cap.* 5 *Epist. in fine.* Qui credit aliquam creaturam posse transmutari in melius, vel in deterius nisi ab ipso omnium Creatore, infideli & pagano deterior est. Hæc sunt quæ sibi *Sprengerus* objicit, quibusque hoc ferè modo respondet, supponit ex communi Theologorum, quod ille Deo permittente agere valeat in corpus nostrum, & etiam in potentias corpori nostro alligatas: ita dicitur Iob. 2. *Ecce in manu tua est Iob* (nempe quoad corpus) *verum tamen animam eius serva*, quasi diceret illa extra teli tui iactum est: quoad animæ potentias attinet, horologij sensuum nostrorum circumvolutionem, & agendi modum intelligenti, non difficile erit propositas difficultates enodare: nam quamvis Dæmon verè, & à parte rei non moveat voluntatem ad Odium, vel Amorem efficaciter & infallibiliter, tamen satis fortiter illam trahit, flectit, inclinat, tentat, & provocat, atque ita movet remotè saltem, & per accidens, sicuti dictum est, Medicum movere Satanam, & illum expellere Energumenis: nam præterquam quod sint multa pharmaca vim habentia naturalem humores turbandi, Bilem provocandi, irritandi semen, & calfaciendi totum corpus, sicuti patet in *L. eiusdem legis §. adiectio D. ad Corneliam de Sicarijs*: potest etiam Dæmon rebus quibus vult tanquam signis compacti vti, & deinde iuxta conventionem ipse per se turbationem, & flatulentiam, & pruritum, & calorem in corpus inducere, vti benè docet *Franciscus Torreblanca.* Et ita dum Filtrum componunt ex hostia consecrata, vel nondum tali, sed notis & litteris sanguineis circum scripta, Oleo sancto, Thure benedicto, Aqua Baptismali &c: secundum *Gloss. in C. Accusatus §. sanè de Heretic. lib.* 6. *&* Grilland. *de sortileg. quaest.* 3. N. 18. vel similiter dum ad concitandum Odium vtuntur Bufonibus, consutis oculis o

In 2. sentent. de virtut. Dæmon. in ep: c.

Lib. 2. Demonol cap. 47.

inclusis, Serpentum capitibus, & pellibus, vti narrat *Cæsalpinus*, & *Codronchius*, nullo modo dicendum est, similia virtutes aut potestates habere tam mirabiles causandi affectus, sed sordes hæ, & quisquiliæ, signa tantum sunt pacti cum Dæmone initi, quibus positis concurrit, opusque solus perficit, non movendo voluntatem efficaciter & per se, sed Imaginationem, & Phanthasiam turbando, humores concitando, adeo vt patiens varijs tentationum illecebris interius æstro quodam libidinis vexetur; vel mota Bile præ excandescentia flagret quotiescumque hæc, vel talis persona adest: vel si absit, de illa sola memoriam assiduè interpellat, phanthasiam vellicat, species circumstantiarum suggerendo, propter quas Amore digna videatur, & subtrahendo eas, quæ indignam reddant: vel omnino è-contra, si Odium intentet. *De inviâ sti. Demon. c. 10* *Lib. 3. de morb. Venef. cap. 8.*

Vndè, vt ad secundam obiectionem fiat satis, respondeo cum *Sprengero* esse duplicem immutationem, vna quæ sit eductio alicuius sive substantialis sive accidentalis formæ, & hæc potius productio dicenda est, nec sine alterius agentis adminiculo, nec sine Dei permissione fieri potest: alia immutatio est quæ vocari posset, *qualificativa*; vt de sanitate, & infirmitate, secundum hanc possunt Dæmones varias causare ægritudines, etiam vsque ad ipsius rationis ligamen, ac per consequens inordinatum Amorem illum, non quidem directè, sed fortiter, & astutè persuadendo, & in potentias corporalibus organis affixas tales impressiones inducendo, quæ in intellectum resultent, cuius obiectum phantasima est, & ex hoc per accidens ad voluntatem, illud semper amplectantem, quod ab intellectu ipsi tanquam bonum (sive verum, sive apparens illud fuerit) proponitur. Adeo vt secundum *Calderam de Heredia* omne illud quod valet carnalis appetitus in hac linea, sub illa voluntatis libertate, etiam Dæmon ipse valeat, seu sola illius suggestione, medio harum potentiarum corporis, seu Veneficæ ope, herbarum aut instrumentorum virtute applicata: hinc accedit Amantium illa intellectus inebriato, & libera voluntatis Incantatio, quam sensuum illusio conservat, & prava æstimandi consuetudo, veluti actuum multiplicatione iam in habitum versa, quæ, vt *Plato* asserit, est extrema inscitia, & eodem modo de extremo Odio, & Invidia discurrendum est; legimus enim in Oppido *Sepino* ditionis Neapolitanæ cuiusdam vxorem à primis nuptijs in maritum tale Odium contraxisse, vt hòrribile monstrum sibi in eo apparere exclamaret: donec mulier quædam Veneficijs versata, illius compatiens, Veneficij instrumenta, Capitibus Serpentum constructa, à cardine domicilij extraxit. *In tribun Magic. art. 5.*

Petet quispiam quomodo cognosci possit, vtrum hæ passiones à depravata nostra Natura, an verò arte Dæmonis procuratæ sint? quandoquidem

dem post Adæ peccatum pravus quidam, & concupiscibilis Appetitus o nes corporis humani principes partes occupaverit, est enim in Hepate vt suo principio: in Corde tanquam in fonte spirituum vitalium, qui per Sy pathiam, & consensum effervescunt, & ita Amor intenditur per invita tiam passionum: in Cerebro vt in principio cognitionis alitur, & hæc invicem mutuas tradunt operas in Amantis perniciem sæpè, reciproco, p renni, & indefesso motu: & Præsidens anima ludum potentiarum intu tur, & vitalitatis actiones impertitur? fateor rem hanc sua difficultate, n carere, nam signa à *Sprengero* allegata parum secura sunt, dicit enim l co citato: Quod si pulchram & honestam vxorem odivit, & meretricem infamiam vsque deperivit, hoc occultum efficit Maleficium: secundo nullo humano artificio & solertia ab Amore abducatur & reliqua ali quæ profectò ego sepius in viris adverti, & fieri vidi, ex effreni quidem sed Naturali Amore, iudicium interpellante affectu: evidentius aliqu modo (quamvis nec hoc certum) signum illud assignari posset, qu addit: nempè si decidit ab antiqua prudentia, & iudicio, & quadam fatu tate à se ipso alienatus incedat, nam cum omnes sensus tam externi, quà interni falli debeant, ad hoc vt Phantasia intellectui imponat, contingit i sos etiam circa alia obiecta errare & delirare, at nec huic fidendum, vid mus enim Amantes quasi sensu & mente carere, quia scilicet *Anima*, dicitur, *non est vbi animat, sed vbi amat:* aliquando tamen per hoc man festum fit, quod persona alias proba & morigerata, tales actus exerce qui omnem honestatem, & verecundiam excedunt: vnum cognosco, a huc dum hæc scribo viventem, cui tale Amatorium meretrix vidua propin verat, qui mox dormituriens per triduum quasi de illa somnians loqueb tur, vnde ipsa perterrita, nos accersivit, & quod rei erat fassa est, vnde i iecto enematè, & illis adhibitis quæ præclari Medici *Matthiolus & Schenki* præcipuè in hac re, etiam occulta quadam vi pollere tradiderunt, vel ex hausta fortè iam Maleficij virtute, ad se redijt, illamque ipsam modo vxorem adhuc habet.

Part. 1. Mall. Venef. qu. 7.

Quod ad pœnam attinet gravissimo huic sceleri debita, illa, sicuti deli ctum hoc mixti fori est, ita quoque alia in hoc, alia in illo infligi sole sicuti supra narravimus, & præterea videre est in *L. Nemo Haruspex Cap. Malef. & Mathem.* Iul. Paulinus *lib. 5. receptat. tit. ad L. Cornel. de sicar.* e quibus enormitas etiam peccati non imprudenter colligenda: quamv *Franciscus Torreblanca* scribat, has supra nominatas pœnas ad Iudicis arbi trium esse hodie redactas, qui videndus, cum illis quos citat.

Respon. ad Argum. 1. Nos hic agere de carnali quodam Odio, aut A more, vel ratione obiecti, vel ratione mediorum adhibitorum illicito, a

pe

per Diabolica stratagemata extorso, qui preter horrendas fœditates, enormia peccata, & damnosa scandala, & animæ, & corporis mortem àdfert. Ad *Davidis* verba respondet D. Augustin. *hoc est perfecto Odio odisse, vt vitia non homines oderis, nec vitia propter hominem diligas.* Alias *non potest hominem Odisse* (ait S. Chrysostom.) *qui Deum Amat, nec potest Deum Amare, qui hominem Odit.* *Sup. Matth. cap. 22.*

Ad 2. Quidquid de aucthoritate *Iosephi* sit, de quo adhuc in præcedentibus egimus, hoc certum est ipsum vel falsis traditionibus deceptum, vel ex cæco erga gentem suam, affectu, plurima reliquisse, fide indigna, quibus, vel suos errores excusare posset, vel suos gloriâ elevare, ita, vt vel nulla fides, vel discreta valde ipsius scriptis sit adhibenda, & in tantum solum, quantum irrefragabili Scripturæ aucthoritati non præiudicant. Quod ad locum Scripturæ spectat, non loquitur nisi de scientijs illorum licitis, & honestis, quod claré patet [*Exodi cap.* 7. & alijs, vbi Sacerdotes Ægyptij, & alij Pharaonis Magi, suis Incantationibus Præstigia, Moyses vero Dei virtute vera Miracula faciebat.

Ad 3. Propter rationem allegatam, & *in Conclusione* magis explicatam, illa remedia non solum sunt frustranea, aut irrita, sed summopere superstitiosa, quia pleraque tantum signa sunt pacti cum Dæmone impliciti vel expliciti, atque adeo irreligiosa, & detestabilia.

Ad 4. Dico hoc ita fieri posse in foro externo, in foro interno non item, ratio hæc est, quia Iudices mundani homines sunt, adeoque crudelitati, Odij, Iræ & Vindictæ, & similibus passionibus subiecti, ideò per *L. Absentem D. de pœnis* iubentur in omni delicto ad absolvendum proniores esse, quam ad condemnandum: Deinde cum similia remedia non semper ad manum sint, sed aliunde accersenda, & notabile tempus ad præparationem, & confectionem requirant, nimis deliberatè fiunt, quam vt inter actus primò primos recenseri possint, qui in momento quasi contingunt.

QVÆSTIO XII.

An Medicus poßit vti Chyromantiâ, Metoposcopiâ, Physiognomiâ, Aëromantiâ, Somnijs, & similibus ad Prognosticandum.

VIdetur omnino quod sic, nam Primò Antiquiores olim Phylosophi, naturalem nobis divinandi potentiam esse ingenitam sustinebant, his rationibus moti: Naturaliter tributa est animæ vis quædam sciendi præsentia, quæ dicitur Sensus: Item alia vis sciendi præterita, & hæc Memoria: atqui

atqui adhuc alia superest temporis differentia nempè futurorum, ergo haec sciendi animæ nostræ vis quædam est indita naturaliter, quæ alia esse n potest quam Divinatio, seu Prognosticatio, quæ prædictis scientijs neces riò vtitur, tanquam medijs.

2. Has scientias inter Magiæ species meritò numerat *Polydorus*, & po

Lib. 1. de rer. invēt cap. 13. quam Chyromantiam definiverat esse divinationem per linearum (& c lium) manuum inspectionem, subiungit: *Hæc omnia Superstitiosa sunt, at omnino ridicula.....hos igitur*(scilicet Chyromãtas, Necromantes Physignomic &c:) *tanquam maleficæ Superstitionis omnia corrumpentes, omnia inquinantes, propterea dignos qui malè semper audiant) declinemus; ac potius insectemur, vt v sanctaque religione imbutos decet*: ergo Medicis planè illicitum est illis vti.

3. Contra Physiognomicos faciunt illa verba Domini ad Samuelem Pr

1. Reg. 16 v. 7. phetam: *Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ illius, quoni abieci eum: nec iuxta Intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea quæ*

Cap. 11. v. 2. *tent, Dominus autem intuetur cor* Item illa Ecclesiast. *Non laudes virum Specie sua, neque spernas hominem in Visu, suo* (quia fallax est) ergo nec M dici possunt hac scientiâ vti

Vers. 26. 4. Dominus Deus etiam Somniorum observationes expressis verbis in bet varijs locis, vt *Levit. cap.* 19. *Non augurabimini, nec observabitis Somn*

Vers. 1. Item Deuteron. cap. 13. *Si surrexerit è medio tui Prophetes, aut qui Somnium disse se dicat, & prædixerit signum, atque portentum &c: non audies verba P phetæ illius, aut Somniatoris*, ergo Medici etiam non sunt audiendi.

SED CONTRA facit illud Proverb. 17. *In facie prudentis lucet sapientia, o stultorum in finibus terræ.* Iob 37. *In manu omnium hominum signat, vt verint singula opera sua.* & D. Thomæ 22. q. 95. a. 5. in corpore: *Me dicunt esse intendendum Somnijs, ad cognoscendum interiores dispositiones, s cet tanquam causam ex effectu.*

CONCLVSIO.

Medici his scientijs licitè vtuntur, in quantum verè Physicæ su & Medicinæ subserviunt.

PHysiognomia, & quæ pars eius est, Chyromantia duplicis est gene vna quidem, quæ ad Astrologiam iudiciariam spectans, ex ineptis Ge tilium, Arabum, & Ægyptiorum delirijs, singulas hominis partes ad a quæque referens, futuros casus, & contingentes divinat; palmam ma in certos colliculos, areolas, & lineas dividens, Areolis Planetas singul lineis astra quædam præficit, cuius quidem artis elementa Docuerunt B

th

tholomeus Cocles, *Andreas Corvus*, *Ioan. ab indagine*, *Ioannes Theiſnerus*, *Anaſtaſius*, *Michael Scotus*, *Andreas Triſcaſius*, *Lucas Guaitius*, *Michael Savanarola*, *Petrus de Arca*, *Marullus Saya*, ſed hæc tanquam falſa, ſtolida, vana, & ſcandaloſa, à viris cordatioribus, & peritiſſimis improbatur & condemnatur, vti videre eſt apud *Wipinam Polycrat. Ioan. Saliſberienſem*, *Picum Mirandulanum*: Alia eſt Phyloſopſica, & naturalis quæ ex membrorum, crinium, colore, habitudine & proportione: de temperie, valetudine, quædam etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus probabiliter iudicat & pronuntiat, de qua ſcripſerunt *Hyppocrates* & *Galenus*, *Ariſtoteles*, *Iulius Sirenus*, *Petrus Mozius* & alij, & cum naturali rationi innitatur, non licita ſolum in Medicina, ſed etiam laudabilis eſt, imo neceſſaria.

Lib. de ſigni. cap. cap. 12. Cap. 27. lib. 2. Lib. 6 Phyſiol. Lib. de natur. ſignis ad Polemon. lib. 6. de fato lib. de multipl temp.

Secundum prioris Phyſiognomiæ & præcipuè Chyromantiæ peritos, Manus tanquam inſtrumentorum inſtrumentum à natura in corpore humano facta eſt, & organorum organum, quandoquidem officium eius ſit toti corpori inſervire: & huius ratione omnium membrorum virtus in humana generatione concurrit, totiuſque corporis noſtri complexio in manu conſpicitur, & quodlibet membrum aliquod in ea ſignum, vel magnum, vel parvum, iuxta ſuam quamque poteſtatem & virtutem immiſit, ita ferè ex antiquioribus ſcribit *Andreas Corvinus Mirandulanus*, ex quibus ſignis notabiliores cuiuſque hominis Eventus, Commoda, Infortunia, Morbos Proſperitates, colligit: notæ autem horum ſignorum manus ſiniſtræ, in ipſa hora conceptionis; dexteræ vero in nativitatis momento producuntur. Sed hæc frivola omnia tam facile negantur, quam gratis aſſumuntur: quomodocumque hæc fuerint, in Eccleſia Romana graviter ſunt, non ſolum in interiore ſed etiam externo foro prohibita: qui ex manus delineamentis divinant & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis, Superſtitioſi ſunt, inquit *Eymericus*, quem ſequitur *Franciſcus Pegna*: & *Carolus V. Imp.* cum Brabantiæ inaugureretur. Impoſtrices mulieres (Ægyptiacas vulgò dictas) ſub pœna capitis, & bonorum proſcripſit. De quo Meretricum Furum, Sagarumque genere *Vergil. Polydorus*: Mulieres Chiromantiam profitentur, hoc eſt per linearum manuum inſpectionem divinant, interim egregiè doctæ ad ſubtrahendam furtim è marſupio eorum quibus futura prædicunt, pecuniam, niſi benè caverint. Ortum ſine dubio hæc ſecta à Sacerdotibus Deæ Syriæ ducit, eo mendicabulo olim victum oſtiatim quærentibus. Itali alios *Cilices*, quod ex Cilicia veniant, alios *Caretanos*, à Cæreto Vmbriæ oppido, Alios *Cingaros* appellant: inter quos numerandi & illi *Antoniani* dicti, in pectore litteram T. depictam gerentes, eiuſdem planè farinæ omnes gentiles Errones, quos Germani *Heydenen*, nos *Bohemos* vocamus ait *Pontacus Burdegalenſis*. Primum Anno 1417. per Germaniam viſi, qui ex-

Tolet inſtruct. ſacerdot. lib 4. cap. 15. Indirect. inquiſit. p. 2. quaeſt 43. Inſchol. comm 67 In 2. append. lat introit. De rer. invent. c. 7. In Cinonographo.

Lib. 3. de asin. aur. Lib. de odio satb. discurs. 12. Syntax. art. mira. lib. 34. c. 16. lib. 3. Cosmograph. lib. 11. cap. 2. Hor subcisiu cap. 37. lib. 1. magi cap. 10. homil 16. in numer. à med to. 1. Cap. 13. Ibid.

cocti sole, immundi veste, intentique furtis, homines falsa sua Chiromantiâ passim decipiunt: plura de his *Apuleius*, *Crespetus*, *Gregor. Tholosanus*, *Munsterius*, *Crantius*, *Camerarius*. Hi (*Gitanos* Hispanicè dicti) cum sint à Turcis in Christianam religionem exploratores ad Hispaniam missi, fingunt se ex iniuncta sibi pœnitentia (rapinis, & impositionibus vivendo) per orbem peregrinari, dicit *Torreblanca.* Ad hos etiam pertinent (vti ad Chiromantas omnes ipsis similes) verba Origenis. *Est quædam operatio Dæmonum in ministerio præscientiæ, quæ artibus quibusdam ab his qui se demonitus mancipaverunt &c:*

Nec est quod Scripturam sacram in patrocinium adducant, quasi in ea Chiromantia etiam foret fundata, ex verbis illis Exodi: *Erit igitur quasi signum in manu tua.* Quia nullo modo hic de Chiromantia, sed de festivitate azymorum agit, cuius observatio, vt Hebræis memorabilis fuisset in signum libertatis ab Ægypto: sacer historicus dixit: *erit quasi signum in Manu tua*; sumpta ab eis Metaphora, qui vt aliquid recordentur, solent annulari digito filum alligare, annulum indere &c: idque probatur ex sequentibus: *& quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos.* Alia longè inspectio est, & à superstitiosa hac Chiromantiæ scientia toto cælo diversa, vbi Medicus in Phtisi v. g. vngues, in Scorbuto cutim, in Lepra volam, in Scabie iuncturas Manuum examinat, in quibus particulares morbos, particularia sua signa produnt, id quod latet naturaliter indicantia; & similiter de Physiognomia

Tetrab. 1. serm 4. cap. 53. & 54. & seq.

dicendum, ex quibus sagax Medicus, non futuros contingentes casus, sed præsentem morbi speciem, & ægri complexionis naturam assequitur. Ita *Aëtius* pro complexionis vniuscuiusque, & temperamenti habenda notitia, nihil præter superficialia corporis humani lineamenta allegat, Oculorum, Crinium, Narium, Humerorum &c: colorem figuramque describens. Vt enim apta consensio partium, & qualitatum in materiâ, rationum in spiritu, & cunctorum mutua symphonia, vt plurimum pro adventantis animæ dignitate præcedit: sic vice versa spiritus apta constitutio concentum, & delineationes aptissimas in materia facit; idem vero dissentiens varijs partibus sibimetipsi, inepta quoque proportione figuram producit absurdam, sæpè & formæ principi minimè consentaneam facit, sed toto genere præter naturam, vt ex Hyppocrate satis colligitur, quando vim spiritus formatoris ex solidarum partium figuratione metitur; imò ex Dentium forma reliqui Capitis constitutionem coniectatur, ex Capite vero Naturam corporis vniversi. Quo sanè in

Lib. 2. de occult. natur. mirac. cap. 26.

primis totius Physiognomicæ artis, Metoposcopiæ, Chiromantiæ, & aliarum consimilium referenda est constitutio, quæ per similitudinem typos sub eodem genere, aut specie interdum non infeliciter exarata est Audi *Levinum Lemnium* Medicum & naturalistam insignissimum: Pleræque artes illiberales cen-

censeri solent ; minusque ingenuæ, quod vanitati, atque imposturæ affines sint, quodque observationes anxias habeant, & curiosas: at Physiognomia quæ ex facie, oculis vultu, lineamentis, totoque habitu corporis, animique propensionem perspicit, nulla sui parte inter has referenda, vt quàm à laudatissimis viris studiosè observatam, excultamque invenio: & certè secundum doctrinam illorum, qui scientiam illam profitentur, nulla est corporis nostri pars quamtumvis minuta, atque exilis, quantumvis abiecta atque ignobilis, quæ non aliquod argumentum insitæ naturæ, & quo animus inclinet exhibeat. Inde *Hyppocates Quicumque Rufi, Naso acuto Oculis parvis mali: quicumque Rufi simi Oculis magnis boni.* Item *magnum Caput, Oculi nigri, & magnum Nasum crassum & simum habentes boni:* & Aristoteles: *Molli carne bonæ mentis sunt & ingenij, robusti corpore mente communiter ineptissimi:* & naturalis hæc Physiognomia, vti subtiliter satis dicit *Franciscus Torreblanca*, primò petitur à similitudine cum brutis; Deus enim naturæ gnarus, qua cuique animali indole dotasset, singulis etiam sua instrumenta addidit, quæ huic genio & indoli, & complexioni maximè convenirent. Ideò ferocibus vt Leoni, Apro, Tauro Vngues, Dentes Cornua: timidis, aut fugacibus vt Lepori, Cervo: artus celeri fugæ necessarios, & ita de alijs. Quare contendit *Aristoteles lib. de natur. signis* quod Cruribus graciles, sint cæleres cursu, quia tales Cervi: articulatis, & nervosis, robusti, quia tales elephanti &c: Deinde habetur ex similitudine aliorum hominum v. g. molli & alba cute esse pavidos ac leves, quia tales sunt mulieres: nimium Fuscos esse pertinaces, quia tales sint Æthyopes &c: & quamvis signa hæc non sint infallibilia, & *Frons, Oculi, Vultus persæpe mentiantur*, ideo artem hanc Physiognomicam omninò nec ipsa Scriptura improbat: dicit Sapiens: *Homo Apostata, vir inutilis graditur Ore perverso, annuit Oculis, terit Pede, Digito loquitur, & perversitate mentis machinatur malum* & Cap. 13. *Cor hominis immutat faciem illius* Ecclesiast. *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu Faciei cognoscitur sensatus.* Item Isaias *Agnitio Vultus eorum respondet eis*: Similia habet *David in Psalmis*, si quidem in his qui visenda aliqua notâ insigniti sunt ars veritatem assequitur. Legibus etiam Civilibus, vbi plures de crimine sunt suspecti, primum quæstioni, & torculari subijci debet ille, qui Facie deformior est, quoniam censetur animo quoque pravior, sicuti ex *Baldo, Menochio* &c: ait *Franciscus Vallesius* & in his (addit) Iniquum est censere esse aliquid futile, aut inane. S. etiam *Gregorius* Athenis cum Iuliano studens, Physiognomiâ eius considerata, exclamasse se scribit: *Quale malum Romanorum terra nutrit.* Ita quoque Lucius Sulla, & Cæsar dictator, duce hoc naturali iudicio, mores adversarios sub vultu latentes (vt ait *Horatius*) non semel exactissimè cognoverunt.

Lib. 2. Epidem.

Lib. de natur. signis cap. 9. & lib. 2 de anima lib. 1. Physicor. Cap. 6.

Proverb. cap. 6.

Cap 3. Psal. 34. In l. 2. n. 5. C, quos appellat. non recipiant Menoch. de præsumpt lib. 1. quæst. 89. de sacr. Philos c. 32 orat. 2 in Iulian.

Seneca
Ouid.
Gartner.

..... *Multa, sed trepidus solet*
Detegere Vultus
Ex tacito Vultu scire futura licet. Ovid.
Est Facies testis, quales intrinsecus estis.

Et similia legere sunt apud *Martialem*, & *Plautum*, quam plurima *Bernar* *Cæsium de mineral. lib. 2. cap. 5. sect.* 4. Francisc. Valles. *loco supra cit.*

Aliud dubium in posteriore argumento erat motum de Somno, idque r tione veterum Ethnicorum, qui, sive propria animi in Superstitiones pr pensione, sive scriptis medicinæ Principis malè intellectis, tam certu ex Somnijs de futuro, quam ex præsenti, de realiter existente fer bant iudicium: ita vt Somnum ὄνειρος à benè ominando vocaverint. Qu rei Somnium sit, quomodo contingat, quotvè eius diversæ sint species M dicos non doceo, alij legant vnum *Iulium Scaligerum*: nostræ partis est D vinationes, & Prognostica ex Somnijs ita distinguere, vt licita, & vtilia vanis, & illicitis discernantur. Quis omnium primus hanc vanam divinan scientiam condiderit, sub iudice lis est *C. Plinius* Amphictioni Deucalion filio adscribit. *Pausanias*, & ex eo *Cælius Rhodiginus*, Amphiarao vati. *Ph lo Iudæus* Abrahamo Patriarchæ: *Clemens Romanus* & *Tatianus Martyr* Aristar dro Telmessensi sicut refert *Picus*. *Cicero Strabo*, *Rigaltius*; sed certior conco dia id Iosepho attribuit iuniori Israëlis filio, de *Genes.* 37. *Audite Somniu meum quem vidi &c*: & versu 9. *vidi per Somnium quasi Solem, & Lunam*, plura *Genes. cap.* 40. & 41. Ex his tam bonis non solum, sed & divinis in tijs, tam vanæ Superstitiones, tam Diabolicus divinandi modus versimili ter occasionem accepit. Ad quod fortè non parum illa contulere, quæ *Fulgosius* de Ildrico Leodiensi Episcopo: de Ioanne Monacho, deque Ro mana fœmina narrat, quæ admonita per insomnium opportunè radicem Cynorrhodi ./. Rosæ Silvestris, vel vt alij *Cancel-rooskens*, demorso à can rabido filio, & iam Hydrophobiâ laboranti, hoc est, aquas metuenti, mi sit in Hispaniam, per quam celerrimè fuit sanatus. Hinc quidam etiam Me dicinæ Therapeuticæ & Pathologiæ multa mortalibus experimenta hoc mo do divinitus commonstrata certissimè liquere putant, in veritatis confirma tionem allegantes quod Medicorum Principi D. *Hyppocrati* opinionis & veri tatis per nocturnam quietem concertatio visa, morbum Democriti long alium demonstraverit, quam decepti cives Abderitæ propter illius risus in comptos, & solitudinem suspicabantur: & *Galenus* (vti ipsemet in suis scrip tis testatur) cum morbus perquam difficilis ipsum torqueret, monitus, in quit, per quædam Insomnia, quorum duo perspicuò mihi visa sunt, access ad dextræ Manus arteriam, inter Indicem & Pollicem sitam, siviqùe flue re, donec sponte sanguis se sisteret, nam ita Somnium præceperat .... subito itaque diuturnus extinctus dolor est, in illa maximè parte fixus,

Comm. in lib. Hypp. de insom. Lib. 7. cap. 57. lib 27. lect. antiq cap. 14. Libell. de antiq. biblic. 1. Pranot. cap. 7. lib. 1. de divinit. lib. 14. Geograph. obseruat. ad Artemidor. Plin. lib. 8. & 25.

Lib. de curat. per sang. miss. cap. vlt.

qua Iecur septo transverso committitur ..... Minister Dei Pergami diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteriâ in summa manu incisa, aggressus & ipse illud Insomnij monitu, hæc ille. Oculi quoque iam inflammati remedium tempestivum sibi se reperisse per Somnium, testatur *Avenzoar*. *Arnoldus Neocomensis* cum somniasset à nigricante Cane pedem sibi mordicus apprehendi, eandem pedis particulam postera die teterrimus Cancer invasit Atqui si magna in illis est Superstitio, inquit, *Cornelius Gemma*, propter inventionem causæ, sive principij à quo dimanant: magis profectò, magis multò, circa vel Omina, vel huius generis leviora Miracula cogitandum est, ne propter inanem similitudinem à iustis Præsagiorum finibus aberretur, de quibus plura *Benedictus Pererius*. Sed vt propius ad rem veniamus.

Notandum esse varia Somnia, quorum aliqua sunt Divina, alia Diabolica, de quibus amplissimè, & doctissimè pro more suo discurrunt *Franciscus Torreblanca*, *Gregorius Nyssenus* & *D. Gregorius Magnus*, qui rectissimè tribus Aucthoribus Somnia attribuit, Deo, Dæmoni, vt iam diximus, & Naturæ; de cuius posterioris Somnijs nobis hic agendum. Nam sicuti nemo secundum Somnia Diabolica sese conformare potest, ita Somnijs divinis debemus fidem adhibere sub peccato mortali, sicut Docent *D. Augustinus*, *Lactantius* & *Grillandus*; prioris generis fuère olim Somnia Anabaptistica, Enthusiastarum, & admiranda quædam gentilium, vt Ædesij apud *Eunapium*, Ptolomæi apud *Tacitum*: Odati, & Zariadri apud *Athæneum*, & aliorum apud *Valerium Maximum*, qui præceptum Domini transgressi sunt, quando dicit *Levitici cap. 19. Neque observabitis Somnia* Ecclesiastici cap. 34. *nisi ab altissimo missa fuerit visitatio, ne des Insomnijs cor tuum*: talia non fuerunt Somnia Nabuchodonosoris, nec Pharaonis & similium. *Naturalia* Somnia vel oriuntur à causa intrinseca, id est ab animæ passionibus, & dicuntur Somnia *Animalia*, quia fiunt de rebus quibus cogitatio vigilantis fuit intenta: vide *Raphaël de la Torre*, *Pererium*; secunda causa intrinseca est, quæ potissimum pendet à corpore, atque ideo illa Somnia vocantur *corporalia*, quod oriantur à præsenti dispositione, ac temperamento corporis, dum v. g. crapulâ, vel Cacochymo humore repletum, illo prædominante, vel alio vitio, Phanthasia læditur, de quibus videndi *Aristoteles*, *Hyppocrates*, *Galenus*, *Argenterius*, *Petrus Garzia &c*: De causa naturalium Somniorum extrinseca, quia parum ad Medicos, remitto lectorem ad *Torreblancam l. c. Num. 19*. Categoricè itaque ad Quæstionem respondeo paucis, omnia Somnia vana Diabolica & Superstitiosa sunt illicita, & ideo prohibita: & quia *Superstitiosa* dixi notandum hic obiter, quod olim Mos ex Somnijs divinandi hic esset: oblato Ariete, Hostiarum pellibus in Æsculapij maximè, Serapidis, Pasiphaës, Podalirij &c. templorum delubris, humi prostratis incubabant, per totam noctem Somnia à Dijs expectantes, de quibus Virgilius

Lib. 1. Cosmocrit. cap. 6.

Lib. de observat. somnior. cap. 6. & alijs.

Lib. 8. demonol. cap. 25.

Lib de opific. hom. c. 33. lib. 8. moral. cap. 13.

r3. ad Genes. de opific. Dei cap. 18 de sortileg. q. 11 n. 31. in.

sius vita

Annal. lib. 4.

Lib. 13. Dypnosoph. c. 13. lib. 1 cap. 7.

Tom. 2. de vitijs oppos. relig. art. 6. disp. 1.

lib. 1. de observation. somnior. c. 7.

Lib. de anima l. 6. epidemiô 3 lib. de præsag. ex sõnijs lib. de som & vigil. Comm in Galen. in lib. de loc. male affect. disp. 3. cap. 2. 3 lib. 8. Æneid. 22. q. 95. art. 6. lib. opis. hom. c. 13. part 2. tit. 12. cap. 2. lib. de Insom. lib. de divinat. somni. 22. q. 95. a. 6. in corp. Ibid art. 5. in corp. Genial. dier. lib. 1 cap 1. & lib. 3. c. 16 Serraglio de glistupor. del mondo stanz. 5. De interpret. sõni. c. 12. de somni. & vigil. lect. antiq. lib.

.... Hûc dona Sacerdos.
Contulit, & sacrarum Ovium de nocte silenti
Pellibus incubuit stratis Somnosque petivit.

Omnia vero Somnia, Naturalia quatenus talia, licitum esse observ docent nos D. *Thomas*, *Gregor Nyssenus* D. *Antoninus*, *Caietanus & alij Do res in l. c.* D. *Thom.* Imò necessariam hanc Medicis esse scientiam indicat *pocrates* noster dicens: *Quæ per Somnia conijci possunt, si quis nota habeat n num ad omnia sanè momentum ea conferre intelliget ..... si cui igitur recto hæc rint comprehensa iudicio, ei magna sapientiæ pars fuerit comparata*: quibus *stoteles* motus scripsit: *dicunt & Medicorum elegantes, quod oportet valde in dere Insomnijs.* Rationem allegat D. *Thomas*, quia ex interiore corporis positione, formatur aliquis motus in Phanthasia conveniens tali dispositio sicuti Homini in quo abundant frigidi humores, occurrit in Somnijs, q sit in Aqua, vel Nive, & propter hoc Medici dicunt esse intendend Somnijs, ad cognoscendum interiores dispositiones: scilicet tanquam sam ex effectu; quia vt idem D. *Thomas* ait: Omne corporale signum, est effectus eius cuius est signum, sicuti fumus significat ignem â quo causa vel procedit ab eadem causa, & sic dum designat causam, per consequ significat effectum; sicut Iris aliquando designat serenitatem, in quan causa eius, est causa serenitatis; & hæc omnia rei nostræ, de qua agin applicanda. Videantur de his plura apud *Alexand. ab Alexandro*, *Tomaso zoni*, *Augustin. Sessa Ludovicum Boca di ferro*, *Argenterium*, *Pererium*, *lium Rhodigin. Psendo cornutum Baptistam Pium*, *Artemidorum*, *Nicephorum gora*, *Astram psijchum*, *Gregorium Horstium*.

Quod vltra hæc nihil Naturaliter prædici possit aut licet, satis latè nervosè ostendit, & docet *Franciscus Vallesius* Regis Hispan. Protomedi hoc fere modo, Quicumque futura tentant prædicere (ad quod solum serviunt scientiæ in hac Quæstione Propositæ) alio quodam præter nomi tos, modo: vel sine vllis signis, aut argumentis, quasi res ipsas per se deant, id faciunt, & hoc ad veram Divinationem pertinet quæ, vti Divinatio, nec Prophetia propriè dicta, vlla esse potest merè Natur quidquid olim veteres voluere Phijlosophi: vnde quibus vtuntur Aruspi Augures, extorum Inspectores, Pullarij, Ominatores, Portentorum servatores, vana sunt omnia. Ratio est nam qui Divinat, aut tunc prim illud didicit, aut sciebat antea, sed non adverterat tamen, tunc quio discere non potuit: quia cum non didicerit colligens ex præexistente ali cognitione causarum, aut signorum, aut alius cuiuspiam corporalis pa nis: neque omnino collegerit ratiocinando ex alijs assertionibus (id e non *Divinare*, sed, vt mox dicemus, *Coniecturare* est) oportet ex ip

obi

obiecti præsentià scientiam comparaverit : sed, nec hoc dici potest, nam illud quod neque omnino est, neque vnquam fuit, non potest esse præsens obiectivè, ergo hoc tantum superest, vt qui divinat; eius, quod divinat, notitiam semper apud se habuerit, & hoc nulli finitæ facultatis mentis potest contingere, ergo nulla Divinatio potest esse Naturalis & Phijsica, nec per consequens ad Medicum, solum Phijsicè agentem, pertinere.

27.c.14. Pers. interp. ad satyr. 2. in annot. poster. c. 10. sacr. Philos. cap. 30.

Vel tentant prædicere ex cognitione Causarum, ac Signorum, & hoc ad coniecturam spectat, quæ & cum vera prudentia, & etiam cum vanitate coniuncta esse potest; prout nempe signa illa, causæ, & notæ sunt ex quibus ratiocinantur. Prioris generis sunt illæ coniecturæ quibus Imperator in Bello, & civilis Magistratus vtitur in administranda Republica, Medicus in curandis Morbis, Nauta in solvenda à portu, aut retinenda navi, & Agricola in mittendis seminibus, quia hi ex naturali ratione procedunt, aut diuturna experientiâ rerum secundum naturam contingentium : præter iam dictas reliquæ omnes, cum ad Divinationem pertineant (quæ sicuti iam ostendimus naturalis esse non potest) vanæ sunt, & omnino illicitæ.

Ex quibus multi, alias satis curiosi, mirari desinant, dum in *Levino Lemnio* hæc verba legunt : Medici non prorsus operam ludunt, si subinde ab ægrotis ac valetudinarijs sciscitentur, qua ratione nox ijs transacta sit, quibus Insomnijs mens fuerit exagitata, illa siquidem morbos, affectusque corporis indicant atque humorum redundantiam, & qualitatem commonstrant, ita temulenti ac Febricitantes, absurdis Insomnijs inquietari solent, adeo vt plerique horrenda spectra se videre imaginentur Lemures, Stryges, Harpijas, & quod melancholicis peculiare, Cadaverosas facies, Vultusque tetricos, ac subtristes. Quibus vero Bilis flava redundat Faces, Cædes, Incendia, Pugnas, Rixas, & Iurgia mente concipiunt; & eo de omni humore modo argumentari licet. Ratio est, quod sicut mores animi temperamentum corporis, ita Somnia mores sequantur, vti benè innuit Claudianus:

Lib. 2. de occult. rer. miraculis

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.

Lib. 3. Præfat.

Et clarius *Petronius Arbiter*, (si tamen Petronij sint)

In fragment.

Quidquid in luce fuit tenebris agit, oppida vallo
Qui quatit, & flammis miserandas sævit in vrbes,
Tela videt, versasque acies, & funera Regum:
Atque exundantes profuso sanguine campos,
Qui causas orare solet, legesque, Forumque,
Et pavido cernit inclusum corde tribunal.
Condit avarus opes, defossumque invenit aurum;

Sec-

Servit amatori meretrix, dat adultera munus;
Et Canis in somnis Leporis vestigia latrat.

Ex quo patet id non solum hominibus, sed & brutis animantibus ac re. Quia quod ad Somnium attinet, omnibus communis causa est, refer
Lib. de animal. c. 2. In disp. ad Galen. de locis affect. disp. 3. c. 1. bus *Aristotele*, & *Petro Garzia*. Vndè lepidè piscator apud *Theocrit*. O Canis panes somniat, & ego pisces; nam vt *Torreblanca* dicit, mult Somnia in quiete, ad actiones vigilantes comparantur; atque adeo si observationes, non solum sunt licitæ, sed ad expiscandam Morbi ca aliquando etiam necessariæ.

Plura qui de hac materia desiderat legat de Chiromantia *Ianum Cac Freium, Tricassum Cerasariensem, Anton. Picciolum, Robert. Flud.* De M poscopia *Samuel Fuchsium, Thadæum Hagecium.* De Physiognomia *Scip Claramontium, Michaëlem Scotum, Adamantium Sophistam, Pomponium G cum, Guilielmum Gratarolum, Ioannem Fontanum, Michaëlem Zanardum, I Teisneirum &c:* De Insomnijs *Celsum Mancinium, Nicephorum Gregor Arnaldum de villa nova, Iosuel, Abrech, Hieronymum Cardanum, Augerium Fe rium, Gregorium Horstium, Theodorum Suingerum* Benedictum Pererium *li observat. Somnior.*

Resp. ad Argumentum 1. Quandoquidem præsentia omnia, & præte aliquando erunt, & fuerint futura, tuncque pertinuerint ad Divinandi cultatem, necesse est ea quoque sint in anima, quæ eam habent potenti & per consequens necesse foret, vt humana mens haberet in sese species, notitiam rerum omnium, præsentium, præteritarum, & futurarum: id rò neque per infusas rerum species, neque per Idearum participationem potest, cum sit finitæ, & determinatæ virtutis: & sicuti omnia non po facere, qui non est potentiæ infinitæ; ita nec omnia scire, qui non est p dentiæ infinitæ. Vndè hoc ipsi Deo solo competit, omnium causæ prim penes quam (vt *Plato* loquitur: Neque est, erat, & erit, sed est). Ex c bus illud argumentum nihil concludere apparet, qui cuilibet temporis di rentiæ suam facultatem vult opponere: neque enim quia præsentium, præteritorum est sensus, oportet vt & futurorum sit, nam præsentium & p teritorum possunt accipi, & conservari aliquæ species certæ, futurorum aut non nisi ex ipsis præsentibus, & præteritis, adeoque tantum per accidens.

Ad 2. Vtrum hæ scientiæ tam intrinsicè malæ sint, vt nemo illis benè possit, nec nego, nec affirmo: hoc certum est, ordinarium illarum, & mod num vsum, id est abusum, tam à Christo Domino, quam à S. S. P. P. c Aruspicibus, Ariolis, Auguribus, Genethliacis, Mathematicis, alijsq Maleficis & Divinis, damnari absolutè: *Divinare enim se plenos simula & astutià quadam fraudulentia hominibus futura coniectant ..... cuncta autem*

f

ſunt à Chriſtiano vitanda, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda: nam in his omnibus ars Dæmonum eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & malorum Angelorum exorta ait, *B. Iſidorus*, inter alia, de hac re plurima. *Lib. 8. orig. cap. 9.*

Ad 3. Aliud eſt ex Phyſiognomia cum formidine de oppoſito Conieċtare, aliud cum certitudine Affirmare: primum faciunt Naturaliſtæ & Medici, dum ex forma externa, corporiſque figura, vel illa produnt, quæ intrinſecus latent, vel morbum præſentem, futurumvè prædicunt, argumentando ſcilicet à communiter accidentibus: idque in locis ſcripturæ allegatis etiam tacitè inſinuare videtur Dominus. Eſt enim quaſi dicat: Samuel vbi Saulem videris ſtaturæ tam proceræ, vultus tam compoſiti eſſe, naturaliter loquendo natum eſt fieri, quod tu opinionem hinc elicies, inſignem etiam Animum, tam magnum corporis domicilium inhabitare, ſed erras toto Cælo, ego ſcrutator Cordis & Renum, perverſam eius mentem intuens, tam indignum regno abieci. Per quæ inſinuare velle videtur, non ſcientias certas, ſicut ex vniverſaliter veris, ſed quales quales opiniones ex probabili tantum haberi poſſe: nam quo loco ab *Ariſtotele* de ſyllogiſmo Phyſiognomico diſſeritur, à Commentatore benè deſcribitur, quod ſit Conieċtatio naturalium ex ſignis, vndè Phyſiognomi naturarum Conieċtores, qui certis notis indicijſque conieċtant, quorum affeċtuum illis potiſſimum inſit proclivitas. Quo ſpeċtat illud Iſaiæ *Agnitio Vultus illorum reſpondet illis.* *Cap. 3.*

Ad 4. reſpondet *Levinus Lemnius*: Cum olim incredibili ſuperſtitione, ac vanitate Somnia obſervare, ijſque fidere, atque aſſenſum præbere ſolerent homines, Deus opt. max. qui neminem torqueri voluit anxijs, dubijſque rebus ac fallacibus, quæ animæ tranquillitatem perturbant, vetuit, ne quis in his obſervandis eſſet curioſus, ac temerarius interpretationes confingeret, eventuſque ambiguos comminiſceretur: huiuſmodi enim Impoſturis nonullos deſciſcere à Deo (hæc tunc temporis maxima eius prohibitionis ratio) atque ad Impios Cultus devolui; ita exprimit ſe Dominus eodem loco Deuteron. citato: *Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui Somnium* (quaſi à Deo immiſſum) *vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum, atque potentiam, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi* (nota) *eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoras, & ſerviamus eis, non audies verba Prophetæ illius, aut Somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto Corde, & in tota anima veſtra.* Aliud prorſus eſt de Somnis in naturalium rerum ratione conſiſtentibus, de quibus in concluſione latius.

QVÆSTIO XIII.

An Medicus possit exercere Chymiam?

VIdetur quod non, quia non est scientia Pietatis, vt habetur 37. *Di[...]* *Si quis*: & multi Chymici fecerunt falsam monetam, & fuerunt Sor[...]tilegi, impij, Athæi, Necromantici, & Magicis artibus inquinati, ijqu[...] eorum præcipui; ita enim fertur, de *Raymundo Lullio*, *Paracelso*, *Arnaldo [...] Villa-nova Fratrib. Ros. Cruc.* Vndè prisci sapientes, vt patet in *Can. Epis[...] 26. quæst.* 5. Iurisperiti constitutis corporum pænis, & bonorum pro[...]scriptionibus, hanc Chimiæ artem colentes, tanquam illusores, fraudu[...]lentos, ac toti Reipubl. perniciosos, Regnis, & Provincijs excluserunt[...] ergo Medicus illam artem exercere non potest.

2. Opera Chymica non fiunt sine magnis sumptibus, & ingentis Au[...] decoctione, quæ iure prohibetur *C. de aur. pub. persecut. L. 1. lib.* 10. Vnd[...] ipsis illud D. Pauli applicatur: *Semper discentes, & nunquam ad scientiam v[...]ritatis pervenientes*, ergo ab eius exercitio arcendi sunt, & Medici.

Timoth. 3. 7.

3. Est contra *Text* 26. *quæst.* 1. *C. Episc. & quod. Quisquis credit posse fie[...] aliquam creaturam, aut in melius mutari, aut transferri in aliam speciem, a[...] in aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore, infidelis est, & pagano deterio[...]* atqui hoc contingit quando Plumbum Argentum fit, & Æs Aurum &c[...] ergo talis Medicus esset infidelis habendus, & pagano deterior. Vide *O[...]dradum Consil. 74. de sortileg. N. 1.*

SED CONTRA Facit D. Thomas 22. q. 96. art. 2. dicens: *Quod si simpl[...]citer adhibeantur res naturales, ad aliquos effectus producendos, ad qu[...] putantur naturalem habere virtutem, non est Superstitiosum vel illicitu[...] ijs rebus, vel effectis vti.*

CONCLVSIO.

Multa sunt in Arte Chymica quibus Medicus tutò, vtiliter, & licitè vtitur.

NAtura Medicos ministros esse præcepit, ac separatores, & Præpara[...]tores, non magistros, vel compositores. Remedia enim Præparatio[...]nes, Separationes, & Exaltationes requirunt, ad hoc vt in se latentes, [...] ligatas virtutes explicent, ita vt Medicina, ab arte Chymica sit difficult[...]

sepa[...]

separabilis, quia fororia sibi invicem necessitate coniunctæ. Manifestat enim Chymia (non illa qua Impostores ad suas Dealbationes, & Rubefactiones vtuntur) non solum vera simplicia, magnalia, arcana, mysteria, virtutes vires & sanationem concernentes, vti satis clarè demonstrat *Gabriel Fontanus* verum etiam ad imitationem Archei, Ventriculi, seu Chymici naturalis innati, segregare docet quodlibet mysterium in suum reservaculum, & Medicamenta infelicibus vestimentis obducta, debita separatione ab imputribus, & corruptibili, & fœda superficialium, externorumque Elementorum commixtione expedire, vt pura illa, Cristallinaque materia, seu Natura simplex exhibeatur corporibus, ita fere *Oswald. Crollius*, cuius Authoris sicut insignia, maximæque vtilitatis ex Chymiæ arte composita laudare soleo, ita omnia eius Paracelsistica, & Superstitiosa *eodem libro* contenta improbare. Nempe hoc Germanis illis omnibus ferè proprium, quod sicut figmenta Poëtarum, *Gregorio* teste, per oblectamenta inanium Fabularum mentem excitant ad incitamenta libidinis, ita illi præclaris suis remedijs, quædam Magica semper, & Christianis illicita admisceant, vt per hæc ostio studiosi animi curiositate adaperto, & illa nequiter, & insensibiliter sese ingerant, non facilè extirpanda. Vndè quis tanto iure de illis, quam meritò *Plutarchus* de Poëtis dixerit: Vt in locis vbi multæ nascuntur herbæ ad Remedium efficaces, in ijsdem multæ nascuntur lethales: ita & in Chymicis multa præclara, multa pestifera. Sibi ipsis itaque imputent si tam salutaris scientia è sublimi suo, quem meretur loco deturbetur, ipsique, non apud invidos aut ignorantes (vt in scriptis & Apologijs suis conqueruntur) sed cordatos multos, & Christianos Medicos tam malè audiant; vt *Gallego de la Serna* Galliar. Reginæ Archiater doctissimus, cum plurimorum intelligentium Medicorum applausu, & tacita subsignatione scripserit: *Reliqui curandi modi, qui noviter in aliquibus terrarum partibus oriuntur, valdè noxij solent esse, qualis est is, quem Diabolica persuasione ductus, destillationum magister Paracelsus adinvenit, qui modus Heretica pravitatis more, fere omnes Septemtrionales regiones, fereque omnes Italorum Principes occupat.* Quæ, Hercules! si de præcipuis Chymiæ mystis, & in arte illa peritissimis vera sint, quid de illis Agyrtis, & Spagyricis tandem erit, qui per imposturas, & mendacia sua miseros exhauriunt, (prosequitur *de la Serna*) non solum cuncta Phylosophiæ principia, sed omnia verissima artis Medicinæ Theoremata despiciunt, & ea remedia, quæ tanta cum hominum vtilitate approbata ab antiquis Medicis fuerunt invecta, vt coactus fuerit Herophilus dicere esse veluti *Deorum manus*, crudeliter, & oculis omnino clausis explodunt, solis vtentes malignorum Mineralium extractionibus, quibus si ex accidenti aliquem sanant, quam plurimos per se necant? At cum nullum ab abusu rectum Argumentum, nimis longè fortè devia-

In Medicina sua Antihermetica

Basil. Chym. præfat. admonit.

Epist. ad lect. lib. in de Method. medend.

N 2



deviamus, nam certum est nihil ab ipso Creatore tam vndequaque bonum quo humana nequitia abuti non possit, vndè ad Quæstionem propositam dico: Inter Medicinæ strictè dictæ partes, non vltimum locum occupat Therapeutice, quæ in Pharmaceuticen, Chirurgicen, & Dieteticen rectissimè dividitur; & sub hoc primo membro, vel indignantibus Auri fabricatoribus totam Chymiæ artem comprehendimus; nec est quod reluctentur Chrysophili, non debere tam nobilis metalli confectionem pharmaceutices militiæ Sacramentum adire, verum ad sublime Phylosophorum supra plebeias artes fastigium elevari, sicuti sustinent *Arnaldus de Villa-nova*, *Geber Avenhaen*, *Morienus*, *Raymundus Lullius*, sed in vanum: vel enim Ars Chymica simplicia per suas seperationes, compositiones, destillationes, cribrationesve therapeuticè præparat, & tunc Pharmaciæ evidenter ancillatur: vel per suam Cohobationem, Amalgamationem, Pellicanationemvè suum Lapidem (sine quo nullum Aurum factitium) Chymicè conficit, & hic cum tanquam verum Elixir, atque vnicum contra omnes morbos Panacæum ab illis de predicetur, ad Pharmaciam vel trahetur invitus: Quod iam Pharmaceutice ritè exercita, non solum licita sit, sed laudabilis omninò & necessaria, v ex eo patet, quod divinæ istius, & à Deo immediatè creatæ scientiæ tam magna pars sit, vt si ipsi Medici *Dei manus* audiant, hæc (vt benè *Valer. Cordus*) illorum Dexteræ nomen mereatur.

In Rosario lib. 1. cap 7. de transfig. Metal In ludo puror. opus Mulier. Cāgor buccina. sentētia semita. Dispens. proëmi.

Quid autem de illa Chymiæ parte sit, quam *Chrysopeiam* vocant, qu solo conficiendo Auro intenta; illa nullo modo ad Medicinam pertinet, d cam tamen paucis. In foro fori, vt verbis *Senecæ* vtar (quamvis alio sensu) i lorum impotentiæ, atque insanæ libidini ob hoc vnum ignoscitur, quod quæ fecêre, patiantur, & prodigæ dilapidationis suæ pœnam soluunt; quamvis stultitiæ carnifice (vt acutè pro more *Quevara*) hoc est nummorum penuriâ castigentur, tam duri plerique tamen cervicis sunt, vt & ho *Senecæ* illis rectè applicari possit, Sub ictu pænitentiæ positi magnas perc piunt voluptates, vt fatendum sit, tam longè illos ab omni molestia abess quam à bona mente, & quod plerisque contingit, hilarem insaniam ins nire, & per risum furere. Quod conscientiam concernit, ne de re impo sibili instituatur Quæstio, verum Aurum hac arte confici posse, sustinet *A thonius Mirandul.* scribens: Dicimus veram esse Alchimistarum opinionem quod Aurum possit fieri, & ab arte & à natura, quia transmutare possun Argentum vivum, & alia quæ ad id requiruntur, ita vt fiat eadem mater sicut non solum à Natura, sed etiam ab Arte animalia generari possun Deinde à multis olim confectum fuisse confirmant in primis *Ioan. Andre* Iurisperitus qui sic habet: Nostris diebus habuimus Magistrum Arnaldum d Villa-nova in curia Romana summum Medicum, qui etiam magnus Alch mist

In Epist. De Vit. beat. c. 12 Lib. 19. Sing. certā. sect. 7. In Addit. ad Specul. Rubr. de Crim. falsi.

mista, virgulas Auri quas faciebat, consentiebat omni probationi submitti. Et *Chrysogonus Polydorus* (vel *Osiander* vt nonulli volunt) Iudæi, inquit, Principem Tyri apud *Ezechielem* Alchimiam exercuisse aiunt, ideoque Prophetam illi exprobare, quod eius artis fiducia Deus sibi videretur. Nam Propheta, vt ipsi aiunt narrat quod Aurum, & Argentum quod in thesauris suis haberet, non è terra effodisset, non à subditis exegisset, nec hostibus eripuisset, sed sibi ipse fecisset, hac scilicet arte instructus, ideoque Daniele sapientiorem esse, & omnia secreta Naturæ perlustrasse, cum sub persona Dei diceret ad illos: *Multiplicavi illis Argentum, & ipsi fecerunt Idolo suo Aurum.* Ægyptios etiam hanc artem calluisse insinuare videtur *Suidas*, quorum Libros ne hac occasione imposterum Romanis rebellarent Diocletianus circa Annum Domini 269. exussit, de quo vide *Orosium*, & *Constant. Diacon.* De Pharmacopola Taurisino quodam Venetijs *Hieron. Cardanus* egit, & Sexcenti alij sunt in *Theatro Chymico* citati. *In Dictio χημία.* *De Subtil. lib. 6.*

His omnibus tamen non obstantibus, dubitant meritò Theologi, & ferè Iuristæ omnes, de hac re non nisi conditionaliter loquentes, & quamvis *D. Thomas* illis apertè favere videatur, alibi clarius scribit hoc modo: *Si autem per Alchimiam fieret Aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere, quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis, ad producendum veros, & naturales effectus* Videatur *Augustinus de his quæ arte Dæmonum fiunt. Albertus Magnus* Episcopus Ratisponens. *Guilielmus Parisiensis Ioannes Duns Scotus &c:* & ex his Legisperiti ferè omnes licitum, & honestum esse affirmant, si Naturalibus, & licitis, non Superstitiosis, aut Magicis medijs id efficiant. *Baldus Perusinus, Guido Papa, Angelus, Albertus, Bruno, Andreas Iserninus. Fabianus de Monte S. Severi, Oldradus, Ioan. Andreas, Panormitanus, Hieron. de Zanetin. Albericus de Rosate, Andreas Libavius, Abbas, Hyppolitus, Cælius, Rhodiginus.* Tamen quamvis propter gravissimas aucthoritates, & aliquas Phylosophiæ rationes, ars hæc, Physicè defendi posset, & fortè Theologicè, moraliter tamen improbanda est, sicuti non minoris doctrinæ, & fidei viri sustinent, ex quibus vnus *Perera lib. 1. Mag. cap. 12. ad fin.* ait: Alchimistas non efficere Aurum, sed absumere: non implere Crumenas, sed magis deplere, & quia faciunt falsum Aurum, falsamque monetam, atque Gemmas pro veris passim venditant, ex quo Respubl. hominumque Societates magnum capiunt detrimentum, prohibendi sunt; & tanquam Vanitatis sectatores, ac Reipublicæ noxios etiam Pontifices damnarunt in *Cap. firmiss. de haret. & in Extra. spondeat inter communes de crimine falsi.* Vndè patet verba illa quæ in Breviario Rom. in Festo D. Ioannis Evangelistæ leguntur ex *Adamo de S. Victore.*

Lib. 4. Meteor. 22. q. 77. art. 2. Lib. 3. de Trinit. Lib. 3. Miner. c. 1 In cap. 1. quæ sunt Regalia. In singul. 388. §. de his. In Sum. verbo Alchim. In Tract. augment. & diminut. monet. in 1. præsupp. N. 13. & 14. In tit. Feud. quæ sunt reg. In Tract. de empt. & vend. q. 5. N. 8.

Cum gemmarum partes fractas
Solidasset, has distractas
Tribuit pauperibus:
Inexhaustum fert thesaurum,
Qui de virgis fecit Aurum,
Gemmas de lapidibus.

Arti Chymicæ attribuere velle, frivolum esse omninò, cum per h nihil aliud Ecclesia intendat, nisi Evangelistam, sicuti cæteri Apostoloru omnia terrena suo mundo reliquisse, & in sinu pauperum deposuisse; n aliud doctissimi viri mentem per Rhytmicam hanc circumlocutionem, Poëticam phrasim præ se ferre: vel si quidquam ex enarratis particularitatib evenit, quod tamen verisimile non est, id non Naturaliter, sed Dei mi culo factum esse, sicuti Moyses de virga sua fecit Serpentem, & Vir Araon subitò effloruit: vnde in sententia persistens, dicimus quod licet mu Chymici in huiusmodi re laboraverint, & in veri Auri confectionem ac rimis studijs, atque incredibili Cupiditate, (dum

..... *Mortalia pectora cogit*
Auri sacra fames)

incubuerint, neminem tamen præter vnum, aut alterum fortè ad h hactenus fuisse inventum, quem liquidem constet verum Aurum effecis

Lib. 2. Damonol cap. 4. Itaque *licet artem laudemus*, inquit *Francis. Torreblanca*, *Reipublicæ necessari esse negamus, imo asserimus, Magistratum eos debere prohibere, ac ipsos Chymi perseverantes Punire, nam pro lapide Philosophico, non sua solum dilapidant, & Damonum aliquando auxilium exposcunt.* Illa verò quæ ad Medicinam, & Th rapeuticen spectant secundùm Chymiæ regulas ritè præparata, licita om nò sunt, & omni labe carentia, quibus providens, & circumspec Medicus *Tutà, Citò, & Iucundè* varios morbos potest propellere, hac tam cautelà, vt propter summam eorum energiam, velocissimam & veheme tissimam operationem, ei aliquomodo suspecta sint, ne in vitæ discrim adducantur, qui ab eo salvari petunt; nam pleraque fiunt ex Arsenico, A timonio, Mercurio Sublimato, & Præcipitato, quæ quocumque dexte modo præparata, semper ferè aliquid veneni specifici, & Naturæ huma tota substantiâ contrarij sibi retinent: ita vt ex similium non solum per os sumptione, sed extrinseca quoque applicatione non leve interdum periculu immineat: historiam de sinistro prorsus, & funesto vsu vbi enarravit Chym

In Ternar. bezoardico. cap. 27. cæ artis peritissimus *Angelus Sala*, tandem concludit his verbis: *Ego certè q usque vixero tale remedium meum nuncupare, nec etiam vsum approbare vnqu audebo & quorsum hoc? cum rerum omnium Archetypus, plurimis alijs, de quor ...... dudum nobis constitit, nos liberalissimè locupletarit*, ita Chymicus a

nos

nostri tam doctrinâ, quam stilo celeberrimus: & ad idem propositum in in eadem arte primarius *Andreas Tentzelius*: *exempla Aucthorum sepe doctrinæ magis sunt, inquit, quibus mentes exerceantur, non imitationis, quibus manus.* (*In Exegesi Chymiatrica*) Nec fidendum semper eorum Dosis parvitati, cum æquè ac in Theologicis, in Chymicis quædam sint, quæ parvitas materiæ à peccato non excusat; quare doctrina Principis Medicinæ *Hyppocratis* semper præ oculis mentis habenda dicentis: *Medicamenta fortia à natura, in debilibus morbis dare non oportet, neque paucitate medicamenti* (nota) *debilitas ipsius facienda est. Sed fortibus naturâ, fortibus pharmacis vtendum est. Neque partiendum est medicamentum* (*Lib. de loc in hom no.*) (nota) *sed singulis secundum naturam, debilibus quidem, debilia à naturæ, fortibus vero morbis fortis naturæ pharmaca exhibenda sunt.* Quæ benè ab illis Medicis animadverti velim, qui nimium Chymicis suis dediti, & confisi, omni Sexui, Ætati, & Morbo indifferenter obtrudunt, per imminutam quantitatem, illa innocentia reddere existimant, non sine gravi assumentis periculo, præsertim cum ex modo quo conficiuntur, multum virtutis, acrimoniæ, & energiæ acquirant, qui modus apud varios variat, ideoque nos latet, quod quisque illum pro secretò habeat.

Resp. ad Argum. 1. Cum possessor illius scientiæ sit agens liberum, potest esse Scientia Pietatis si velit, quandoquidem non sit mala intrinsecè: deinde Artificum vitia, nequaquam Arti imputanda sunt, aliud enim ars est, aliud artifex; alius est vsus Artis, alius abusus *L. Quicumque & l. seq. ff. ad l. Cornel. de fals.* Vbi ars monetaria probatur, damnantur tamen qui Nummos Aureos, aut Argenteos tinxerint; aut finxerint. Ita quoque Venenarij capite puniuntur *in L. Capitalium §. Venenarij ff. de pœnis*, cum tamen ne Venena quidem ipsa damnentur & certè si propter artificum abusum, ipsæ Artes, & scientiæ damnandæ? quænam hodie probabitur? an Iurisprudentia in qua tot rabulæ? An Theologia, in qua tot Sophistæ? an Medicina, in qua tot Medicastri? *Iudicium igitur & delectus adhibeatur, & alieni admissi pœna* (vt ait Iurisconsultus l. vlt. D. de bon. damnat.) *ab ijs quos nulla culpa contingit, removeatur.* & l. Sancimus C. de pœnis. *Peccata suos teneant aucthores, ne vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum*: & per hæc patet responsio ad loca citata, de abusu Artium solum agentia, à quo nullum rectè ducitur argumentum.

Ad 2. Similia expensa, quæ tam magni fructus compensant, nec lex politica, sub Auri decoctione, nec divina sub genere Dilapidationis collocat, quia *Melior est pauper sanus, quam dives imbecillis. & corpus validum, quam census immensus.* (*Ecclesiast 30.14.15*) Quod ad Chrysopæiam attinet, isti qui è Stanno, Plumbo, alioùe vili Metallo producunt Aurum, vel Argentum, non reprehendendi, sed laudandi sunt potius, tanquam qui labore proprio sibi & reipublicæ commoda com-

comparant *C. de Metallis l. 1. lib. 11.* imò Iura propter hanc publicam eo
vtilitatem, favent illis particulariter, dum ipsos, invito etiam Domi
permittunt alienum fundum ingredi ad Metallum inquirendum *Cap. de*
tall. lib. 2. & l. Quosnam; sed tunc omnem sinistrum& illicitum operandi mo
excludunt, sicut patet *C. de Thesaur. l. 1. lib. 10.* quod dicit: *Dum tamen hoc*
faciant per Artem Magicam, vel aliam legibus (vtriusque fori) *odiosam.*

Ad 3. respondeo (quamvis hæc Chymiæ pars nihil ad Medicum p
neat) quod in illo casu, quo Chymici Aurum ex viliore materia conficer
nec tunc quidem vna species in aliam mutaretur diversam, quandoqui
omnia Metalla procedant ex eodem fonte, ex Sulphure videlicet, &
gento vivo: Deinde illa verba citata ex *Consilio Aquileiensi* desumpta, no
Metallorum speciebus dicta sunt, sed personarum; hoc est de mulier
Sortilegis, noctu in varias Animalium species sese transformari, ac per
mora cum Diana vagari dicentibus.

QVÆSTIO XIV.

An Medicus posit præscribere Cosmetica?

ARgum. 1. Scienter & volenter corpori & sanitati suæ nocere pecc
nosum est, atqui hoc fit per Fucum, nempe Cerussam, Stibi
Arsenicum &c: in facie, & tincturam crinium, ergo talia saltem Me
præscribere non licet, quibus nempe alij illicitè vtuntur. Probatur Subs.
Lib. de Cultu. Libell. advers. Mulier. *Brasavolum*, aliosque Medicos, etiam ex hoc *Tertulliani*: *At quia & a*
mentum Crinibus medicaminum vis inurit, & Cerebro perniciem, etiam cuiuslibe
ceri humoris assiduitas reservat, tum solis ornando simul & siccando Capillo ex opt
error: & Gregorius Nazianzenus *ambitiosius sese ornantibus, hoc commodi*, d
Fucus habet, quod posteaquam senilis ætas formam prius florentem rugis contrax
tum demum cum iam Fucus & Pigmenta membris adhiberi desierunt, carnis
quias veluti igne adustas relinqui.

2. Sunt hæc ornamenta illicia Libidinis, Irritamenta Oculorum & m
pulæ, quibus plures decipiuntur: ita *4. Reg. cap. 9.* Audito adventu
qui occiderat Ioram Regem Israël, *Iezabel depinxit oculos suos Stibio, &*
navit Caput suum: & Proverb. cap. 7. *Occurrit illi mulier Ornatu mere*
Ecclef. cap. 9. *præparata ad capiendas Animas*, vndè monet sapiens: *Averte faciem tuam à m*
Compta quia *Esther Iudic. 16.* testatur Holofernem ita fuisse deceptum
L. b. 1. de Virgin. D. *Ambrosius* ait: *Mulier sic ornata, est domus omnium Dæmonum infernaliun*

3. Aliæ causæ esse non possunt, nisi vt nuptæ maritis, innuptæ iu
bus vel è contra placeant præ alijs, & tunc quidem vel vanæ gloriæ, vel f

biæ culpa non vacat, vndè etiam tali casu *Alexander Alensis* egregius Theologus & Casuista (referente *Angelo*) Fucos lethiferos esse ait, ergo &c: *In Summa verbo ornatus Num.4.*

4. Species mutilationis esse apparet, quamvis puellulæ etiam teneriores id fortiter indurent, Aurium fibris, seu lobis annulos infigere: quod confirmatur ex *Plinio* his verbis: *Ad hoc excogitata sunt Aurium vulnera, nimirum quia parum erat Collo, Crinibusque* (vniones) *gestari, nisi infoderentur etiam corpori*, ergo nec similia licent. *In proœm. lib.12.*

Sed Contra Faciunt hæc D. Augustini verba in Epist. ad Possidium: *Nolo vt de ornamentis Auri, vel Vestis, properam habeas in prohibendo sententiam, nisi in his; qui neque coniugati sunt, neque coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo.*

CONCLVSIO.

Non est illicitum Medico, quadam Cosmetica, sive ornatui inservientia, præscribere.

INtentio Medici est Sanitas, & Medicinæ finis, eam adipisci; vndè *Galenus* noster: *Quidquid scripsi, pro sanandis agris scripsi:* ex quibus inferri videtur, illa Cosmetica, & ornatui inservientia ad officium Medici non spectare: nisi idem *Galenus* sub hac distinctione responderet: Decoratio vel est ad reparandam naturalem pulchritudinem, vel addendam adventitiam; prima quidem ad Medicum per se, & directè: secunda non nisi per accidens, & indirectè pertinet, quatenus nempe per modum medij sese habet, vel conditionis sine qua finis à Medico obtineri non potest, & ex cuius cognitione, tanquam symptomatis, aut signi concomitantis primarius morbus Medico innotescit, & tunc Medicus, vti benè dicit *Cardanus*, & morbum tollere debet, & coniunctum turpitudinis vestigium abolere: imò quamvis omnis Morbus iam abesset, tenetur Lentigines, Maculas, Exanthemata remanentia, & Cicatrices delere: quandoquidem, & illæ res præter naturam sint; vt *Galenus* ait de Mangonibus, Nares puerorum reparantibus, de quibus plura apud *Mercurialem*; ex quibus facile apparet, similibus nec quoad Medicum, nec quoad patientem vllam prorsus culpam inesse. *11 art. curati. 9. Lib.1. de Medicam scidum loc. c.16. Lib.1. tract. 5. contrad.5 14 art. Curat. cap.16. Lib.6. Variar. Lection. cap.26.*

Alia quæstio hic institui posset, vbi nec morbo, nec vllo eius vestigio existente, Psilothra pro superciijs, Dentifricia pro Dentibus, Emplastica ad levigandam Cutim, Stibia & Cerussa ad dealbandam Faciem; Chalastica & Malactica ad emolliendas Manus, pro toto denique corpore Diaspasmata à Medico præscribi possint, sicuti de illis expressè scripserunt *Ioannes Liebaut, Arnaldus de Villa-nova, Hieron. Mercurialis, Gabriel Fallopius, Nicolaus Nicolus,*

Guilielmus Rondeletius , Petrus Forestus , Ioannes Colle , Marcus Anthon. Zi-mara &c:

Variant hic certè, prout scrupulosiores, vel laxiores paululum sunt S.S.
§. Sed contra, P.P. *Sanctus Augustinus* sicut in aditu conclusionis videre est ; si actiones illa non nisi vanam gloriolam præ se ferant, & à deteriore intentione non de-praventur, permissivè se habere videtur, & iunioribus per conniventiam in-dulgere. Rigurosius parum hos excipit *D. Hieronymus* dum ait *: Si vir , ve mulier se ornaverit , & vultus hominum ad se provocaverit , etsi nullum ind-sequatur damnum , iudicium tamen patietur æternum , quia venenum attulit , si fuisset qui biberet :* quasi dicat hic lapis offensionis est positus, quod nullus ca-dat, hoc præter intentionem fit illum ponentium, & fortitudini stantium ad-scribendum : quæ ideo addo, vt sicut in priore casu, si non expressam, im-plicitam saltem peiorem intentionem intelligamus involutam, cum aliter reliquis S.S.P.P. & Scholasticis auditis, difficile intellectu sit similes omne lethali peccato (per *æternum iudicium* insinuato) esse obnoxios, vti mox ostendemus, scilicet Fucos, & Ornamenta illa tunc demum esse lethalia si ad lasciviam (quod sepissimè contingit) dirigantur ; sicut olim de Romani
Lib.22. cap.2. conquestus est *Plinius, Intacta*, dicit, *etiam anchoris scrutatur vada* (vrina-tor scilicet, loquitur enim de Murice, Cocco, Margaritis, Corallo &c *vt inveniat per quod facilius matrona adultero placeat , corruptor insidietur nupta*
Lib de habit virgin. Vel etiam si in Dei contemptum fiant, quia tunc ait *S. Cyprianus, manu Deo inferunt , quando illud , quod ille formavit , reformare , & transfigurare con-tendunt , nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur , Diaboli quodcumqu mutatur.* Quod si vero hisce scopulis vitatis ad iactantiam, vanamque gloriam fucentur quæpiam, vt inter pulchras censeantur, & laudentur, non sem-
22.q.169 a.2.in conclus. per lethalis, sed quandoque venialis tantum culpa est, secundum *D. Thomam* & *Caietanum.* Etiam tunc quando in simili Ornatu, & nitore modum nota-
Ibid. loco cit. biliter excedunt, quod asserunt *Caietanus , Navarra , Lessius.* Quibus non obstantibus, excusanda à peccato mortali non videbatur domicella Lovani
In Manual.cap. 23.n.18. quædam, quæ à rudi Chirurgi (qui mihi ipse retulit) manu 48. cucurbita bene profundè sacrificatas per omnia corporis membra affigi passa est, vt in
de Iure & iustit. Lib 4. dub. vlt. saltatoria puellarum, iuvenumque congregatione iam habenda, ceteris in albedine præcelleret, intercutaneo omni sanguine, non sine notabili viriun deiectione, & sanitatis detrimento evulso.

Iuven. sat.6.

...... Tanquam famæ discrimen agatur ,
Aut animæ , tanta est quærendi cura Decoris.

Cap.3. Quem fœminarum luxum, & superbiam, quam ægrè olim Deus tulerit apud Prophetam *Isaiam* videre est : *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion & Dominus Crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus Ornamentum calcea-mentorum,*

mentorum, & Lunulas, & Torques & Monilia .... & erit pro suavi odore fætor, & pro Zona funiculus, & pro crispanti Crine calvitium. Scilicet quia ornatus iste, dicit *Hieronymus*, non Domini est, velamen istud Antichristi est .... ignis iuvenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicium: & tamen hæc omnia non nisi peccata venialia esse iudicat *Caietanus*, vel tunc etiam quando fœmina putat, & prævidet, aliquos occasione istius Fuci peccaturos: quia hoc non datum scandalum, sed acceptum esse dicit, illumque ornatum non per se & directè, sed solum remotè, & ex occasione in alterius peccatum influere, & *Caietano* subscribunt *Navarrus* & *Lessius*: veritatem examinent subtiliores Theologiæ consulti, hæc mihi pro anxijs animis, angustisque conscientijs annotasse sufficit, qui nimium ab hac Scylla deflectentes, in neglectus, sordiumque Charybdim impingunt, quibus mediam S.S.P.P. viam ostendunt. *Decor corporis*, inquit *Ambrosius*, *non sit affectatus. sed naturalis .... vt honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori*: & *S. Hieronymus*: *vestes pullas æque devita, vt candidas. Ornatus & Sordes pari modo fugienda sunt.* Quæ omnia quamvis in vniverso homine locum habeant præcipuè tamen ad Femineum sexum tanquam huic vitio proniorem sua monita S. S. P. P. direxêre, quod in viros tam vecors vitium vix cadere præsumerent, Effæminat enim animos, teste Seneca Amenitas nimia, & tamen quidquid olim à sapientiæ professore, tanquam minus masculum damnatum est, illud ipsum dolemus luxurioso hoc nostro sæculo reviviscere. Conquerebatur olim sapientissimus naturalista, quod *non puderet has vestes* (bombycinas) *etiam viros levitate vsurpare, propter onera æstiva, & in tantum à Lorica gerenda, discessissent mores, vt oneri etiam essent vestes*: at nunc vnicuique cum *Seneca* dicere possemus: *Nosti complures iuvenes barbâ & comâ nitidos, de capsula totos, nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum.* Itaque muliebri suo mundo infirmiori & delicatiori sexui relicto, consilio *D. Thomæ* insistendum, vt in illis quæ ad solam decentiam honestatis pertinent, simus contenti simplicibus. Mulieres intelligant nullum Fucum illas taliter comendare, qualiter Castimonia & Modestia, quas si non habuerint dicit sexui isti Propheta: *Etiam si vestieris te Coccino, & ornata sis Monili Aureo, & pinxeris Stibio, seu Fuco oculos tuos, frustra componeris, despiciunt enim ac despuunt te Amatores tui*: & huius fortè rationem assignat *Petrarcha*, nam quæ pura sunt, inquit, nuda (./. incompta) videri amant, mos est fæda Coloribus abdere. Natura rerum, humana arte non vincitur; sæpè etiam quasi indignans se tentari, quo maiore nisu præmitur, tegiturque, eo magis, ac magis attollitur eminetque. Nativam mortalis corpusculi fæditatem nec colores alterant, nec odores, quin aut magis conspectam efficiunt, aut suspectam; vndè quæ verè sapiunt, cuncta quæ vltra modestum nitorem

Epist. 10. ad Furi.
22. q. 169 a. 2.
In Manual. loco sup. cit.
De Offi. lib. 1.
In Epist. ad Nepo.
Epist. 53.
Plin. lib. 11. c. 24
Epi. 115.
3 q. 52. a. ad 3.
Ieremias.
Lib. 1. Remed. vtris. Fort. dial. 20.

ſunt, tanquam frivola, & vana contemnunt, quippe vt Naumachius ap *Stobæum*

Non ita femineum corpus natura creavit,
Vt partem ipſa daret, pars exigeretur ab arte.

Reſp. ad Argum. 1. In primis tantum abeſt hæc nocumenta ſcienter, volenter corpori inferri, vt omni conatu illa præcavere ſi poſſint, omni m dio ad hoc vtantur, ita vt illa non ſolum per accidens, ſed & omnino co tra intentionem ſint: Deinde ordinarium non eſt nocumentum illud ta notabile eſſe, vt ad magnam culpam aſcendat. Quoad Capillorum loti nem, & ad Solis radios exſiccationem, maximè hoc in Italia locum hab cuius in noſtris his partibus, parvus eſt, aut nullus vſus: quod *Tertulli*

Ibid. *nus* in ſequentibus verbis etiam oſtendit: *Pudet eas*, inquit, *etiam natio ſuæ* (puta Hiſpanicæ, vel Italicæ, vbi plerique hominum capillitio nig ſunt) *quod non Germanæ, aut Gallæ ſint procreatæ, ita patriam capillo tran ferunt.*

22. q. 169 a. 2. in concluſ. Ad 2. Si vel in contemptum Dei vſurpentur, vel ad laſciviam dirigan tur, tunc certè apud *D. Thomam*, & *Caietanum* à mortali peccato non ſu immunes; ſi vero ob alias leviores cauſas, vel leviter, vel nullo etiam mod delinquunt; vti latius eſt oſtenſum in corpore.

Loc. ſupra cit. Cap. 7 Ad 3. Nuptis hoc illo ſenſu & fas, & licitum eſſe ſententia *D. Thom* eſt, & *1. ad Corinth. Mulier quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomo placeat viro*: & D. etiam *Auguſtinus* hæc eadem examinans ſcribit: *Mari*

Epiſt. 73. ad Poſſid *ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundum veniam, non ſecundum imperiu* Ad innuptas quod attinet, vel eo modo eas non offendere graviter ſuſ

22. q. 169 art. 2. nent plerique Theologiæ periti, vt in concluſione noſtra apparet: *Hale ſem* vero, & *Angelum* dicit doctiſſimus *Caietanus* trepidaſſe timore, v non erat timor, imò illos peccati mortalis naturam ignoraſſe.

Ad 4. Cum ſexus fœmineus humidiſſimi Cerebri ſit, maximè pueril nullo, vel in Medicina hoſpite, refragrante, non parvum in his Annu vſum habent, qui ad fletum proniores ſalſos multos, & ichoroſos hum res ad oculos illic notabiliter nocendos provocant, qui affluxus, his vu nuſculis, tanquam per Fontanellam continuam, avertitur, & cum magn vtilitate alioſum derivatur: quæ rationes, ſi non ſubſint, mores patriæ quo minus in ſuperbiæ, aut vanæ gloriolæ prædicamento non collocetur fortè excuſabunt.

QVÆ

QVÆSRIO XV.

An Medicus poßit præscribere Præservativa Ebrietatis, Luis Venerea &c?

ARgum. 1. Patet ex D. *Thoma* nihil præter divinæ gubernationis ordinem in vniverso evenire, sed ordo gubernationis Dei ordinarius hic est, quod, qui multum vini potant, inebrientur, & qui multum scortantur, pudendagrica Lue inficiantur, ergo illa remedia erunt planè frustranea, quia *Non est qui poßit resistere eius voluntati.* *1. p. q. 103. a. 7.* *Hest. 13.*

2. Infirmitate, Cholerâ, mortis acceleratione Dominus Deus potatores affligit *Ecclesiast. cap.* 37. &c: quæ & ipsum scortantem, imò peiora manent vel *Ovidij* testimonio.

Vt Venus enervat vires, sic copia Vini. *In Moral.*

Iustum enim est, inquit, *Sanctus Gregorius*, vt quos culpa simul inquinat par etiam pœna astringat, & qui nequaquam dispari sunt iniquitate polluti, nequaquam tormento crucientur dispari; atqui nemini privato licet in Civilibus criminalibus iustæ sententiæ executionem præpedire, ergo nec in Divinis, quia ex doctrina D. *Augustini* illa est pæna peccati iustissima, vt amittat vnusquisque illud quo benè vti noluit. *Lib. 3. de liber. arbitrio.*

3. Videtur quod hoc sit dare ansam Potatoribus & Scortatoribus, vt hisce remedijs se confidentes, & sanandi spe liberius peccent, quod esset illorum peccato coöperari, nam quamvis similia medicamenta in ipsis actibus non concurrant, sunt tamen adiuvantia ad præsuppositum finem, quod secundum D. *Thomam* sufficit, ad hoc vt aliquid dicatur coöperari, sicuti enim homo per gratiam operantem adiuvatur à Deo vt bonum velit; ita per hæc Præservativa adiuvatur à Medico vt velit malum. *1. 2. q. 111. a. 2. ad 3. Ibid.*

SED CONTRA Facit illud Ecclesiast. 18. c. *Ante languorem adhibe medicinam.*

CONCLVSIO.

In multis casibus Licet Medico remedia contra Ebrietatem, & Luem Veneream Præservantia præscribere.

INter membra Medicinam dividentia, non infimum locum illud occupat, quod Græcè *Prophilactica* dicitur, estque illa medicinæ pars, qua sanos ab instantibus morbis præservamus. Quippe vt acutè pro more suo *Anthonius de Guevara*, plus titubationem inhibenti debemus, quam post *In Epist.*

Serm. 31. circa med. casum erigenti, & *Pet. Chrysologus: Gratior medicus qui anticipat morbos, qu[...] qui morbis inserit seram, & non sine dolore medicinam.* Enim vero homi[...] in hac miseriarum valle, morborum agmine obsessi, tam magna fragili[...] est, tam frequens ægrotandi occasio, vt nisi præmunientia auxilia ipsi p[...] vida natura cogitasset, langueret quam plurimum, ægramque animam in[...] miserias traheret. Quis enim omne noxium antevertat, *Vnguiculi nos d[...] conficit, crassior saliva suffocat, stillicidio perimus, &*

Quid non adversum miseris mortalibus addit
Natura?

Petit *Serenus Samon.* Nihil est tam exiguum, inquit *Seneca*, quod non [...] perniciem generis humani satis valeat: ita quidem, vt sicut in spirituali[...] anima longo tempore ab omni peccato immunis esse non potest, secundu[...] *D. Augustinum*, ita nec corpus diu sine nocumento sanitatis subsistere, q[...] enim tam anxium regimen observat,

Lib. 6. Natur. quæst. c. 2. Sup. Psal. 60. Paling. in Taur.

Qui non legitimo quandoque à calle recedit,
Et non à recta interdum declinet Amussi?

Misericors itaque Deus & optimus, postquam homo prodita quasi divi[...] obedientiæ tesserâ, philautiæ studio vesanus, cælestia innocentiæ benefi[...] prævaricatione perdidisset, atque adeo omni rerum simmetria inversa, e[...] menta omnia quasi fidelitatis suæ iuramento absoluta, pariter in Creatoris [...] sæ Maiestatis vindictam in sese provocasset, misertus super afflictionem p[...] puli, ipsi talia media suggessit, quibus se contra imminentia mala defen[...] ret: *Muta animæ & irrationales* ait Tertullianus, *medicinas sibi divinitus at[...] butas in tempore agnoscunt:* quia dicit Hugo, *oportuit vt illis qui sibi pravid[...] nesciunt Natura consuleret; homo autem quæ cæteris naturaliter data sunt, prop[...] sibi ratione invenit* ex quo patet esse verissimum quod *Tertullianus* supra lauda[...] ait: Deus omnem creaturam armatam & munitam creavit vt sese contra p[...] sentia pericula defendere, & imminentia posset prævenire: ex illis verò q[...] dam sunt, quæ vel invitis nobis, & contra voluntatem nostram contingun[...] quædam etiam quorum causam à nobis voluptas extorquet, & pænalem [...] men effectum, sui ipsius amor, satagit præpedire, qualia sunt Ebrietas, [...] morbus Venereus ambæ intemperantiæ proles, de quibus hic iam maxima [...] quæstio, vtrum medico integrum sit illas impedire: & certè videtur quo[...] Medici hisce malis se opponere vellent, non solum secundum conscientiæ, [...] etiam secundum ipsius artis dictamen deberent curationem suam non ad [...] fectum, sed ipsam causam convertere: eum enim rectè curaturum dict[...] quem prima origo causæ non fefellerit; quod confirmans *S. Chrysostomus*, [...] cit: Præstantissimi medici ægritudinum radicem curiosius semper indaga[...] atque ad ipsum mali fontem ante omnia accedunt; vnde quandoquidem [...]

Lib. de Penitent. in fin. In Didasc. lib. 1. Cels. lib. 1. Hom. 10. ad Rom. in init.

te[...]

temperantia & Incontinentia causæ sint, Ebrietas vero & lues Venerea non nisi effectus, & contraria contrarijs curentur, his vitijs non pharmacum aut medicamen, sed abstinentiæ & Castitatis virtus opponenda? sed dicendum est Assumptum illud non esse vniversaliter verum; In primis non semper est possibile ipsam causam tollere, vt in formata Pihisi, Hydrope, Renun Calculo, similibusque deploratis morbis. Deinde interdum maius ex sijmptomate, quam ipsa causa imminet ægris periculum; atque tunc intelligens Medicus relicta causâ, sese effectui, & ipsi sijmptomati oppugnando accingit, idque ex arte *S. Gregorio Nysseno* non incognita, cum dixerit *Etiam illi boni accommodi Medici sunt, qui adversus excellentes, & exsuperantes dolores* (nota effectum accidentalem, & sijmptomaticum) *artem adhibendo consistunt.* Denique, quod obiectionis iugulum petit, sæpe morborum causa non permanens, sed merè transitoria est, à qua in fieri tantum, & non in conservari dependet effectus, quales pleræque sunt, quas Medici Procatarcticas appellant, Harumque effectus quidam est Ebrietas, morbusque Venereus quarum causæ fugaces sunt, cruciatus permanentes vnde ad rem nostram *Ambrosium: Delectatio cecidit, & præterijt: vulneravit, & transijt; miserum fecit, & abijt: infelicem reddidit, & reliquit.* Itaque cum præsens Medicina de præsenti sit, quæ *Hygiene* dicitur, & *Prophilactica* de malo futuro, quæ minantur Ebrietatem in ænophilis; Morbum Gallicum in Anaphroditis impedire instituimus. *In Funer. Pulcher.*

Quod ad primum attinet, prisci sæculi sapientes Crapulam, Ebrietatemque, tam fertile malum esse præscientes, vt non ipsis peccantibus tantum, nocumentum adferret, sed & adstantium tum vitæ, tum famæ iniuriam procrearet, industriè talia remedia, & antidota invenerunt, quibus præmuniti, in vrgente occasione, & potui indulgere possent, & consequenda ex eo mala prævenire. Insanum, & bestialem planè antiquorum bibendi ritum, ne longius extravagemus, scripsit Seneca *Epist.* 88. *&* 95. *lib. de provid. cap.* 3. Novatianus *in epist. de cib. Iudaic.* Plutarch. 8. *sijmposi. q.* 9. Iuvenal. *Satyra* 6, Rosin. *Antiq. Rom. lib.* 5. *cap.* 30. & preter facilem vomendi modum, quem cum citatis aucthoribus communem ipsis fuisse, adque alias nationes devolutas esse referunt *Graphæus in epitom.* Mathias à Michou *de Sarmatia Europæa lib.* 2. *cap.* 3. Martial. *lib.* 7. *epigr.* 66. *&c.* ad dolores Capitis ex cibo & potu averruncandos, tum ad compescendam Ebrietatem, laneis lineisque vinculis tempora, & frontem vinciebant, deinde comedere folia Lauri, vnde Martiali. *Lib.* 5.

Fatere multo Myrtale solet mero,
Sed fallat vt nos folia devorat Lauri.

Lauro, etiam, hederâ, Anetho, similibusque sese coronabant; Alij Pumitem tritum, Amygdalas amaras, alij Brassicam præmandebant, quasi, inquit

Lib.4. Variar. Lect. c. 6. inquit rectè *Mercurialis* noster, non præstaret Ebrietatis turpitudinem brietate cavere, quam eam succis, alijsvè medicamentis occultare. Ver enimverò cum, vel propter longa compotandi tempora, convivarum a ctum, patriæque mores, ita interdum occasio ferat; vt aliquo modo p ticè viventi, liberalius bibendum sit, in tali casu (aliud enim est si qui
22 q.150 a 1 ad 3. lud fecerit, vt etiam socios inebriet, quem D. *Thomas* à peccato non excu & *Toletus* ne à mortali quidem: sed ad grave aliud malum arcendum lic
Lib. 8. cap. 61. opinatur *Lessius*) hominem sese contra Ebrietatem armare posse sustin imò virtuosum esse, si quis hospitis, sociorumvè importunitatem elud non potens, aut de vini viribus, qualitatevè dubitans, honestis medijs f fœdum vitium præcavere conetur, de quibus plura videantur apud D. Th 22. q. 150. a. 3. Caietan. *ibid.* Sa, & Silvester *verbo Ebrietas* Fernandez p. cap. 2. §. 6. Azorius p. 1. Lib. 7. cap. 22. q. 5. *Valent. Navarr. &c*: q quamvis nihil illic agant de Medicinis, aut Medicis, clarè tamen ex di eorum infertur, quæ Petro facere fas est, hoc Paulo præscribere non illicitum.

Maior difficultas exurgit circa præservantia à Morbo Gallico, in sc tationibus enim nullus planè excusationi est locus, cum illam, tum occasionem omnem, vbique & semper fugere nobis *Apostolus* præcipi Nihilominus similia præscribere, non tam intrinsicè malum esse iudi quin multis circumstantijs, varijsque casibus licitum, & honestum sit. primis si quis copulam cum meretrice habuerit, quam intelligit vagam e omnibusque communem, infectionem aliquam timens, mox Medicum cedit vt contagio obviet, obicem ponat, & graviora symptomata aver omnino licitum est illius obtemperare petitioni: deinde vbi coniunx com tem suspectam habet, nec à debito coniugali vult abstinere, fas est alter similia Præservativa exhibere. Imò si quis scortationibus deditus, simil remedijs etiam privatus, soleat meretrices exercere, & Medicus offici tione non tenetur, neque aucthoritatis defectu potest illum pravum h tum destruere, vel à scurrilitatibus istis avocare, non videtur peccati a sandus Medicus præservativa subministrans. Ratio est, quod sicut pec nefas est, ita peccati pœnam quantum in nobis est avertere per media h sta nullo modo est illicitum: illicitè quispiam Monomachiam exercet, l tamen pectus, totumque corpus contra gladij ictus & vulnera præmunit. non obstante tamen ex proximi charitate, cuius lapsum quisque impe obligatur pro posse, Christianis omnibus consultum est (quod ego sticare soleo .... *Ne alieno crimine lædar,*

Auson. *Nec maculer dubio*)

In similibus casibus remotam etiam occasionem amovere & subtrahe

ne fortè hisce prævijs medijs munitus, facilius aut confidentius peccet: ita tamen, vt si quis laxioris conscientiæ contrarium fecerit peccati non accusem, quandoquidem intentio bona sit, & medium indifferens quo quis benè, & malè vti potest. Ars gladiatoria omninò est licita, quamvis illâ confidentes plures abutantur, scienti enim & habenti similia præservativa, & artem gladiatoriam callenti, semper adhuc integrum manet, & liberum abusu illorum abstinere, vel in bonum vsum convertere. Si verò quispiam hæc præservantia à Medico expostulet, vt sine noxa scortum impurum adeat, ad quod sine hisce defensivis non esset ausus accedere, sub gravi peccato tenetur ille Medicus negare præservantia, sicuti desperato Venenum, & furioso gladium.

Qui tutò, & in timore Domini ambulare studet, iucundissima in hoc mundo beneficia, Vini nempe, Mulierisque vsum, ad laborum, curarumque levamen infirmo mortalium generi concessa, non abutetur in Benefactoris iniuriam, sed cum gratiarum actione creaturas in creatore laudabit, intra Honestatis, & licentiæ limites sese continens à *Clemente Alexandrino* instructus his verbis: *Hic autem in potando terminus sit, quousque discursum imperturbatum servent, & memoriam efficacem, & corpus vino inconcussum & immobile*: Deinde, & peccati, & crudelissimæ pudendagræ Præservatiuum optimum nobis *Apostolus* reliquit 1. *Corinth.* 7. *Propter fornicationem* inquit *vnusquisque suam vxorem habeat, vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro .... ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Hæc qui monita secutus, vero illo gaudio, & sincerâ voluptate fruetur, quam nullus conscientiæ morsus, nullus dolor excipiet, nam vt Poëta. *In 2. sua Pedagog.*

Dignior illa autem iure est dicenda voluptas
Quæ nec sumpta nocet, nec contradicit honesto.

Qui secus fecerint, *tribulationem carnis habebunt huiusmodi*, vt cum *Davide* fateri cogantur, & dicere: *non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum ... putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ, miser factus sum & curuatus sum.* Nam quis, rogat penè Christianus *Seneca*, in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suæ sunt? quorum impotentiæ, atque insanæ libidini ob hoc vnum possis ignoscere, quod quæ fecere patiantur. *Psalm. 37.* *Epist.*

Resp. ad 1. ex ipso D. *Thoma* quod præter ordinem alicuius causæ particularis aliquis effectus possit euenire, præter ordinem autem causæ universalis non item: quia præter ordinem alicuius causæ particularis nihil provenit, nisi ex aliqua alia causa impediente, quam quidem causam necesse est reducere ad Primam causam vniversalem: exemplum eius de Cibi indigestione, ita ad rem

nostram referimus: præter ordinem abundantiæ vini est, & mulieris Lue ve nerea infectæ, largum potatorem non ebriare, nec scortatorem inficere, id que fieri tamen potest ex Medicamine aliquo, hos effectus ordinarios impe diente, cuius medicamenti vires necesse est in aliam causam referre, & ita a Causam Primam vniversalem, hoc est Deum reducere, præter cuius ord nem gubernationis nihil vnquam contingit.

Ad 2. Dico illud Subsumptum non esse vniversaliter verum, multi enim sunt non solum liciti modi, sed & laudabiles, quibus pro condemnandis imò & condemnatis nobis licet apud Principem, & Iudices intercedere vt sententiam suam mitigent, immutent, vel etiam totaliter revocent, reum que absolvant.

Ita dum hæc imprimuntur, pro FRANCISCO quodam TRIAQVINO a
A. 1665. ficto *Principis* nomine Famoso, Mortis reo apud Senatum hic Antver piensem (à quo mihi valetudinis eius cura commissa est) eius plurimi me cum miserti instant: hunc enim cum Sororem vxoris sclopeto tantum no
21. May. occidisset, apprehendit Satelles, condemnat Iudex, Lictor Romphæ ferit, & fallente ictu, detentorium corpori, strangulatorium collo la queum inijcit, & non solum his omnibus (mirabile visu) sed & ferali peg mate, manibusque Carnificum in terram elapsus, cum levi tantum vulner ad ergastulum reducitur. Hic raritate Casus magis (quo enim Mori debue rat CASV evasit) Populi commiserationem provocante, quam Vitæ me ritis apud Iudices impunitatem sollicitantibus, Vtrique tamen eundem qui i Iustitia pro Amico datur, pro Malefactore verè faventem Casum in Cle mentia reperiri ostendunt (ita CASVS vbique valet) dum illi Voto, hi Fa cto facti Abolitionem à Principe procurant, & quin laudabiliter & meri torie, non est dubitandum, cum ipsius Dei non Indulgentia, sed Manda tum sit *Pro invicem orare &c*: omni opere & conatu imminentem proxim nostro plagam si possibile est, avertere; non est enim vt divina Iustitia, hu manæ Misericordiæ contradicat; quod nec gentilem *Ovidium* latuit dicen tem:

Superiora vidi cum iam sua mittere vellent
Fulmina, Thure dato sustinuisse manus.

Homil. 37. in Ioann. Et verò si ictum Divinæ manus avertere non licet, & nec mederi cui piam posse sequeretur, quibus suppositis, ad quid & Medicum, & Medi cinam creasset, Cum Chrysostomo teste: *Morbi ex peccatis plerumque gene rentur.*

Ad 3. hæc præservantia, vt & alia omnia Medicamenta, sunt ex se pla nè indifferentia, hoc est talia quibus si malè, etiam benè, & licitè vti qui potest, vti latius in conclusione ostensum est; & hoc sufficit: quod si ia illi

illis homo in malum vsurpet, non ex Medicamenti parte; sed abutentis pravitate est, quod enim & malè illis homines vti queant, hoc cum omni re à Deo creata, habent commune, quia ex Senecæ doctrina *Nihil tam manifestæ vtilitatis inveniri potest, quod in contrarium non transferat culpa.* *Lib. 5. Natural.*

QVÆSTIO XVI.

An Medicus mandare possit vt æger vinum bibat, & sese Inebriet?

ARgum. 1. ipse Dominus noster videtur in varijs Scripturæ locis potationem Vini improbasse; vetat enim *Ne qui se consecraret Domino Vinum biberet*: Neve *qui ingressuri essent eius tabernaculum sacerdotes, ne morerentur*: idem fit *Ezech.* 44. & Sapiens: *Luxuriosa*, inquit, *res Vinum est &c*: ergo vini potus non est admittendus. *Num.6. & 10.* *Prov.20.*

2. Sciens divinus *Plato* quantum mali in Republica Vini licentia causaret, *Nonne igitur legem feremus*, inquit, *ne pueri ante annum* 18. *Vinum gustent, docentes quod non oporteat ignem igni addere, & infundere tam in animum, quam in corpus, priusquam ad labores suscipiendos apti, paresque sint, providentes etiam ne furiosam reddamus iuvenum naturam &c*: ergo Medicum non decere videtur Vini potum præscribere. *11. de Leg.*

3. Non est dicendum Vini potum ad sanitatem interdum esse necessarium, alias acerrimus sanitatis protector *Galenus* non ita Platonis præcepta exaltasset, cuius verba sunt: Neque in exercitu permittebat Plato vt Vinum gustarent milites, neque in civitate ipsa servi, sicuti neque Principes, neque Administrantes Rempublicam, neque Iudices, neque hi breviter, qui de re aliqua essent consulturi, quod nimirum (nota) veluti Tyrannus animæ facultatibus imperet, ergo nec Medicus mandare potest vt quis Vinum bibat, multò minus vt sese inebriet. *Lib. de Anim. mor & corp. mut. cons.*

SED CONTRA Faciunt Apostoli mandatum 1. Timoth. 5. *Vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Item Eccles. 31. *Exultatio animæ & cordis Vinum moderatè potatum.* Quod Ebrietatem concernit: *Regula temperantiæ secundum præsentis vitæ necessitatem sumenda est*, inquit, D. Thomas 22. q. 141. a. 6. in o.

CONCLVSIO.

Potest Medicus licitè Vina præscribere, etiam cum aliquali Inebriatione, si necessarium esse iudicauerit.

Vinum ex numero illorum bonorum esse, quæ indifferentia vocantur, quia nempe ad bonos, malosue pro vtentium arbitrio effectus detorqueri possunt, rectè observat *Bernardus Cæsius*, & *Ovidius* (Lib. 1. Mineral. c. 2.)

...... Data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Quam malus eius abusus sit, docet nos in S. Scriptura exemplum Noë (Gen. cap. 9.) *Apostolus Paulus* dicens, *Nolite inebriari Vino in quo est Luxuria*: (ad Ephes. 5.) *Sapiens etiam* *Prouerb* 20. *&c*: *Caussinus* Vinum dicit esse lacum illum Beotiæ de quo qui (Lib. 1. Symb. 30.) bibit *Isidoro* teste, libidine exardescit. Quare *Domitianus Imp.* per totam Asiam Vitis plantationem inhibuit. Vini vsus, inquit, *Valerius Maximus*, (Lib. 3. cap. 13. Lib. 2. tit. prop.) olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus delaberentur, quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit: idque tam severè tunc temporis observatum, vt *Plinius* commemoret Egnatij Mecennij vxorem, quod Vinum bibisset (Lib 14. cap. 13.) è dolio à marito fuisse fuste interfectum, eumque cædis à Romulo absolutum. Scripsit *Fabius pictor*, matronam quæ loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignasset, à suis inediâ mori fuisse coactam: & quod (In Annalib.) ad rem nostram propius accedit: *Zeleucus* Phylosophus Lege prohibebat Locrensibus, ne ægri etiam Vinum biberent, absque expressa Medicorum licentiâ, quique contraveniebat, quamvis per hoc sanitati restitutus, luebat nihilominus, nempe ne potus tam salutaris in abusum verteretur; atque omnibus his tamen non obstantibus; ita hoc fertile malum sese vbique insinuavit, vt Cyneas Regis Pyrrhi legatus considerans in Ægypto vineas altissimas, exclamaverit; Meritò tam altè suspenditur mater, quæ tam periculosam generat prolem. Plura apud *Cambero.*

(Lib. de Vini 3. c. 3.) E contra vero quam vtile, quam bonum Vinum sit, ex eodem nobis Sacro Codice constat, quando in Psalmis dicitur: *Vinum lætificat Cor hominis*, (Psal 103.) & Proverbiorum cap. 35. *Date Siceram mœrentibus, & Vinum ijs qui amaro sunt animo, bibant & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius* Item *Ecclesiasti &c*: quid multis? Vinum Dominus ipse bibit, ita vt *Vini potator* appellatus sit: Apostolis quoque bibendum dedit, (Cap 9. In Apolog.) insuper ex eo Sacramentum confecit, inquit, *D. Bernardus.* Certè quantæ in Medicina vtilitatis Vinum sit, vel ex eo patet, quod *Vitis* dicatur quasi *Vita*

& *Mnesithei* testimonio Bacchus olim *Medicus* nuncupatus est, & *Sanator*, *Asclepiades* de Vini vtilitate in ægris integrum librum composuit, vndè apud Locrentes benè habentibus in Tabernis, sed ægris dumtaxat in Pharmacopæis extabat venale: quin imò vltra corporalium affectuum limites, ad animæ etiam mores suam virtutem extendit, præter Scripturam, docente *Zenone*: Vinum dulcificat mores hominum, sicut aqua *Lupinos*; quod & in ipsis brutis locum habere *Plinio* visum scribenti, Vini crebriore potu, etiam mulæ calcitratus inhiberi, & plura de his apud *Petr. Andr. Canonhero*, *Hieron. Mercurialem*, *Adrianum Turnebum*, *Iacob Silvium*, *Antonium Gazium*, *Iul. Cæsar, Claudinum, Iacob. Horstium, Blasium Villafranca, Gratarolum, Tirellum* & alios. Lib. 8. cap. 44. Lib. 1. de Vino c. 4.

Sed Vini licentia moderatè sumendi extra omne dubium seposita, maior quæstio sequitur de inducenda Ebrietate ob sanitatem, vel tuendam, vel recuperandam. Licere negant *Angelus & Tabienus*: affirmant *Caietanus, Toletus* atque hos conciliare conatur *Azorius*; certè dum *Baiies* lego, *Valentium*, *Lessium*, aliosque de hac re, pro & contra, operosè differentes, multumque temporis & studij insumentes, adverto tandem, & me cum citatis præclariss. aucthoribus, nimis circa talem quæstionem anixum, cuius casus in Medicina tam rarus, vt ferè pro nullo habendus sit, in quo scilicet talis morbus haberetur, qui vel rationis vsus perditionem, vel Ebrietatem vt talem, pro sui cura requireret. Novi dogma Hyppocraticum illud. *In potu exhibendum est Vinum album, Mendæum, aquosius, plurimum per diem, & Inebrietur, donec sanguis è naribus erumpat.* & paulò post *Quum cænabit, pocula largè exhauriat, & vbi iam repletus fuerit, parum dormiat, deinde experrectus vomat, magno Vini poculo epoto &c*: sed sciendum Morbum huic de quo agit Hyppocrates, esse quid rari, & extraordinarij vulgariter grassantis, quod vocat *Popularem Pituitam*, nobis omnibusque eius posteris ignotam; vndè si Remedium debeat esse Morbo proportionatum, mirum videri non debet, si extraordinarij quid, pro remedio assignet. Similis huic morbus quidam Epidemicus, sive Popularis grassabatur in Hispanijs quondam, Millenos homines Pestis instar, præ consilij inopia absumens; cumque Vinum ægris interdiceretur tanquam noxium, quidam ex desperatione contra Medicorum præceptum sese Vino Inebrians evasit; cuius occasione aperto cadavere quodam, inventos in stomacho vermes Vino immersère, qui mox, vt Limaces sale, consumpti, ita vt qui postea Vino illo fortissimo, nempe Hispanico, sese ingurgitabat, sanabatur infallibiliter. Vndè in simili occasione licitè datur tam generosus potus, à quo æger verosimiliter est Inebriandus, ex dictamine enim rationis, præstat in ægro sanitatis ergo, rationis vsum pro parvo tempore per Inebriationem suspendere, quam illum pro semper per mortem amittere: adde similem

In sum. verbo Ebriet. nu. 4. 22. q. 50. a. 2. Lib. 8. cap. 61 p. 1 Lib. 7 c. 22. 22. q. 64. a. 7. Lib. de Internis affectionib.

In-

Inebriationem, nullo modo esse formalem, sed accidentalem tantu quandoquidem huius potus talis & tanti Ebrietas, sive perditio vsus ratio non sit effectus necessarius, non enim semper sequitur, & in omni su iecto: imò Ebrietas illa potest esse tam contra propinantis, quam a mentis intentum, qui omnem suum totumque finem habere possunt, or prorsus Ebrietate seposita, vndè neuter ne venialiter quidem delinqu 22.q.150. a. 20. nam ex D. Thomæ doctrina, moralia recipiunt speciem non ab eis quæ accidens eveniunt præter intentionem, sed ab eo quod est per se intentu

Dices quamvis Ebrietas non sequatur necessariò, talis quantitas sa Art.3. loc.cit. propinatur, ad quam in debili Cerebro, & Vino iam insueto, quale dinariè ægrotantium est, moraliter certò saltem secutura est, vndè sem peccabit exponendo se Ebrietatis periculo? Nolo hic allegare D. Thom ibidem asserentem, Ebrietatem esse levius peccatum: neque Toletum, c Caietano & Sylvestro docentem: licitum esse ad tempus velle amittere vs rationis, vt melius postea, & diuturnius possideri possit, sed dico null hic subesse nisi materialis fortè Ebrietatis periculum, non formalis, ratio quod non proveniat ex illa Inordinata Concupiscentia in qua totum, & lum Ebrietatis peccatum consistit. Adde hominem totali rationis vsu luntariè pro aliquo tempore privare, ne quidem esse tam malum intrin cum, vt nullo modo ille actus iustificari possit, quod aliqui putant, a enim non liceret dare, & præscribere Medicamenta Narcotica seu stu facientia, Opiata, & similia, quibus ita Cerebrum obnubilatur, vt non lum omnes sensus externi, sed & interni plerique, & ipsa ratio totali ferientur, dum profundum somnum conciliant, quod nullus tamen The logorum dixerit. Rationes denique, ob quas Ebrietatis vitium tam sa Scriptura, quam S.S.P.P. detestentur (nempe ex illa tanquam venen radice multa alia peccata pullulare) non ita locum in ægris habent, sicut bene habentibus: vndè egregie ad rem nostram D. Ambrosius: Vitandam, Lib. 1 de Abraham tom.4.c.5. quit, dicimus Ebrietatem (quam?) per quam crimina cavere non possumus. lam nempe à D. Thoma definitam, quæ est Inordinata Vini Concupiscenti L. cit. art. 1. in conclus. vel vsus: in nostro autem casu non invenitur nisi Concupiscentia sanitat neque eius vsus est Inordinatus, nam quandoque contingit ait D. Thom vt cibus vel potus qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo, & h 22.q. 150. art.3. modo cum aliquis multum comedit vel bibit, secundum consilium Medici ad vomitum provocandum (nota benè) non est reputandus superfluus cib vel potus, ait, sed temperatus, quia ex eiusdem doctrina: Temperantia acci necessitatem huius vitæ, sicut regulam delectabilium quibus vtitur, vt 22.q. 141. a. 6. licet tantum eis vtatur, quantum necessitas huius vitæ requirit, quæ n cessitas non solum intelligenda est, ad simplicem vitam, sed etiam meli

rem, ad quam insignem Vini haustum, non parum conferre, testatur magnus Naturæ Interpres, & sobrius Phylosophus *Annæus Seneca*: aliquando vectatio (Senecam auditis) iterque & mutata regio vigorem dabunt, convictusque & liberalior potio: *Nonunquam & ad Ebrietatem veniendum, non vt mergat nos, sed vt deprimat; eluit enim curas, & ab imo animum movet, & vt Morbis quibusdam* nota iterum *ita tristitiæ medetur, Liberque non ob licentiam linguæ dictus est Inventor Vini, sed quia liberat servitio curarum animum, & asserit, vegetioremque & audaciorem in omnes conatus facit*, atque hoc ipsum *Catonis, Solonis* & *Archesilai* exemplis confirmat. Fiunt hæc etenim quando non obruti, Vinoque sepulti iacent, sed exhilarati totaliter, adhuc secundum animi corporisque facultates operari possunt, quos *Aristoteles*, & *Erotianus* ακροθωρακας appellant, quibus subscribit *Plutarchus*, ad illorum distinctionem, qui planè Ebrij omnem corporis, rationisque vsum perdiderunt. *Bria* enim, vt post D. Thomam, *Zypæus* ait, genus mensuræ est, vndè illa vox *Sobrius* deducitur, & *Ebrius*. i. sine mensura, sicut edentulus, elinguis sine dente aut lingua, & ita ingurgitatum & corpori insalubre est, & animæ noxium, sed Vinum potatum moderatè est Medicamentum, ait *D. Augustinus*; plus iusto sumptum Venenum esse cognoscitur: Iucunditati, non Ebrietati creata est Vini materia. Audi quid de nobis, quoad Ebrietatem apud exteras gentes malè audientibus, sentiat Latinus *Puteanus*: hac vera infamiæ nebulâ (verba eius sunt) plerique obruimur, quasi poculis strenui, irriguam Baccho mentem ad omnem vitæ luxum soluamus. Facessat calumnia, regna quædam Vini, sed, velut sacra habemus, & incalescere vernaculus patriæ mos est, vt contractæ intentiore vita nubeculæ hilaritate dispellantur. Quid autem, vitio tu id ducis? ego laudi, remittendæ quandoque vires, non solvendæ, & laxare Vino animum honestè licet, curis aut laboribus fatigatum. Hæc ille moraliter: magis autem Theologicè ad rem nostram *D. Augustinus*: In ipsis alimentis, inquit, quæ vtique concessa sunt, si fortè excedit modum, & accipit amplius quam necesse est, peccat. Quotidiana sunt ista quæ dico, sed tamen peccata sunt, & non sunt levia, quia plura, quia verò quotidiana & plura sunt, timenda est ruina multitudinis. Talia peccata dicimus fratres quotidianis elymosinis posse emundari ita *Augustinus* loquens nullâ ad id ratione vrgente, quod in casu nostro contingit, in quo ostendimus, potus excessum, sive materialem Ebrietatem, etiam pharmaci personam induere, vbi debito tempore & loco procuratur, & vt *Avicenna* dictum est, non meum consilium, *Ebrietas semel in Mense commissa, nihil nocet, quod somnium conciliet, vrinas & sudores moveat, & superfluitates solvat.*

Lib. de tranquil. animi mihi p. 168.

3. Problem par. prob. 2. In Cnomastico. 3. Sympos. 8. 22. q. 139. a. 1. De Iur. Pontif. Ad sacr. Virgin. Palestr. bon. ment.

Lib. de decem chord.

In Cantic.

Ne autem insignes potatores *Tiberij Claudij, Torquati Mediolanens. L. Pisonis*

Plin. lib. 14. cap. 22.

nis, *Drusi Cæsaris*, *M. Antonij* (qui integrum volumen de sua ebrietate c scripsit) sequaces, hæc & similia in sui vitij patrocinium trahant, advert Ebrietatem secundum *Basilium Magnum* præter nocumentum quod affe Matrem malitiæ esse, imò Metropolim omnium vitiorum, quæ ment alienat, libidinem inflammat, rixas & contentiones excitat, arcana reve deinde non omnimodè tuta est, quia excessus est; & quid, nimirum qu Hypprocrates noxium, & inimicum naturæ esse pronuntiat, hinc Ebr si catharris subijciuntur, Oculos corrumpunt, fœtorem oris concilia Podagrici fiunt, pallunt, tremunt &c: apud ipsum Basilium videnda :

Prov.22. de illud Sapientis consilium : *Ne intuearis vinum quando flavescit, cum sp duerit in vitro color eius, ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit vt Colu*

Ibid.vers. 29. *& sicut Regulus venena diffundet.* Et iterum *Cui væ? cuius patri væ? cui rix cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commor*

De Matrim. lib 9. disp. 10. n. 2. Controvers. 16. Tom. 1. prax sect. 1. cap. 10. De Alim. lib. 5. c. 61. *tur in vino, & student calicibus epotandis* de quibus videas *Sanchez. Ioan. B Silvaticum. Benedictum faventinum, Schisium* & alios, quorum doctrin vtinam parentes, prolium suarum amore quasi dementes facti, bene p penderent, qui pueros, minus dico, infantes etiam paulatim vino assu cunt, putantes sese legitimam excusationem tum adferre, dum totan materiæ parvitate refundunt, non advertentes tam pueris parum, qu amplius maioribus nocere.

Resp. ad Argum. 1. Quod Dominus Deus locis citatis Sacerdotali suo dini normam ibi, regulasque præscribit, secundum quas ab illo serviri volebat, sicut *Basilius*, *Benedictus*, *Augustinus*, alijque religionum funda res, posteris suis religiosis Monasticam disciplinam, & constitutionem sc to reliquerunt : vnde quod hi Monachi à colore rubro, illi à carnibus, à lineis abstineant, non nisi vi illarum regularum fit, quibus sese volunt astrinxerunt, non autem quod illis vti peccaminosum sit. Deinde vo

Vide D. Thomam 3. p. q. 8. a. 8. in o. Num. cap. 6. v. 3. 22. q. 149. a. 3. ad 3. Dominus extra casus in conclusione allegatos, omne Ebrietatis pericul amovere, vnde in prima eius legis constitutione, & promulgatione prisè addit : *A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt* nempe prop venerabilis ministerij eorum dignitatem. *Christus* inquit D. Thomas *retr nos à quibusdam, sicuti omnino illicitis, à quibusdam verò sicut ab impedime perfectionis, & hoc modo retrahit aliquos à vino* (nota) *propter studium pe ctionis, sicut & à divitijs, & alijs huiusmodi.*

Ad 2. dico *Platonem* ibi nihil nisi Vini abusum reprehendere, quod nos facimus : sciebat enim naturæ humanæ peritissimus, pueros esse c dissimæ complexionis, humidumque radicale, & calorem nativum, qu *ignem* vocat, eo vegetiorem esse, quo minus ab origine sua distant, alium ignem superaddere, perniciosissimum.

Ad 3. Et nos omnem Vini potum, ad quem effectus allegati sequi nati sunt, omnemque, extra casus ægritudinum Ebrietatem inhibemus, & nunquam satis coërceri potest: sed *Hac omni in re animorum conditio*, inquit Plinius, *vt à necessarijs orsa primum, cuncta venerint ad nimium*, atque eodem hoc modo *Galeni* locum mentemque explicandam fore, patet ex eiusdem libri citati verbis dum ait: *Vinum si largius bibatur* (nota) *malo est, sin verò quis scitè bibat, concoquet, digeret, sanguinemque augebit, & cum animum mitiorem iuxta ac, audaciorem efficiet*, & similia in operibus eius centena legenda sunt loca. *Lib. 16. cap. 4.*

QVÆSTIO XVII.

An Medicus possit præscribere Satyriaca, & Libidinem excitantia?

ARgum. 1. Concupiscentia apud *D. Thomam* nihil est aliud quam animæ virium ad commutabile bonum inordinata conversio, atqui hæc per Medicamenta Venerea, & Satyriaca irritatur, & excitatur, cum tamen concupiscentias carnis varijs Scripturæ locis crucifigere, & mortificare iubeamur: ergo similium Medicaminum vsus est omninò illicitus. *1. 2. q. 82. a. 3. in o. Eccl. 18. 30 Rom. 6. 12. ac 1. Petri 2. 1. Exodi 20. 17. Nu. 11. 13.*

2. Quidquid in humanis supra Naturam fit, excessivum est, sed supra Naturam est Carnem vltra naturalem appetitum stimulare, quia naturale agens semper omne, & totum facit, quod potest: ergo Naturæ nostræ per hæc remedia necessariò vis infertur, quod videtur illicitum.

3. Similia propinare, videtur omninò contra Castitatem esse, quæ *D. Thoma* virtus est per quam Concupiscentiam castigamus, ergo illa præscribere est planè illicitum. *22. q. 151. art. 1.*

SED CONTRA facit quod S. Gregorius ait. lib. 39. Moral. *Non cibus, sed appetitus in vitio est: vnde & lautiores cibos* (qui tamen ordinariè Satyriaci) *plerumque sine culpa sumimus.*

CONCLVSIO.

Sicut secundum D. Thom. 1. 2. q. 149. art. 3. in o. *Vini vsus per se illicitus non est, per abusum tamen illicitus reddi potest, ita & Satyriacorum vsus.*

NVllum omninò Ciborum genus per se malum esse, aut illicitum, patet ex verbis Christi: *Quod intrat in os non coinquinat animam*, & Apostolus: *omnia sunt munda*: & hoc quoque in Medicamentis locum obtinet: *Matth. 15. Rom. 14.*

 sed

ſed quamvis hæc omnia talia non ſint, quin humana nequitia illis facil abuti poſſit, fatendum tamen medicamenta Venerem provocantia ex illi eſſe, quibus frequentius hominem abuti natum ſit, idque propter hoſter Concupiſcentiæ domeſticum, quem circumferimus *Dæmonium* illud *meridia num*, continuò nos libidine ſtimulantem, quem Apoſtolus *Sathanam cola phyſantem* indigetat. Peccaret itaque mortaliter Medicus ille, qui alias, & vndequaque bene valenti, ſimiles Satyriacos cibos, aut medicamina præbe ret, vt ſepius v. g. & melius inconceſſum Aphrodiſium exercere poſſe Quæ poſteriora verba idcirco volo addita expreſsè, quod contingat, ſimili media, ſicut nunquam non ad Carnis ſtimulum, ita aliquando ad corpor ſanitatem fore per quam neceſſaria, vti clarum fit in ſenibus, morbis Chro nicis, extenuatis, debilibus, & emaciatis, Maraſmo, Pthiſi, Febr Hectica &c: laborantibus, nam hi omnes alimento indigent facilè dige ſtibili, multum nutritivo, ſpiritu pleno, qualia omnia ferè ſunt Satyriaca ſi quædam occultæ proprietatis excipias; & quandoquidem excarnata, & exſanguia hæc corpora, ita omnia in proprium vſum inſumant, & deplet ac famelica membra, ita quidquid per os accipitur ſibi arripiant, vt ve nihil vel parum conficiendo ſemini reliquant, parvulus valdè de ſuſcitand libidine, aut carne ſtimulanda timor ſupermanet; quod ſi fiat, cum (v *Quæſt. præced.* diximus) planè per accidens, & tam præter propinantis quam ſumentis intentum ſit, nihil peccaminoſi includere iudico, cun vnicus amborum finis ſit, à morbo conſumpta redimplere, vires recuperare corpuſque ad priſtinum vegetumque ſtatum reducere, quo obtento, quiſ que à ſimilibus edulijs abſtineat. Neque obijciendum hic, homines ijs vten tes ſaltem Concupiſcentiæ periculo exponi, nam ideo omitti ſimilia no debent, alias nec poſſemus miſeris iſtis habitum vegetum, floridum, cor puſque ſucculentum & pancraticum procurare, nam ita conſtituti, raro ſunt à Veneris lenonicijs & æſtibus immunes: quod ex eo palam fit, quoc in illis membris, in quibus Adam poſt animæ morbum & mortem omniun primò infirmitatem rebellionis ſenſit, in jiſdem convaleſcentes ægri pri mordia ſanitatis percipiant. Ex quibus patet Medicis non ſolum licitum eſſe certis caſibus ſimilia præſcribere, ſed ex arte etiam neceſſarium; vnde ac rem noſtram D. Hieronymus: *non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt.*

In Epiſt. quad.

Deinde cum integrò, totoque homine prævaricante, nullum in corpo re eius membrum tam firmum permanſerit, quin peculiari alicui morbo red datur obnoxium, non rarò in partibus generationi deſtinatis, defectum aliquem videre eſt, ex quo accidit coniugatos Debitum comparti reddere, vel abſolutè, vel ſive notabili faſtidio non poſſe, ita vt præter Apoſtol

con-

consilium fraudentes inuicem, multæ rixæ, discordiæ, aversionesque oriri natæ sint, tentante *eos Satana propter Incontinentiam*, his occurrere satagens Divina Misericordia, Medicinam creavit, & licita media, per quæ his incommodis obviare, ægro licitum est, Medico honestum, & vtrique meritorium: semper verò peccaminosum, & animæ mortiferium est, similibus ad inconcessum concubitum abuti velle, quod in petulantem iuvenem Lusitanum vidi, post Satyriaca libidinosè assumpta, horrendis cruciatibus sanguinem in copia reddentem, parumque aberat, quin ex vlceribus vesicæ, continuisque doloribus afflictus, temeritatem suæ pœnas morte ipsa persolveret. Alterius quoque Iuvenis nobilis admodum meminiscor, qui Satyriacis assumptis, vt in primo cum sponsa concubitu, sese strenuum in Clinopali ostenderet, post frequentes plus quam brutales congressus, per quæ peccaverat, punitus, sanguinem in tanta abundantia minxit, vt corpus omni vigore & vitalibus spiritibus exhaustum animâ etiam derelinqueret: & similia exempla apud Medicos frequentiora sunt, sed honestatis ergo non prodita. *1. Corint.*

Quid verò si celebs quispiam, materiæ meritorum habendæ gratiâ, his vti vellet? nullo modo consuluero; & fortè pro rei gravitate, & materiæ magnitudine periculum adferente, à peccato non excusavero: & quis ille tam fortis, qui post maximorum virorum lapsum, ipsis à sola depravatissima Natura, nullo extrinseco commilitante, procuratum, viribus suis fidens, se staturum præsumit? non est quod quisquam dormientem hunc Cerberum excitet, aut potentissimo suo hosti arma subministret: felix omninò & fortis ille censendus est, cui tam lyncei oculi vt Veteratoris huius viscum detegat, & Cerastis in semita laqueos evitet. Itaque *non sibi quisquam proponat, & dicat habere volo quod vincam, nam hoc est dicere: vivere desidero, & volo sub ruina,* ait S. Augustinus, & *Apostolus* hostem hunc non provocare, imò ne resistere quidem vult; sed fugere, vnde vegeto corpore, & pancraticè valentes, qui indies novo illo obsonio Chocolate dicto ex Guaxaca, Guatimala, Mexico Americæ partibus, & ex Hispanijs huc asportato (quamvis hodie & hic Antverpiæ illud tam egregiè conficiunt & dextrè, vt hinc ad ipsas Hispanias in summa quantitate transmittatur) pro ientaculo accipiunt, certè si gulæ peccatum, Incontinentiæ periculum non evadunt: vtpote quod calidioribus, & fragrantioribus Aromatibus conficitur, Hispanis & Indis oreguelas, Aniso, Manogitos de olor, Cinamomo, Bainillas, Pipere de Tabasco, Chiles &c: videndis apud licentiatum *Robles*, *Ioannes de Cardenas de Barrios* Insignes Medicos Hispanos, & maximè apud *Franciscum Fernandez* regni Mexicani Protomedicum iussu Regis Hispaniarum Philippi II. de rebus istius Regionis Americæ scribentem expressè; *libro. 1. sect. 1. cap. 59.* vbi

Lib. de singular. Cleric.

De Plant. India occident.



vbi de Achiote agit satis fusè, viza Indis dicto, ex præcipuis Chocolate ingre-dientibus : Iudico illud calidum, ait, in tertio gradu, humidum in secundo proprietate sua, Naturæ nostræ inimicum, est enim sordida quædam fex multas in nobis pravas passiones producens, quidquid scribat de potione
Tribun. Medic. cap. 7. Part. 2. illa *Gaspar Caldera de heredia* similiter Hispanus, illam miris laudibus efferens; & vt veritas huius assertionis nostræ magis innotescat mittimus dubitantem lectorem ad Quæstionem 17. vbi inquirendo *vtrum ieiunium frangat* eius sumptio, de exactiore ingredientium illam qualitatum notitia, & conficiendi modo tractatur.

1. 2. q. 30. art. 3. Resp. ad Argumentum 1. cum **D. Thoma** duplicem dari Concupiscentiam, vnam quidem, quâ illa Concupiscimus quæ sunt convenientia naturæ animalis, qualia sunt cibus & potus, & hæc dicitur *Concupiscentia na-*
3. Ethicor. *turalis*, nobis cum brutis communis, quare Phylosophus illam communem & necessariam appellat : alteram, per quam illa concupiscimus, quæ sunt animali convenientia secundum apprehensionem, sicut cum quispiam apprehendit aliquid tanquam sibi bonum & conveniens, & illa *Concupiscentia soli homini propria* dicitur, non naturalis, & solet magis vocari *Cupiditas* : his positis, dico Concupiscentiam primo modo sumptam, per Satyriaca quidem aliquo modo promoveri & excitari, at illa mala non est, nempe quam omnes homines, etiam in statu Naturæ Integræ, (sed rationi subiectam) habuissent : quod si remedia, seu alimenta hæc appetantur ex Concupiscentia secundo modo accepta, tunc tota actus istius bonitas, ab illo fine dependet, ratione cuius, hæc tanquam bona apprehenduntur, qui si bonus & licitus sit, sicuti v. g. esse potest in coniugatis frigidioribus, & ad actum coniugalem minus dispositis, totus actus erit etiam bonus & licitus, vti in conclusione dictum est, sin minus, è contra se habebit.

Ad 2. Concessa Maiore, distinguendo minorem, carnem rectè & debito modo sese habentem, vltra & amplius extimulare excessivum est & illicitum : carnem sive corpus nostrum depravatè, immunitè, vel abolitè agens per Satyriaca cum ratione extimulare, non supra, nec contra, sed omninò secundum naturam est, quia tunc per similia Medicamenta, & alimenta, tantum movetur, & adiuvatur ad illa peragenda, quæ si nihil obesset sua sponte, & sine vllo iuvamine, præstaret.

Ad 3. Castitas etiam quatenus virtus est, castigat Concupiscentiam
Ad art. 1. quodam rationis moderamine, & addit **D. Thomas** ibid. *Pertinet enim ad Castitatem, vt secundum iudicium rationis, & electionem voluntatis, aliquis moderatè vtatur corporalibus membris* : ad quem moderatum vsum sæpius non parum hæc media conferunt, adeoque tali modo sumpta nullo modo Castitatem offendunt, sed deficientem virtutem corrigunt.

QVÆSTIO XVIII.

An Medicus possit impedire generationem Seminis, vel genitum annihilare, & destruere?

ARgum. 2. Vnicuique licitum est propter bonum corporale abscindere & extirpare Membrum illud, à quo Corpori periculum imminet;

..... *Truncantur & artus,* *Ouid.*

Vt liceat reliquis securum vivere membris:

ergo videtur, quod à simili liceat, prohibere generari, vel genitum auferre id, à quo Animæ malè est, sicuti à copioso Semine, quo mediante *Caro concupiscit adversus Spiritum.*

1. Videtur quod nullum omninò Semen in homine gigni possit, nam hoc ex assumptis cibis, & alimento fieri deberet, debito tempore, & modo in corporibus retento, concocto & immutato, sed ex *Matthæi* Apostoli testimonio: *Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per secessum emittitur* ergo frustraneum esset eius generationem impedire velle. *Cap 15.*

3. D. *Thomas* docet Semen esse de superfluo alimenti, seu de parte alimenti non necessaria ad alendum: Item consensu omnium Medicorum Semen est humor excrementitius, sed cuilibet fas est superflua impedire, & excrementa perdere, ergo quilibet potest in se Seminis generationem impedire, vel genitum annihilare. *1.q.21. art.2.*

4. D. *Augustinus* ad illa verba *Iacob cap. 1. Vnusquisque tentatur à Concupiscentia sua abstractus & illectus.* Deinde: *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum*, sic habet: Concupiscentia non parit, nisi conceperit, non concipit nisi illexerit: ex quibus verbis sic argumentor: Caro semper concupiscit adversus Spiritum, & Concupiscentia continuò allicit, per consequens continuò concipit, secundum Augustinum, & continuò parit peccatum: sed capitalis huius hostis vires notabiliter infringet, si pabulum eius, focum, & fomitem, qui semen est, destruxerit, ergo licitum erit ei semen destruere. *lib. 6 cont. Iulian.*

SED CONTRA faciunt illa verba D. Augustini lib. 5. contra Iulian. *Concupiscentia minui potest, consumi non potest:* & vt consumi possit, *Sæpe quem tentationis certamen superare non valuit, sua deterius securitas, stravit* inquit D. Gregorius In Moral.

CONCLVSIO.

Vnicuique licet facultatem ſeminificam per laborem, & abſtine-
tiam debilitare, per medicamenta abolere, aut confectum
iam ſemen corrumpere nullo modo.

OCcaſionem præſentis Quæſtionis dedit vulgi opinio credentis, M-
nachorum quorundam cereviſiæ Camphoram, Rutam, ſimiliaque
bidinis extinctiva incoqui, quorum adiutorio depravatæ Naturæ infirt
tas, fortius illecebris Carnis reſiſtat; quam opinionem ſicuti plebei
omnino & fabuloſam exiſtimo, ita ſimilia Concupiſcentiæ Antidotis vti p
Homil. 10. nè illicitum eſſe, conabor oſtendere. In primis, vti bene advertit *Chry-*
ad Rom. *ſtomus*, Præſtantiſſimi Medici ad radicem curioſius ſemper indagant,
Radix Concupiſcentiæ, ſive Incontinentiæ non in re corporea ſubiectam
22. q. 156. non in Semine, ſed in Anima noſtra, ac Voluntate, ex ipſius *D. Thomæ* co
a 1. cluſione: Incontinentia, inquit, ad animam per ſe ſpectat, ad corpus ve
non vt ad veram cauſam, ſed tantum vt ad aliquam occaſionem referri p
teſt; hoc quidem verum eſt, quod ex corporis diſpoſitione vehementes p
ſiones inſurgere contingat in appetitu ſenſitivo, qui eſt virtus organici,
in Corpore huiuſmodi paſſiones, ait idem *Thomas*, quantumcumque vehement
non ſunt ſufficiens cauſa Incontinentiæ, ſed occaſio ſola, eo quod duran
vſu rationis, ſemper homo poteſt paſſionibus reſiſtere. Vnde ipſi Mahum
tiſtæ, ſcientes hunc peccati fomitem, ſive inordinatam hanc ſenſibilis
petitus habitualem Concupiſcentiam, nec Seminis extinctione, nec Te
culorum privatione quidem ita refrenari poſſe, quin ſuo tempore in actu
exeat, Turcarum Imperatorum ſervis circa Vxorum, Concubinarumq
cuſtodiam & famulitium impeditis, Virgam totam & quodcumque in illis M
ſculi eſt, auferunt totaliter, & vel ita mutilati, eo quo poſſunt mod
Incontinentes deprehenduntur, vti latius dicetur *Quæſtione* 24. Sanius con
Serm. 12. lium nobis Chriſtianis ſuggerit *D. Bernardus* Corporali huic Morbo Spiritu
In Pſal. remedium opponens. Quoties; inquit, graviſſima cernitur vrgere tentat
& tribulatio vehemens imminere, invoca Cuſtodem tuum, Dictatore
tuum, Adiutorem tuum in importunitatibus tuis; in tribulatione clama e
& dic. *Domine ſalva nos perimus*. Et quid prælium detrectamus in hac Vita, q
nihil aliud eſt quam Militia ſuper terram? intelligat homo, Medicum, e
Deú inquit *Auguſtinus* & tribulationem (Carnis præcipuè) Medicamentum e
ad ſalutem, non pœnam ad damnationem: & certè vnicam hanc Dæmo
portam occludamus, Mille aditus reliqui exiſtunt: novit hic vaferrimus V

teran

terator cui (relictis Carnis lenocinijs) virus Iniuriæ infundat, ait *Leo Papa*, cui alia incitamenta luxuriæ opponat: novit quem Mærore conturbet, quem Gaudio fallat, quem Metu opprimat, quem admiratione seducat, omnium discutit mores, omnium ventilat causas, omnium scrutatur affectus. Quibus omnibus simul nisi honestis medijs occurrerimus, nihil effecimus. *Incassum*, inquit Gregorius, *sunt cetera, cum locus vnus, à quo hosti patet aditus, non est munitus.* *In Sermon*

Præterea hæc & similia medicamina esse omninò illicita, ex eo patet, quod totaliter Naturæ nostræ sint contraria, eamque corrumpant, ita vt similia adhibendo', magna Aucthori Naturæ irrogetur iniuria, corpore cum notabili suo præiudicio quasi mutilato, cum ordinariarum suarum facultatum vsu privetur: de quo Originem reprehendit *Epiphanius*, quod Pharmacum excogitasset, quo verendis supposito, illa totaliter arescerent, ne à libidine vexaretur. Fateor *D. Thomam* sustinere Semen esse de superfluo alimenti, seu de parte aliqua ad alimentum non necessaria, verum cum vnicuique in sua Arte credendum, Thomæ Aquinati Theologorum Corypheo, *Galenum* Pergamenum Medicorum Primatem oppono docentem: Ipsum Semen ad corporis quarundam partium alimentum esse per quam necessarium. Pro quorum meliore intelligentia sciendum: Medicos dum post varias partium distinctiones, illas in Spermaticas, Sanguineas, Mixtasque dividunt, per partem Spermaticam illam intelligere, quæ pro causa sua materiali ex qua totali, habet Sperma siue Semen, & ita de Sanguinea &c: partes autem Spermaticæ sunt omnia Ossa, Cartilagines, Tendo, Medulla Cerebri, Ligamenta, Arteriæ, Fibræ, Nerui, Membranæ &c. Hæc omnia (cum vnumquodque conservetur, & nutriatur quo genitum est) necessariò à Semine in conservari, sicut in esse dependent: vnde *Galenus* noster, Ne opineris, inquit, singula ex principalibus membris animalis à principio in Semine constitisse, aliunde verò suum vltimum atque accomodatissimum habere alimentum. Ratio autem cur D. Thomas contrariæ opinionis fuerit, ex eo provenit, quod ipse in Aristotelis verba ferè iuraverit, vnde cum reliquis Pieripateticis eius doctrinâ imbutus & preventus, omnes corporis nostri partes ex Sanguine fabricatas esse putavit, cuius opinionis benignam interpretationem dedit *Galenus*, nempe omnes partes corporis Sanguine tanquam alimento remoto nutriri, non vltimo, aut proximo.

Lib. 2. contra heres. tom. 1 heres. 64.

22. q 119. art. 2.

Lib. 1. de semin. cap. 11.

Comm. 1. in lib. hyp. de nat. hum. Text 2.

Nec consequentia valeret, ergo in Monachis saltem, alijsque Castitatis voto astrictis, & qui nullo generandi desiderio tenentur, totum illud semen superfluum est, quod ad Spermaticarum partium nutritionem non requiritur; quia hoc fomite si non extincto totaliter, saltem notabiliter impedito & debilitato, ipsa Castitas multum suæ perfectionis videtur amittere

secun-

secundum **D. Thomam**, definientem Castitatem esse virtutem, per qu
concupiscentiam castigamus, non corrumpendo naturam, ipsumve cor
Ibid. ad 1. sed moderamine, inquit, rationis, nam illa in anima sola subiectatur(C
cupiscentia scilicet) quamvis suam materiam habeat in corpore, cuius n
teriæ pravos effectus, & ebullitiones, non per corporalia, sed per sp
22. q 188. art. 5. tualia remedia potius impedienda sunt, quæ ipse *D. Thomas* varijs in l
enumerat, qualia sunt Abstinentia, Vigiliæ, Exercitium continuum,
bor, Solitudo, Oratio, frequens Eucharistiæ Sacramenti sumptio &c.
Ad Rust. Mon. ch. de vivendi forma circa med. similia addit *D. Hieronymus*: Ama sacras litteras, inquit, scientiam Scrip
rarum, & Carnis vitia non amabis. Avertit enim animum à cogitati
Lasciviæ, & Carnem macerat propter studij laborem secundum illud
clesiast. ***Vigilia honestatis tabefaciet Carnes.*** Neque illud ipsum latuit *H*
Cap. 31. ***tium***, cum dicat
Epist. lib. 1. ep. 2.

..... Et ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendas animum studijs, & rebus honestis,
Invidiâ, vel Amore vigil torquebere.

Dices si per laborem, continuum studium, inediam, & similia co
macerare, seminis generationem impedire, vel factum consumere, sit
cuique, non solum in conscientia licitum, sed à S. S. P. P. etiam con
tum, quare similiter idem fas non est facere per alia remedia, & in il
finem assumpta Medicamina? Respondeo illa, nempe Exercitium co
nuum, Orationem, Laborem, & similia media quibus corpora sua
castigant, non tam Seminis generationem, aut extinctionem procura
quam cogitationes, omnemque mentis operationem alio divertere,
quis phanthasiæ, per nidorosos Seminis vapores assidue sublimantes inf
propositionibus auscultet, aut consensum præbeat: & dato quod per
dia iam nominata diminuatur aliquatenus ipsum semen, debilitetur sen
ficâ nostra facultas, & per consequens, lascivientis Concupiscentiæ b
pabulum aliquo modo subtrahatur, & vt *S. Franciscus* loquebatur, Asi
sui Corporis hoc modo doment, finis amborum bonus quidem est, m
autem multum disparia, nam per hæc quæ honesta sunt, licita, consulta,
necessaria, non tanta vis Naturæ infertur, vt per illa corrumpatur,
ex eo patet, quod his sublatis tanquam equus effrenis, & petulans ru
recalcitret, consopitur quidem pro tempore, & quasi sub cineribus o
tatur hic fomes pessimus, sed nisi quis continuò *Sobrius* fuerit, & *Vigil*
rit, incautum supprimit: quod si verò quis ita Carnem odio habuerit
labor iste tam improbus, exercituum sit tam immoderatum, castigatio
indiscreta & violenta, vt corpus inde notabilem corruptionem, indis
tio

tionem, morbum aut detrimentum patiatur, ſine dubio peccatum committet, nocumenti gradibus & magnitudini commenſuratum, illicitum enim & malum cenſendum eſt omne id, quod moderamen rationis excedit, vndè æquè peccaret, ac ille qui in illum finem Medicamina aſſumit, quod nec in conſcientia tutum eſt, nec militanti Eccleſiæ adſcriptitijs generoſum. Vita noſtra, inquit, *D. Auguſtinus*, in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato, ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationem noſtram fit, nec ſibi quiſquam innoteſcit, niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi vicerit, nec poteſt vincere niſi certaverit, nec poteſt certare, niſi inimicum habuerit. Clavus Clavo pellendus, & huic carnis ſtimulo aliud ſpiculum timoris Domini opponendum eſt, quo modo id fiet? conſilium optimum idem ſuggerit S. Pater his verbis: *Si concupiſcis quidem quod Lex vetat, cum dicit:* Non Concupiſces: *ſerves aliud quod Lex item iubet*: poſt Concupiſcentias tuas non eas. *Mente ſpiritualis es, Carne carnalis: aliud eſt enim non Concupiſcere, aliud poſt Concupiſcentias ſuas non ire.*

Reſp. ad 2. Pars illa quæ ad totius conſervationem licitè extirpatur, iam putrida, emortua, omniqúe vitali ſpiritu deſtituta: præterea nullum aliud remedium ſupereſt, nam vt idem *Ovidius*:

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile Vulnus
Enſe reſcindendum eſt.

Neutra harum conditionum in caſu allegato invenienda eſt.

Ad 1. Dico ex *D. Thoma*: Dominus non dicit quod totum, quod in os intrat per ſeceſſum emittatur, ſed quod de omni, & quolibet cibo aliquid impurum per ſeceſſum emittatur cui omnes Medici aſſentientes, dicunt Semen ex puriſſima, & defecatiſſima ſanguinis parte confici. *Hieronymus* hunc locum explicans, quidquid ex alimento generatur, inquit, poteſt etiam per Calorem Naturalem reſolvi, & per poros quoſdam occultos emitti. At placet prima reſponſio.

Ad 3. In corpore concluſionis iam diximus, hanc de Semine *D. Thomæ* cum ſchola peripatetica fuiſſe opinionem, ſed communi Medicorum contrariam: neque Semen à Medicis vocatur *excrementum* ſimpliciter, quo nomine ſordes, & purgamenta veneunt, ſed naturale *vtile excrementum*, id eſt humor talis cuius fructus, finis & vtilitas haberi non poteſt, niſi de vno ad alium locum tranſeat, & excernatur, ſicut fit in lacte v.g.

Ad 4. *Illicere* ibi non eſſe idem quod tentare, ſicuti Argumentum ſupponit, ſed niſi illexerit, *hoc eſt*, inquit idem Auguſtinus, *niſi ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis aſſenſum*, & hic aſſenſus vel diſſenſus à libero noſtro arbitrio dependet.

QVÆSRIO XIX.

An Medicus ad sanitatem Obtinendam poßit procurare Pollutionem?

Cap.16. N.6. Instruct.sacerd.lib.5. cap.13. verbo Pollutio.

ARgumentum 1. Aliquis propter bonum finem, v. g. sanitatem, v ad levandas carnis tentationes, potest desiderare pollutionem n cturnam: imò de Pollutione præterita gaudere ex sententia *Navarri*, *Tolet* *Silvestri &c*: sed nemo potest vel malum futurum desiderare, vel gloriari praeterito, ergo Pollutio per se mala non est, sed aliquando etiam licita.

2. *Præcedente quæstione* dictum est, Semen apud omnes Medicos esse e crementum vtile, sed omne aliud excrementum vtile propellere licet, eiu que excretionem procurare, si vel quantitate, vel qualitate peccet, vt p tet in Sanguine Menstruo, Bile flava, Lacte materno, & similibus, ergo ipsum Semen.

3. Primaria & Medici, & patientis intentio est ipsa sanitas, ita vt po lutio, per Medicamentum procurata, sit merè per accidens, atqui s

22.q. 150. a 2.

cundum *D. Thomam* moralia recipiunt speciem, non ab eis quæ per accide eveniunt præter intentionem, sed ab eo quod est per se intentum, erg Pollutio in illo casu non est illicita, nam quamvis illa sit intenta tanqua medium, illa intentio est minus principalis, multoque remotior, qua intentio ipsius finis, vndè videtur esse merè per accidens.

Partè 2.

4. Ars medendi Physica & naturalis, est omnino licita, vt in *Quæstione* ostendetur, sed artis huius axioma, & *Hyppocratis* Aphorismus est: *Quo n tura vergit eo ducito*: hoc est si sese per sudorem, per secessum, per Bi Sanguinis &c: excretionem expedire, & à malo liberare tentet, eandem lam viam ministri eius, qui Medici sunt, ingredi necessariò debent, illa

Satyr. 6.

que adiuvare, nam vt *Iuvenalis*:

Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia suadet.

Ergo naturâ abundantiâ, seu malignitate seminis oppressa, excretione eius moliente, Medicus illam adiuvare potest, stimulando & excitando.

5. Totum malum, nempe carnalis illa delectatio, & voluptas, à Pollu tione totaliter abscindi potest, nempe, si homo non secundum rationaler sed partem animalem & sensualem, nobis cum brutis communem, illā

Lib. 5. de loc aff.

simpliciter patiatur, nam omnia animalia secundum *Galenum*, non volu tate præcisè, sed Seminis copiæ molestiâ dumtaxat stimulante, excitantur coitum, ergo Pollutio non semper per se mala est.

SED CONTRA Faciunt verba Apostoli Roman. 3. vers. 8. *Non sunt f cienc*

cienda mala, vt eveniant bona. & 1. Corint. 6. *Molles regnum Dei non possidebunt.*

CONCLVSIO.

Nullo modo, nec ob quamcumque rationem, Formalem Pollutio*nem vel pati, vel procurare quis potest.*

SEmen ex duplici ratione peccare, corporique nostro ingentia incommoda adferre posse, quantitate sua nimirum, & qualitate, nullus, quod memini, vnquam Medicus negavit: nobis post *Hyppocratem* vnus erit *Lib. 1. de morbis mulier.*

Medicus vir multis alijs æquandus *Homer. lib. 11.*

Galenus dicens: Porro status corporis eorum etiam est pessimus, qui genitale semen copiosum, calidumque gignunt, quod eos ad expulsionem sui proritat, quando & ventris os illis resolvitur, & ipsi toto corpore non solum relaxantur, imbecillique fiunt, sed etiam sicci, graciles, pallidi, cavisque oculis conspiciuntur: quod si (quia ex concubitu sic vexantur) ab eo abstineant, non modo Capitis molestiam, sed Stomachi offensionem, fastidiaque sentiunt, nec ex Continentia magnopore iuvantur. De prava eius qualitate, & corruptione ex retentione violenta, idem *Galenus*: cum Muliebre semen humidius atque frigidius sit, ipsum excerni oportet, præsertim si copia abundet, nec secus etiam in Viris: sunt quippe nonulli eorum quos protinus à iuventute concubitus imbecilliores reddit. Alij nisi assiduè coëant, Capitis gravitate infestantur, Cibos fastidiunt, Febribus sunt obnoxij, deterius coquunt, & appetunt, ac denique pigritia, torpore, ac Melancholicis accidentibus molestantur; proinde tam ex retento semine, quam ex suppressis menstruis videtur mihi longè maior noxa corporibus, evenire posse, eorum præsertim qui suapte Natura vitiosis abundant humoribus .... in quibus sanè conijcio naturalem ipsum excernendi cupiditatem læsionis causam existere, & paulò pòst: Nec sanè cuiquam mirum videri debet si exiguus humor in vna parte contentus tantorum accidentium sit .... ijdem affectus oriri possunt, & ab humoribus in corpore putrescentibus, & ab epoto Veneno, hæc ille, & alia ex *Platone* allegata, cui *Paulus Ægineta*, *Avicenna*, *Benedictus Sinibaldus aliique* subscribunt. Quare gentilium insigniores, & sapientissimi olim Phylosophi fortè aliquam excusationem promerentur, qui *per Legem* tanquam *Pedagogum* non erant instructi, per legem enim cognitio peccati: vndè *vbi Lex* vel non innotescit vel *non est*, *ibi nulla prævaricatio*: vel saltem *peccatum non imputabatur*: quia vt Apostolus

Lib. 6. de sanis tuen. *Lib. 1. cap. 38.* *Lib 2. can. tract. 2. cap. 143.* *Geneant. lib. 9. tract. 1. cap 7.* *Galat. 3. v. 24.* *Rom. 3. v. 20.* *Rom. 4. v. 15.* *Ibid. v 13* *1. Tim. 13*

lus narrat: *Ignorantes fecerunt in incredulitate existentes*, & solo instinctu d
pravatæ Naturæ nostræ ducti, Concupiscentiæ fraudis ignari, vel Pollutio
nem, vel Fornicationem simplicem, pro nullo malo reputantes, quisq
meretriculæ operâ corporis sui necessitati subveniebat, Plato *Archenassæ*, S
Loc.cit. crates *Aspasiæ*, Demophoön *Phyllidis*, Alcibiades *Dorbethæ*, Menela
Dorthæ: Ita *Galenus* de Diogene Cynico narrat, ipsum manu Hymenæu
celebrando, meretricem diutius remorantem prævenisse, non à coniunc
actui isti turpissimo voluptate, veluti bono aliquo, illectum, ait *Galenu*
sed vt noxam, quæ à retento Semine provenire solet, arceret: existimaba
enim hi viri doctissimi in Ethnicismo educati, nihil mali subesse, si n
Lasciviæ blanditijs, sed soli sanitati intenti Veneri vacarent. Quod nem
Rom.7. nem offendere debet, cum ipsum *Vas Electionis* Paulus de se dicat: *Pecc*
v.7. *tum non cognovi nisi per Legem, nam Concupiscentiam nesciebam, nisi Lex*
ceret: Non concupisces: melius autem edoctus, & fidei lumine illustratu
gravissima hæc peccata Christianos dehortatur his verbis: *Non regnet pecc*
Rom.6. *tum in vestro mortali corpore, vt obediatis Concupiscentijs eius, si enim secu*
v.15. *dum Carnem vixeritis moriemini*: mortem scilicet secundam, quæ æter
Rom.8. damnatio est. Idcirco *Innocentius* III. Medicos admonet serio, ne cum an
v.13. mæ discrimine vlla remedia ægris præscriberent: quam Sanctionem post
Lib 5. Decret. de pœnit & Remiss. c.13. etiam approbavit *Pius* V. & nova auxit Constitutione. *Consilij Lateranen*
Patres etiam excommunicationis comminationem adiecerunt dicentes: *C*
terum cum anima sit multo pretiosior corpore, sub interminatione Anathema
Cap.20. *prohibemus, ne quis Medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, qu*
in periculum animæ convertatur.

Hanc constitutionem pijssimam ex mente *S. Antonini*, aliorumque d
Part.3.tit.7.cap.2. ctorum transgreditur Medicus ille, qui infirmo dicit: Non consulo, s
si accederes aliquam mulierem, sanareris: quanto magis ergo (si quo
multo gravius peccatum, quia contra Naturam) Pollutionem vel suade
vel ipse procuret! Gravitas certè nefandi huius sceleris, ex eo colligere
cet, quod videatur esse quædam, homicidij species, cum pristini Theol
giæ periti (quorum opinio postea ab Ecclesia damnata fuit) animam à p
rentibus traduci sustinentes, ipsum Semen animatum esse confirmabant; q
quibus videatur *Petrus de Abano, Conciliator* dictus; & *Tertullianus* aiebat An
Differ.48. mam & in ipso, & ex ipso fieri homine, & vivum esse à primordio Seme
lib. de anima. multique cum eo Latini, inter Græcos vero *Gregorius Nyssenus* his verbis: P
steriorem esse, dicit, originem animarum, ipsasque recentiores esse corp
rum constitutione, nemo sana mente præditus in animum induxerit: cu
manifestum sit, quod nihil ex inanimis vim in se habeat movendi, itemqu
crescendi &c: vnde infert, relinquitur ergo, vt censeamus vnum, & ide
Anim

Animæ & Corporis constitutionis principium esse. Sunt in hac sententia *Hyppocratem* accensere volentes, nescio an volentem: *D. Augustinus* quoque ipsum Semen inter membra numerare videtur dum ait: Alimenta carnis corrupta (hoc est formam per concoctionem amittentia) in membrorum fabricam migrant: & apud Medicos indubitatum est, ipsum Sperma etiam ex alimentis fieri. Neque inde sequeretur animam traduci, quia vt rectè *Fortunatus Plempius*, semen quam diu corpori nostro cohæret, habet animam, quam à corpore decisum amittit, perinde ac aliæ partes abscectæ; atque hanc de seminis anima sententia, quamvis satis bene defendi quæat, contra communem tamen Theologorum esse, tam bene scio, quam Pollutionem formalem & voluntariam, malum intrinsecum, tantoque peius, quantum de voluntario participat, ex quo clarum fit Pollutionem nocturnam, vtpote involuntariam, & tanquam actum non moralem, sed merè naturalem, vel præternaturalem, nihil peccaminosi habere: Notandum tamen me dixisse: *vel præternaturalem*, quia varijs morbis hoc contingere posse, docet *Hyppocrates* In Nicippo, in Satyro grypalopece, alijsque *Galenus* & reliqui: alias in antecedentibus ipsam in causa potest esse peccatum & in subsequentibus, seu in effectu? Primum evenit, quando aliquis desideraret deliberatè Pollutionem habere propter complacentiam, & delectationem carnalem: deinde quando quis vescitur Satyriacis, hoc est cibis Venerem stimulantibus vel tali aut tali situ in lecto decumbit, hoc animo, vt in somno Pollutio accidat: denique si causam probabiliter futuræ Pollutionis (quod addo quia dubitans, nec habens moralem certitudinem tantum veniale esse tenet *Sylvester*) non impediat, quam potest & tenetur amovere, peccat mortaliter; aliquando tamen aliquem non teneri, docet *Soto*, quando nempe causa bona, & sancta est, v. g. necessarium studium de re obscæna vide *D. Thomam* docentem illud omitti non debere, quamvis probabiliter sciretur Pollutiones inde secuturas, prævisas quidem, nullo modo tamen intentas; *Absit vt id, quod propter bonum ac licitum facimus, si ex hoc præter nostram voluntatem quidquam mali acciderit, nobis imputetur*, ait, *S. Augustinus*. Quandonam peccatum fiat in Pollutionem subsequentibus, dictum est supra.

Lib. 1. de vera Relig. cap. 40.

Fund. Med lib. 1. sect. 5. cap. 2.

Lib. 4 Epidem.

Lib. 6.

Lib. 6. de loc. aff. c. 6.

In verbo Pollutio.

4. dist. 12. quæst. 1. art. 7.

3. p. q. 80. art. 7.

Neque valet obiectio: Sanitas etiam causa sancta est, & finis bonus, ergo, ratione istius accipere medicamentum procurativum Pollutionis non erit peccaminosum: Rationes hæ sunt, quod solus finis non possit iustificare actum aliquem, debet quidem necessariò adesse, sed non sufficit, at requiritur vlterius vt media sint honesta, qualia non sunt producentia Pollutionem, suppono enim Pollutionem ita esse necessariam ad sanitatem, vt absque illa obtineri non possit, eo supposito notabilis disparitatis ratio invenitur, in huiusmodi studio v. g. & Medicamento de quo agimus: nam Pol-

lutio respectu prioris, sese merè habet per accidens, imò sepius abesse po-terit, posito tali Studio: sed respectu Medicamenti, tam naturalis, est & ne-cessaria, quam calor igni, imo magis, quia ne mentaliter quidem ab illo separari potest, suppono enim si Pollutionem non excitaverit, non sana-re hunc morbum. Denique quod Pollutio respectu studij sese habeat merè per accidens, ex eo colligitur, quod quamvis studens illam moraliter certò, pr-ter notam sibi corporis constitutionem, & signa, prævideat, nullo m-illam intendat, quia tale studium absolutè fieri potest omni Pollutione sep-ta: in alio casu non item, quia ea absente, sanitas (vt semper supponim-haberi non potest, quare necessariò intenditur per se, non enim po-non intendi id, sine quo, tanquam medio necessario & adæquato, f-obtineri non potest.

Idcirco etiam ethnicus *Hyppocrates* suos discipulos, vt à similibus Med-mentis abstinerent, non solum admonuit, sed expresso, & formali Iu-mento adegit his verbis: *Apollinem Medicum, & Esculapium, Hygeamque Panaceam iuro, Deosque omnes; omnes itemque Deos testes facio me hoc iusiur-dum, & hanc contestationem scriptam, pro viribus, & indicio meo integrè vaturum esse:* & Paulo post: *Sanctè vitam, & Artem meam conservabo omnique iniuria voluntaria inferenda, & corruptione, quum alia, tum præser-operum Venereorum abstinebo, sive muliebria, sive virilia, liberorumúe homin-aut servorum corpora mihi contigerint curanda.* De quo Iuramento dicit *Ioan-Molanus (in Diario suo Ecclesiastico,* quod de sanctis Medicis composuit) qu-multos Christianos confundat, qui parum de medijs sive licitis, sive illic-solliciti sunt, dummodo sanitatem recuperent. Magis Christianè certè, fortiore animo scripsit quidam *Michaël Verinus Minoricensis*, qui ætatis Anno Decimo Octavo Romæ obijt:

Cap. 8. §. 16.

In Distich suis.

Promittunt Medici coitu mihi, Paule, salutem,
Non tanti vita, sit mihi certa salus.

Quæ vtinam plures sequerentur hoc perditissimo sæculo, in quo nefa-dum illud peccatum tam familiare est, vt crediderim, ait *Francis. Tolet* maximam partem damnatorum hoc infici peccato, propter cuius ingent-fœditatem *D. Thomas* homines ex necessitate à Sacramenti Eucharistiæ fu-tione scribit impediri. Quod & illi bene advertant, qui si non consummata Pollutionem, notabilem, saltem spirituum vitalium generationi inservie-tium, commotionem procurant, nam præter periculum præsentissimu- cui se exponunt, similis alteratio, est quædam Pollutio in fieri, & i-choata, ad perfectam consummatamque Pollutionem essentialiter ordina-adeoque nec hi à Mortali peccato sunt excusandi, vti bene docet *Sanchez matrimonio.*

Loc. cit.

3. p. q. 8. art. 7.

Lib. 9. disp. 18. n. 17.

Notan-

Notandum tamen circa hæc primò non eandem esse, de Pollutione, siue Seminis Effusione, & de destillatione, rationem: Destillationem autem voco, quoties per virgæ meatum quidam humor effluit, Semine aquosior, Aquâ viscidior, inter Semen & Vrinam medius, qui si voluntariè promotus fuerit, eadem eius ratio est, quæ de iam dicta Spirituum Vitalium commotione, si verò Carnis rebellio absit, non magis destillatio huiusmodi, quam sudor æstimandus est, dicit *Caietanus* vide plura de his *in Margareta confess. quæst. moral. fol.* 156. Lessio *de iust. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 13. Azorio *p.* 3. *lib.* 3. *c.* 17. Sayr. *l.* 8. *cap.* 5. D. Thoma *locis citatis &* Caietano & Suarez *ibid* Gabriele *lect.* 10. *in can.* D. Antonino *part.* 2. *tit.* 6. *cap.* 5. Soto *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 7.

Opusc. tom 1. tr. 22 de. Pollut. ex audi. Conf. ss. quæst. vnica art. 2. § Aduerte tamen.

Respond. ad 1. Sententiam allegatam non esse omnino tutam, vt demonstrat *Soto* contrarium sustinens, quidquid sit Antecedentis etiam veritate supposita, nón rectè à merè naturali Pollutione & spontanea proceditur ad voluntariam & intentam: prior nihil nisi de necessitate Naturæ habet, secunda etiam de libertate arbitrij: denique optare mortem malefactoris possum, non inferre, & idem dicendum de Pollutione præterita, in vtraque securius est, nec futuram appetete, nec præteritam laudare.

4. dist. 12. q. 1. art. 7.

Ad 2. Notabilem in vnum aliudque esse rationis disparitatem, quæ præter seminis dignitatem, reliqua multis gradibus excedentem (per hoc quod ad propagationem naturæ, & ad conseruandam speciem ordinatum sit) in eo maximè consistit, quod ipsius excretioni, carnalis quædam complacentia inseparabiliter annexa sit, per quam magna vis parti superiori infertur, & vel invita consensus periculo exponitur, quod in Menstruorum fluxu, Vberum emulsione &c: longe aliter sese habet, quod delectationes Venereæ secundum *D. Thomam* sint vehementiores, & magis opprimentes rationem, & propter hoc magis indigent castigatione, & refrænatione.

22. q. 151. a. 3 ad. 2.

Ad 3. Placuit aliquando ratiocinium allegatum, tantam similitudinem veri sibi præferens, vt viros insigniores, & Theologiam profitentes viderim deceptos: at vbi enucleatius perpendo, dico: qui finem vult efficaciter, vult etiam ipsa media efficaciter: medium adæquatum, id est totum, & solum, supponimus esse Pollutionem, quam efficaciter velle, est malum intrinsecum. Si verò post oblata à Medico ad recuperandas vires corroborativa multumque nutrientia, sequatur Pollutio, illa tantum materialis erit & merè per accidens, à quâ cum præter voluntatem, & intentionem tam ægri, quam Medici sit (vt suppono) non potest actus ille suam speciem desumere, atque ita citata *D. Thomæ* verba sunt intelligendà.

Ad 4. Christianos similes Artium leges non obligant, nisi in quantum per honesta & licita media illis satisfacere possimus, quibus si careamus, & obli-

obligatio quoque totaliter cessat: eodemmodo quo etiam Præcepta Divi & Ecclesiastica mandata adimplere tenemur, tamen si aliunde non habe nemo furari potest vt indigenti succurrat: Ad *Iuvenalem* dico quandoquid comparatio inter Naturam, & Sapientiam procedat, clarum est, non Natura nobis cum brutis communi, sed humana tantum loqui, cui Ratio fræno est, & tunc verissimè dicitur: quidquid Natura bene ordinata, cum Ratione dictat, huic Sapientia nunquam contradicit.

Ad 5. Si Natura sua sponte se exoneret, isti seminis effusioni nihil p mali inest, quam cæteris naturalibus excretionibus; dummodo om Consensus Voluntatis in illam delectationem abest, quæ Seminis exc tionem consequitur, quod partes quas transit molliter titillat, Carne que pruritu extimulans, natum est & Voluntatem rapere, vt in huiusm actu complaceat: alias nec ipsa Pollutio pervigil, homine non volente, t tum abest, vt esset peccatum, cum sit actus naturalis, vt grandis mœre
1.p.q.80. art.7. materia sit, si voluntas Consensum cohibeat, ita docet *D. Thomas*.

QVÆSTIO XX.

An Medico licitum videre, & contrectare verenda?

Genes.9. ARgumentum 1. Videtur quod Medicus ne vel oculis deberet circa dendas partes versari, cum in eo lateat morale peccandi periculu ita dicitur in Scriptura, ex eo quod Cham filius Noë viderit Verenda tris, eius maledictionem incurrerit, quid igitur in sexu sequiore fiet? si e maximi viri per vnius Mulieris aspectum ceciderint, vt videre est *Ge*
Vers.2. *cap. 34. Cap. 38. v. 15. &c*: quid à nudi Corporis inspectione timend restat? & *qui amat periculum, peribit in illo.*

2. Quomodocumque explicetur, est saltem contra honestatem,
22.q.145. art.1. honestas & Virtus secundum *D. Thomam* eædem sunt, licet nominibus stinctæ, ergo erit etiam contra Virtutem, cuius contrarium non est vitium.

Cap.13. 3. Quando Sapiens dicit: *Qui tangit picem inquinabitur ab ea*, hoc n ti S.S.P.P. de Mulierum attactibus exponunt, ab Apostolo edocti: *Bo est homini Mulierem non tangere*: & illo Psalmi 118. *Averte oculos meos ne deant vanitatem*, vndè cum per Hospitalium Religiosas, & pruder matronas, similes inspectiones fieri possint, sine ratione & necessitate sibi Medici assumunt.

SED CONTRA Facit Apostolica Aucthoritas 1. Corinth. 12. & reli *Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his h onorem abundun*

vem circumdamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed Deus temperavit corpus ei cui deërat abundantiorem tribuendo honorem, vt non sit scisma in corpore, sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra. Vbi per Membra inhonesta ait, *D. Thomas*, intelligit membra turpia, quod si mysticè per Membra homines omnes capiamus, qui vnum corpus 22.q.145.
Christi constituunt, docemur proximo nostro succurrere, & tan- art.2.
quàm vnum membrum pro alio esse sollicitos.

CONCLVSIO.

Vrgente necessitate licitum est Medicis, cum discretione & modestia, etiam inhonestas partes inspicere, & tractare.

SIcuti cum Confessarijs, eadem certè ratione, pessimè ageretur cum Medicis, si Victoriæ merita, pugnarum discrimina non compensarent. Sed hinc Magistratui etiam incumbit, vt Reipublicæ suæ de talibus Medicis provisum sit, qui honestis parentibus nati, probèque educati, illæsæ famæ sint, integri vitæ, scelerisque puri: quod si huic officij sui parti desint, *Lues morum*, inquit Plinius, *non aliunde maior, quam è Medicina* futura est Lib 29.
quando videlicet nequiter à talibus exercetur, qui, vt *Mantuanus* ait, Eclog.6.

...... Tangere Venas
Nonnunquam illicitas audent.

Medici itaque, præcipuè Iuniores, quorum ætas, vt *Seneca* loquitur, Epist.68.
adhuc non despumavit, & vitia primò adolescentiæ fervore indomita nondum lassavit; hi vultu ad maturitatem composito, si quis Casus, de quo agimus ocurrat, leui oculo (si fieri possit) videnda perstringant, Castaque Manu tam honestè tangenda contrectent, vt petulantia nullum ipsis dedecus adferat, & Modestiâ sua, patientium Verecundiam solentur: quippe qui Conscientiæ suæ quietem, bonamque apud Vulgus famam aucupare student, *Oculos habent & non videbunt, Manus habent, &* quasi *non* Psal.113.
palpabunt. Chyrurgi quoque, vbi ad tam scabrosum opus se accingunt, pangant *pactum cum Oculis* suis, & Sampsonis infortunio doceantur, quantum etiam inter Forcipem, & Novaculam valeant Lenocinia. Nunquam Genes.38.
subrideat Facies, sed rugosam potius severitatem contrahat, Oculus eorum simplex sit, Os eorum à lascivis fabulis, salsisque facetijs, ne dicam omni scurrilitate, abstineat, quæ sæpe acrem sui memoriam relinquentes, similes Subsannatores cum damno suo invisos reddunt.

Maius periculum timendum, si Chyrurgi Tyrones, iunioresque famulos

los adducunt, quare nunquam id fieri deberet, quoties vllo modo ill
carere possent;

Iuvenal. Satyr. 14.
...... Quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac pravis omnes sumus.

Nec facile elabuntur, per angustos Oculorum meatus intromissa, vn
dè tam magnum sæpe scandalum in illis timendum est, quam parvum ad
iutorium ab eis expectandum, quæ rationes eundem Satyricum dicer
coëgerunt.

Maxima debetur Pueris reverentia, si quid
Turpe paras.

His ad præcautionem præmissis, patet nihil prorsus peccati latere
quotiescumque Medici, non lasciviâ stimulati, sed ex Artis officio, &
necessitate compulsi, etiam obscena visitant, & oculari inspectione gra
vissima accidentia, Mortemque ipsam aliquando præveniant: vndè *Sere*
Sammon.

Summa boni est alacres homini contingere visus,
Quos quasi custodes, defensoresque pericli,
Prospiciens summa natura locavit in arce.

Ne verò cuiquam vllum hac de re dubium reliquum sit, maioris Med
22. q. 167. art. 2. corum tranquillitatis ergo, nobis D. *Thomas* certa signa enumerat, ex qu
bus cognosci potest, quandonam vitiosum & peccaminosum sit studium
aut diligentiam circa sensibilia agnoscenda ponere, & adhibere, hoc enin
dicit contingere dupliciter, vno modo, si cognitio sensitiva non ordinatu
in aliquod vtile, sed potius avertit hominem ab aliqua vtili consideratione
Alio modo, si cognitio sensitiva ordinatur ad aliquod noxium, sicuti in
spectio Mulieris ordinatur ad Concupiscendum, ita ille. Qui iam non v
det similes Oculares inspectiones, & Manuales etiam contactus, aliquar
do vtiles non solùm esse, sed & necessarios, legat *Epistolam* 22. Sapienti
simi Naturalistæ *Seneca* in qua sic habet: Non potest Medicus per Episto
las, Cibi aut Balnei tempus eligere, vena tangenda est: vetus proverbiu
est *Gladiatorem in arena capere consilium*: quæ verba non difficile est ad pr
positum nostrum applicare, cum vel *Livio* teste, Vulnera sanari non po
3. Decal. lib. 8. sint, nisi tacta, & tractata fuerint: vtque hoc honestiore, quo fieri po
test modo contingat, hortatur etiam Ethnicus noster *Hyppocrates*, qui disc
pulos suos in Pudicitiam & Castitatem iurare voluit verbis in præc
dente Quæstione expressis: & alibi rursus: Cum ægris, ait, Medico no
parum est commercij, illi enim huic sese tractandos submittunt, isq
Lib de Medic. nunquam ferè non cum Mulieribus, & Virginibus conversatur, resq
magni pretij contrectat, à quibus omnibus se temperare debet. Ideò te

Pa

Pausania Lacedemonij Esculapium Agnitem colebant, quia Agnus castus Herba est Castitati amicissima, pruritum Libidinis extinguens. Ideo in Galliarum, & Italiæ quibusdam vniversitatibus, vbi quis Doctoratus Medicinæ Laureâ decoratur, tunc Lumbi, Renesque (in quibus maximè Incontinentiæ focus) Zonâ castitatis vel catenâ aurea (vti Lovanij fit) succinguntur, ait *Ranchinus*. Itaque ex *Arnaldi de Villa-nova* consilio, Medicus sit honestus in thalamis, delitescat in eo flamma Libidinis, & alibi clarius ferè idem repetens: hoc unum, ait, præterea moneo, ne Medicus ægroti, vel ancillam, vel filiam, vel vxorem respiciat Oculo Sinistro, nec Cupido, ne funis eum decipiat Mulierum. Cuius auream doctrinam dolendum quod tam malè in Medicorum opprobrium secuti fuerint Dydimon quidam apud *Laërtium*; Apollonis apud *Ctesiam*: Vectius Valens apud *Plinium*, Eudemus apud *Tacitum*, aliosque videndos apud *Meyboom comm. in Iusiur. Hypp. c. 17.* Audacter itaque, vbi rationes vrgent, nec aliter, sine notabili patientis detrimento, cum discretione, & pura mente, castos Oculos, Manusque admoveat, cautè prospiciens, ne lubrica Caro, vel minimam complacentiam ab illo, aut superfluam curiositatem, vltra id quod ex officio faciendum, nequiter extorqueat. Insurgat *Dæmonium* illud *meridianum*, concupiscat *Caro adversus Spiritum*, excitentur in parte animali inordinati motus: tempestas est strenuè & masculè superanda, & absque voluntario consensu nullum invitum naufragium timendum: nec ideò officij partes omittendæ, nemo enim coronabitur nisi qui legitimè certaverit. Si quis tamen ob ingentem obiecti pulchritudinem, vel propriæ infirmitatis conscientiam, moraliter certus esset sese tentationibus succubuturum, & probabiliter Carnis adulationibus non restiturum: pedem potius Arenæ subtrahat, quam indomitæ Libidinis bestiæ victoriam cedat; itaque probet se vnusquisque, & expensis viribus, & experta fortitudine, tam anceps certamen suscipiat: tum loricâ timoris Domini sese muniat, & convenientibus huic rei secum conceptis præcatiunculis, Dei adiutorium efflagitet.

In Laconio

Comm. in Iusiur. Hyp. lec. 7.

Lib. de Calculo cap. 3.

Lib. de Cautel. Medic.

In Diogene

Lib. 17. de Reb. Persar

Lib. 24.

Lib 4. Annal.

Notandum præter varios Morbos, & Accidentia quæ circa illas partes contingere nata sunt, hanc Pudendorum inspectionem in varijs casibus adhuc locum habere, quamvis, & hi rari sint. In primis, quando dubitatur vtrum Virgo aliqua violata sit, nec ne; vel vtrum Matrimonium inter duas Coniuges fuerit consummatum: deinde quando viri capacitas ad Copulam habetur suspecta: cum enim hæc iudicari sine partium inspectione nequeant, illæ necessariò inspiciendæ sunt, vti docent *Hostiensis*, *Ioannes Andreas*, *Sanchez*: idemque fiebat olim ex institutione *Platonis*, & apud Romanos etiam fuisse observatum, patet ex *L. fin. C. quando curator*, *Gloss fin. C. Puberes de Spons. impub. Francisco Marco*: Iam verò propter has rationes, simi-les

C. Puberes n. 1. N. 1. de Matri. lib. 7. disp. 104.

Lib. 11. de Leg. Decis. Parlam. delph. 678.

les inspectiones adhibere improbant communiter Theologi, & Canonist
L. 2. de Arbitrar. cent. 1. casu 58. & *Menochius* multa ex *Tiraquello* adfert, ad probandum huius inspection
dedecus & inhonestatem.

Instit. quib modis tutel. fini in princi. Imò ipse *Iustinianus* Corporis inspectionem propter hanc causam, ide
improbat, vt Pudori parcatur, & honestas servetur: quanto ergo magis a
Ecclesia improbanda est.

Advertendum hic ad postremum seriò ad has corporum inspectiones, no
promiscuè, & indifferenter, sed cum electione vocandos esse Viros co
scientiosos, & notæ probitatis, magnæque experientiæ & doctrinæ, q
(si de Virgæ virilis erectione est quæstio) partes illas tantum demulcean
attrectent, quantum ad erectionem eius solum requiritur, sic vt ad exc
tiendum semen non sufficiat, quod nullo omninò modo reor esse licitur
quandoquidem de Arrectione, non de Seminatione sit quæstio, de qua nem
pe ipse vir iudicare potest, cui sub iuramento credendum: hoc addito, quo
tali modo Semen effundens, non semper capax sit illud intra ipsum vas mu
lieris eiaculari, eo quod debet modo, vndè illa probatio equidem ess
frustranea.

Matronæ insuper quæ in illum, vel similem finem adhibentur, sint gra
ves, Conscientiosæ, & practicæ, ne illicita vel inexperta curiositas nefan
da committat, aut ignorantia Iudici imponat, de quo suo tempore con
Lib. de Virginis. C. 13 questum *Augustinum* legimus dicentem: Obstetrix etiam virginis integrit
tem cuiusdam manu velut explorans, dum inspicit, perdidit. Cæteroqu
omnibus hisce cautionibus adhibitis, si debito mòdo & dexterè fiat, **Non**
turpe Medico cum loquitur de rebus Venereis, de amplificanda virili virga,
constringendo muliebri vase ...... quoniam sunt ex causis quibus pervenitur ad gen
Tract. 1. cap. 44. ***rationem***, inquit, *Avicenna Fen. 2. lib. 3.*

Resp. ad Argum. 1. Quamvis Medicus moraliter certus esset, ex simili in
spectione pravos Concupiscentiæ motus causandos fore, dummodo omn
Curiositas, & Lascivia absit, non tenetur illam propterea omittere, sicuti e
D. Thoma, *Soto aliisque*, de Pollutione diximus ex licito studio provenien
te: quod clarum sit in Confessionem excipientibus, qui ideò non tenentu
abstinere, sed in simili pugna victoriam ambire. Quod Cham attinet, no
nisi propter petulantem visionem, & irrisionem, fratribusque cum ca
chinnis ostensionem fuit maledictus, non enim externa sensatio, sed inter
na prava mens, & intentio peccaminosa est, per quod respondetur ad al
Scripturæ loca.

Ibid. Art. 2. in corp. Ad 2. Secundum eundem *D. Thomam* inter honestum, & Spirituale De
corum nullum est discrimen, Decorum autem, sive Pulchritudo Spiritua
lis in eo, dicit, consistit, quod conversatio hominis, sive actio eius

ben

benè proportionata, secundum Spiritualem Rationis claritatem: honestas autem quam cum Virtute confundit, est, quæ secundum Rationem moderatur omnes res humanas, quare si iam eiusmodi Medicorum Attactus, & Inspectiones, secundum rationem ita moderatæ sint, vt necessitatis limites non excedant, ipsos nomine Virtutis, honestatis, & Charitatis dignari debemus.

Ad 3. Dico illud locum habere vbi tam leve malum est, vt ab eo nullum notabile vitæ, vel gravioris morbi periculum timendum sit, quod prudentis, & pij Medici iudicare est: vbi verò maior doctrina, & perspicacior experientia requiritur, ad Medici officium pertinet, ita vt Scripturæ loca allegata sano sensu de ijs solum intelligenda veniant, qui Picem, vel Mulielierem, indebito modo, attingunt.

QVÆSTIO XXI.

An Medico liceat ratione sanitatis Virginale claustrum alicuius solvere?

ARgum. 1. Non videtur maius peccatum esse Claustrum Virginale, quam Apostemata, & Tumores contra naturam aperire: Contrapertiones, Incisionesque in corpore facere; quod enim aliqui putant, Virginitatem in Carnis integritate consistere, falsum esse patet ex *D. Augustino* dicente: *quod Pudicitia quam importat Virginitas, consistat in Anima.* Ergo non in Corpore. *Lib. 1. de Civit.*

2. Licitum est Medicis, neglecta Parte, Toti prospicere, nam vt *D. Augustinus* ait: *Desinunt esse peccata, quæ propter graviora vitanda suscipiuntur, sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnum, quod propter maius bonum amittitur, ne gravius amittatur* ergo & isto membro posthabito, potest Medicus toti corpori prodesse. *Epist ad Public.* *Tom. 2. opusc. 12.*

3. *Caietanus* disputans, vtrum Maleficus cogi possit, vt signa auferat & Maleficium solvat, resolvit affirmativè ex hoc fundamento: Destruere, inquit, & solvere Maleficium, non est opus Malefici vt talis, sive in quantum Maleficus est, sed hominis scientis impedimentum proximi sui: vnde videtur iam sequi à pari, destruere, & solvere vinculum Virginitatis, non est opus violantis vt talis, sive vt violator est, sed in quantum est homo sciens, & auferens impedimentum sanitatis,

SED CONTRA faciunt D. Augustinus lib. de Virginitate Cap. 8. tom. 6. dicens: *Virginitas est Continentia, qua Integritas Carnis ipsi creatori animæ, & carnis vovetur, consecratur, servatur.* &

D. Thomas 22. q. 152. a. 3. ad 2. *Quamvis alicui habenti alias virtu... desit materia Virginitatis .f. Integritas illa Carnis, tamen potest id, qu... est formale in Virginitate, habere, nempe in præparatione mentis prædi... integritatis conservandæ propositum, si hoc sibi competeret.*

CONCLVSIO.

Virginem per Medicamenta violare, ordinariè nefas est; pote... tamen casus assignari, in quo absque vllo peccato liceret.

OCcasionem huius Quæstionis dederunt varij mulierum morbi Vter... ni, quibus medendi gratiâ sæpe suppositoria Vulvalia, aut noduli, ... Medicis *Pessaria* dicti, ipsi Matricis collo induntur; imponuntur infundib... la ferventibus ollis imposita, per quæ appropriatæ Decoctionis vapor... ad ipsum Vterum sublimantur, injiciuntur illic Enemata per Catheteres &... atque his, quia continuum solvere, partium integritatem auferre na... sunt, in Virginibus vti non licet; sive enim (ne prolixi simus) in Pe... licula illa tenia, *Hymen* dicta; sive in Caruncolorum Myrtiformium arc... connexione; sive (quod mihi probabilius) in rugositate quadam co... Matricis venulis intertexta, Virginitatem consistere dicamus, cui subscri... bunt *Valesius*, *Horatius Augenius*, *Alphons. Fontecha*, *Petrus Garzia & ali...* certum est illam per instrumenta hæc intrinsecus applicata, summo peric... lo exponi, non quoad Materiale Virginitatis solum, sed etiam & Form... le. Pro quorum faciliore intellectu notandum est ex doctrina *D. Thomæ* d... plicem dari Virginitatem, vnam Formalem, quæ nihil est aliud, qua... propositum abstinendi perpetuò à delectatione Venerea: alia est Materiali... & hæc est Integritas corporis & carnis absque omni experimento Venere... delectationis: quandoquidem nunc per supradictorum Mediorum applic... tionem, natæ sint Carnis aliquam titillationem & pruritum experiri, no... licet similia in virginibus adhibere, itaque & illud hic locum obtinet, *qu... Deus coniunxit, homo* nisi per Matrimonium *non separet*: Quod ipse *Hypp... crates* noster Medicis expressè inculcat, nam cum varia applicanda & im... ponenda Vulvis remedia præscripsisset, addit: *Atque hæc quidem Vidua f... cito* (vel coniugatæ) *Virginem autem vt viro cohabitet persuadeto, at Vter... verò nihil adhibeto*, quod religiosè Medicis omnibus observandum, quia fat... commune & obvium est, Virgines, & Veneris expertes, torsionibus, va... poribus Vterinis, alijsque histericis passionibus esse obnoxias, quibus su... currendis, nobis sufficientia alia remedia non desunt.

Lib. de sac. Phyl. c. 25. Tom. 2. Epist. 1. c. 4 Spec. medic. Christ. lumin. 3. Ad Galen. de loci aff. disp. 67. cap. 1 loc. citato. Lib. de Nat. Muli.

Sed non quælibet Medicina competit secundum quemlibet statum Infi... m...

nitatis, inquit *D. Thomas*: & *Caſſiodorus* Ægris non vna cauſa ſalutis eſt.... hic Lavacra mollia, ille Ferrum quærit ad Vulnera, & varium poſcit Remedium diverſa qualitas paſſionum. Quid ſi Virgo hernia ingenti, Calculo, alioúe periculoſo morbo laboret, à quo ſine Materialis illius Virginitatis læſione curari non poſſet? hoc caſu indubiè lædentem neceſſitas excuſabit, etenim tunc ex *D. Thoma* doctrina conſiderandum venit, quod Integritas membri corporalis per accidens ſe habeat ad Virginitatem, in quantum ſcilicet per hoc (ſequitur paulò pòſt) quód ex propoſito voluntatis abſtinet quis à Delectatione Venerea, remanet Integritas in Membro corporeo. Vnde ſi contingat (nota) quod per alium modum, aliquo caſu Membri Integritas corrumpatur, non magis præiudicat Virginitati, quam ſi corrumpatur Manus, aut Pes: & non minus clarè *S. Auguſtinus Illa Membra poſſunt diverſis caſibus vulnerata vim perpeti: & Medici quandoque ſaluti opitulantes, hac ibi faciunt, qua horret aſpectus: Obſtetrix etiam Virginis Integritatem cuiuſdam, manu velut explorans, dum inſpicit, perdidit: & his non opinor quemquam tam ſtultè ſapere, vt huic periiſſe aliquid exiſtimet, etiam de ipſius Corporis ſanctitate, quamvis Membri illius Integritate iam perdita.* Vnde procul omni dubio manſit Virginitate illibata, quamvis corpore lacera, honeſta puella quædam, quæ cadens, ſtipitem à pueris terræ impoſitum, in Matricem ad fundum vſque ita infixit, vt Chirurgi manu extrahi curaverim, & accommodata cum turundis Medicamenta imponi, & Chatere iniiei.

3. p. q. 8. a. 4. ad 2. 9. ep ſt. — 2. 2. q. 152. art. 1. — Reſp. ad 3. — Lib. de Virginitate cap. 13. in princ. tom. 6. & Lib. 1. de Civit. Dei.

Neque Virginitatis virtutem offendunt Atretæ, id eſt Imperforatæ illæ, quæ ſe actui coniugali adaptari patiuntur: quia ſimilia remedia tantum doloris adferre nata ſunt, quantum ad delectationem Veneream reſtringendam eſt ſatis. Imò quamvis corpus debito modo conſtitutum haberet, ſed maritus non poſſet adimplere Carnalem actum cum Virgine vxore ſua, ſed bene cum corrupta, tunc Medicinaliter, inquit *D. Thomas*, aliquo inſtrumento poſſunt Clauſtra Pudoris frangi, nec eſſet (addit) contra Naturam, quia non fieret ad Delectationem, ſed ad Medicamentum. In his & ſimilibus caſibus quamvis alicui materia, Virginitatis deſit, id eſt prædicta Integritas Carnis, poterit in quo totum eius Formale conſiſtit poſſidere, eo modo quo dictum eſt hic ſupra.

Suppl. q. 58 art. 1. ad 5.

Quandoquidem contraria, apud Philoſophos, ſub eodem genere collocentur, non extra propoſitum fore iudico, ſub hac quæſtione etiam indagare, num Medici, aut Obſtetrices Virginibus corruptis præſtolari poſſint, vt vitium ſuum tegant, & Virginitatem mentientes, maritis imponant? Si enim Virginitas, vti ſupra dictum eſt, nihil ſit aliud, quam labiorum & Matricis colli compreſſio; *ſymphiſis*, & coaleſcentium partium anguſtia; illa ſicut dilatari & diſtendi, ita aſtringentibus etiam comprimi, & coadunari poteſt:

§. Sed contra.

test. : atque hac virtute astrictoria valuit apparenter fons *Canathus* ille ap
Argivos olim, cuius Aqua lotam, nova subinde quotannis Virginitatis gl
ria Iunonem repubescere, narrant Graecorum fabulae, vti refert *Pausani*
eiusque mentionem etiam facit *Ambrosius*. Ad hanc Quaestionem lego A
ctores cum hac distinctione respondentes, si corruptae alicuius, viro ia
desponsatae, propter Virginitatem amissam, periclitetur Vita, vel Fam
illam tunc similibus remedijs vti posse sustinet *Doctor de la Camera complute*
Petrus Vasquez, & *Fontecha* : hoc periculo absente, nulla modo reme
haec adhibere posse tenet *Franciscus Torreblanca* quia non licet mulieribus h
mines seducere, quin teneantur de Dolo, cum aliud agitur aliud similat
L. 1. §. 1. de dolo L. rei commun. L. merito D. pro socio : ad quod Stelliona
crimen spectat illud *P. Costalij*

O quoties facili mentita puella marito est,
Falsa colorata signa pudicitiae!

Sed, bona veniâ Clariss. Virorum, ego videre non possum, qu
simile disiunctum membrum arte reunire semper non liceat : semper en
vbi sponsus bona fide procedens corruptam invenit, si non immineat p
eisè Vitae discrimen aut honoris, timendus est continuus rancor, Amor
coniugalem per assiduas rixas, Zelotypias, improperia, & convitia turb
turus, quorum malorum evitatio tam bona esse videtur, vt Doli vel Imp
sturae malum facile compenset. Deinde finis hic bonus est, nempe omne
moris & Concordiae extinctivum avertere, medium est licitum, nam licet
lis corrupta nunquam vellet Matrimonio iungi, tam bene illas laceras p
tes potest reunire, quam si in alia parte corporis forent. Praeterea si mu
laxior fuerit, & mariti Penis tam exilis, vt delectationis defectu ab am
vxoris divertatur; vel in ipso actu propterea seminatio non sequatur, qu
non sufficienter irritetur, apud omnes Theologis receptum est, in simili
su mulierem Pudenda, vel manu, vel arte posse constringere, vt viro p
ceat; sicuti Exanthemata corporis, Maculas, Rugas in ventre post part
relictas, aliasque foeditates corrigere, non solum potest, sed etiam in c
scientia tenetur, si maritum id aegrius ferentem advertat.

Maior autem longè difficultas tunc foret, si quis cum Titia, cum
conditione Sponsalia iniuisset: Contraham tecum si per inspectionem
tronarum, aliamve licitam, & honestam indaginem, te Virginem in
nero : atque Titia tunc ante inquisitionem, ita arte astrinxisset corpus
à matronis nulla corruptio adverti posset : nam hanc conditionem non
iici cum honesta sit, & Contractum Matrimonialem non suspendere,
nent ex Casuistis *Alexander de Nevo*, *Anthonius Cucus*, ex Theologicis
liarchus, *Petrus de Soto & alij* : & revera tunc quae ex *Torreblanca* alle
vin

Lib. 2. de reb. Corint Pe. fin — *Tract. ad virg. cap. 8.* — *Specul. medic. Christ lum. 3.* — *Lib. 2 de Magia cap. 19.* — *In Pegm.* — *N. 9. & 11* — *Lib. 5 instit. Mor. tit. 11 n 15* — *De off sacerd. tom. 1 part. 2. lib. 2. cap. 1.* — *Lect 3. de Matrim.*

vimus de dolo, locum habere iudicarem: alias semper ob bonum finem esse licitum.

Sed petes, an in casu ex *D. Thoma* hic supra allegato, vir ad virginem impotens, non autem ad corruptam, propria aucthoritate, digitis, vel instrumento ad id apto, Claustra huiusmodi Virginis à se ductæ non posset reserare, vt sic possit matrimonium consummare cum nullius auxilio indigeat, qui se ipsum iuvare potest? Respondeo quod timendum sit hoc sæpius contingere, & quamvis aliqui Theologi id videantur concedere, meo iudicio male fit & illicitè, nisi fortè maritus ille etiam in Medicinæ arte esset debitè instructus, nam vt alibi dicemus, diiudicandum est, an in illo remedio, quod adhibetur, non sit periculum magni damni vxoris: an suaviore medio id fieri non possit: an non fiat ex solo Maleficio, & non vitio naturali, an defectus ex parte mariti sese non teneat, & in illo mederi non sit? quæ omnia non nisi à Medicinæ peritis trutinari possunt, & examinari, vti bene advertit *Sanchez*: consulunt enim, insignes Theologi, quoties suspicio est, fore vt vir instrumento aliquo defloret vxorem, confugere ad remedium quod datur *Cap. cum locum*, nempe vt ab invicem separentur, donec Lis decidatur, aut detur plena securitas: iniusta autem esset separatio, si viro id propria aucthoritate liceret, quia tunc tantum vteretur iure suo. Hæc sententia quamvis plausibilibus, & fortè non contemnendis argumentis arietari posse videam, securius tamen, & honestius defenditur ab *Hostiensi*, *Sanchez*, *Brunell. &c.* allegata. *De Matrim. lib. 7. disp. 83. n. 29.* *De Sponsal* *Cap. fin. n. 10.* *Loco cit.* *De sponsal conc. 28. limit. 5. n. 22.*

Respond. ad Argum. 1. In primis istis alijs Incisionibus, & Adapertionibus, nullum annexum esse circa venerea delectationis periculum, in cuius abstinentia, totum latet Virginitatis formale: Ad Augustinum dicendum cum *D. Thoma*, quod Pudicitia sit quidem Essentialiter in anima, Materialiter autem in carne, & similiter Virginitas: unde idem *D. Augustinus* alibi: licet Virginitas in carne servetur, ac per hoc corporalis sit, tamen spiritualis est quam vovet, & servat Continentia pietatis: de qua spirituali Virginitate in conclusione egimus. *22. q. 152. a. 1. ad 2.* *Lib. de virginit. c. 8. tom. 6.*

Ad 2. Partem aliquando negligere propter Totum, non est malum nisi negativum, hoc est minus bonum, non tamen peccaminosum: at verò præter casus in conclus. allegatos Virginem violare, & solvere illius Integritatem, non solum malum positivum est, sed & maius illo, quod præcavere studemus, vnde si non licet facere mala, vt eveniant bona, multo minus mala, vt contingant peiora.

Ad 3. Primò quia maleficus nequiter, & iniustè mali causam posuit, ideo etiam cogi potest, vt auferat, quod non obtinet in Medicina. Deinde, quod argumenti iugulum petit, signorum Ablatio, honestissimum Remedium

dium huic malo est, Defloratio non item: imò quamvis id scirem ipsu per novum Maleficium facturum, ipsum vrgere non desinam, sicuti & Iu ramentum à Iudæo, vel alio quopiam per falsos Deos iuraturo, extor quere, sufficit enim honesta alia, & licita media dari, si illis vti velint Medico verò si nulla nisi iniqua via ad sanitatem pateat, & media non der tur nisi illicita, debet & tenetur à tali curatione totaliter abstinere.

QVÆSTIO XXII.

An Medicus ratione sanitatis cuipiam possit consulere Matrimonium.

ARgum. 1. Consilium debet esse de meliore bono, sed Castitas virgina lis melior est, & præstantior Continentiâ coniugali, secundum *D.* 22.q.152. art.4. *Thomam*, ergo Medicus non potest consulere Matrimonium.

2. Apparet hæc quæstio frivola, & videtur in contrarium neminem ab ill abstinere posse, quod ita probatur: Sicuti olim ad conservationem Indivi Genes.2. dui Lex data est *De omni ligno quod est in Paradiso comede*: ita ad conservatio Genes.1. nem Speciei alia Lex lata fuit: *Crescite, & multiplicamini*: sed naturales h Leges æqualiter obligant, ergo sicut aliquis qui ab omni omninò cibo abst neret; peccaret contra bonum Individui, ita alius qui ab omni generation abstinet, peccat contra bonum Speciei.

3. Matrimonium olim tamquam inhonestum & impudicum habitum fuis ex eo patet, quod Bigamiam signum lubricitatis, & Incontinentiæ ess Lib.2.cap. 1. Apolog. pro Chris. In lib. Iu ris orient. dixerint Romani, teste *Valerio Max.* Athenagoras appellat secundas nuptia *Honestum Adulterium. Constantinus Porphyrigenita* comparationem facit inter La trinam & Secundas nuptias; nam sicut illa, dicit, non fit ad ornamen tum domus, sed ad deponenda excrementa; sic Ecclesia has tolerat, no vt laudetur, sed Concupiscentia habeat, vbi ardorem impudicum extin guat: quia autem in speciei interitum totum Coniugium abolere non po terant, illud omni quo potuerunt dedecore affecêre & ludibrio, & v Lib.6 de Civit.Dei cap.9. narrat *Augustinus*: In solemnitate nuptiarum adhibebatur Priapus nimis ma culus, super cuius immanissimum, & turpissimum fascinum sedere nov nupta iubebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum, ita ille. erg neque nunc alicui videri deberet res tam honesta, vt cuiquam illam consuler in conscientia liceat.

4. Imò videtur quod Coniugium absolutè quid mali sit, nam vt prover de Puer. Bap. bium habet: *Mulier est malum necessarium*, & D. Augustinus: *bene vtitur ma lo, Concupiscentiam restringendo Connubio*, ergo illud persuadere cuiquam non li cet.

SE

SED CONTRA est Glossa ordinar. super illud Genes. 19. In Monte salvum te fac: *Virginitas altus Mons est, ad quem Angelus hortatur, sed qui videt se non posse ascendere, maneat in Segor, id est in legitimo Matrimonio.* & D. Augustin. de S. Virgin. *Felicior est Mulier nupta, quam Virgo nuptura.*

CONCLVSIO.

Medicus quibusdam casu & respectu licitè Matrimonium consulit.

VIrginitas docente *D. Thoma*, ordinatur ad bonum Animæ secundum vitam contemplativam, quod est cogitare ea, quæ sunt Dei: Coniugium autem ordinatur ad bonum Corporis (quod est corporalis generis humani multiplicatio) & pertinet ad vitam activam, quia vir & mulier in Matrimonio viventes, necesse habent cogitare quæ sunt mundi, itaque quantum Divinum bonum humano; bonum Animæ, bono Corporis, & bonum Vitæ Contemplativæ præferendum est bono Vitæ Activæ, tantum Virginitas est Coniugio præponenda, quod magnum Divinarum rerum contemplationi, per quam tamen Deo propinquius accedimus, impedimentum adfert. Nihil esse sentio, dicit *Hypponensis Antistes*, quod magis ex arce deijciat animum, quam Blandimenta fœminea, Corporumque illi contactus, sine quo vxor haberi non potest: ex quibus facilè colligendum, quam iustè Romana Ecclesia, per *Consilium Tridentinum*, erroneam illam *Ioviniani* opinionem, & post eum *Lutheri*, hæreseos damnavit, qua posuit, Virginitatem non esse Matrimonio præferendam. Verum cum *Vnusquisque proprium Donum habeat ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic*: & quamvis *divisiones gratiarum sint, idem est spiritus, idem Deus qui operatur omnia in omnibus*: & paulò pòst, *Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ?* quasi dicat non omnes debent esse Virgines, non omnes Coniugati, sed quisque ad quod vocatus est, officio fungatur, ideo *Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem*: verum quidem est, vti monet *Paulus Silentiarius*:

22.q.152. art.4. — *1.Corint.7* — *lib.1 soliloq.c.10.* — *Sess.24. can.10.* — *1.Corint.7 ibid. vers. 12.* — *ibid.cap. 12.v.7.*

Virginitas pratiosus honos, sed vita periret,
Si foret in cunctis Virginitatis amor.

Itaque, ad Virginitatem vocatus es? virtus est in genere Castitatis excellentissima. Ad Matrimonium? Ecclesiæ Sacramentum est à Deo institutum. Ad hanc vt nos excitaret exemplo suo Christus Virginitatem servavit, Matrem Virginem elegit: ab hoc ne nos deterreret, Coniugales nuptias sua præsentiâ honorans, primum liberalitatis miraculum exhibuit: & sicuti

Virgines delectationibus Carnis non gaudent, ita Coniugati Carnis tribu lationibus affliguntur. Virgines in Cælesti quietudine, ac Divina suavitat animæ salutem operentur cum Confessoribus: Coniugati in lenta patientia & constanti fortitudine, salvent se cum Martyribus. Hæ Agnum sequen tes in iubilò, mentis contemplatione cælum perambulent; hi Mundi mali fortiter superatis, illud cum violentis rapiant, quisque suæ vocationi in tendat, & ab *Epicteto* discat, *Nostrum esse datam personam benè effingere illam autem eligere, alterius.* *Nec est impar meritum Continentiæ in Ioanne,qu nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios generavit*, ait D. Augu stinus, & *Clemens Alexandrinus Episcopus* adversus Nuptias spernentes scri bit in hunc modum: *An & Apostolos improbant? Petrus etenim ac Philippu & vxores habuerunt, & filias etiam viris nuptum dederunt.* Quod magis e tanta olim fuit, non in Veteri dumtaxat Instrumento, sed & Novo Matri monij dignitas, vt cum sacerrimo Sacramento Ordinis, ipsoque Sacerdo tio, per Mille & Quinquaginta Annos non fuerit incompatibile: nam cu olim teste *Gratiano*, habita Nyceæ Synodo agitatum esset, vt Sacerdote Diaconi, & Subdiaconi se cum vxoribus non amplius commiscerent; re clamante in primis Paphnutio Antistite, ex Ægypti Patribus, viro San cto ac cælibe, qui iam tum, (sicut ex historia *Rufini* constat, miraculis cla rebat) vnicuique horum facultas facta, vtrum mallet, hoc est Cæliba tum, an Matrimonium sequendi, & ita Sacris initiati Matrimonium con tinuarunt: & quidquid Syricij primi, Pelagij, Calisti, Eugenij, Melden sis, ac Carthaginensis Synodorum Constitutionibus, ac Legibus decretu fuit, non ante Pontificatum *Gregorij* VII. qui Anno Salutis 1074. est Pon tifex creatus, Coniugium occidentalibus Sacerdotibus adimi potuit: quo verissimum esse testatur *Leo* IX. qui paulò ante Gregorium supradictu Sedem Apostolicam tenuit, vbi adversus quemdam Abbatem Nicetam no mine, ita scribit: *Omninò confitemur non licere Episcopo, Presbytero, Diacono propriam vxorem causâ religionis abijcere &c.* Hæc prolixius dedu cta, à Confessarijs benè animadverti velim, ne Zelo Castitatis indiscreto ita Virginitatis excellentiam extollant, vt Matrimonium infra suam dignita tem deprimant, quod aliquoties non sine scandalo me intellexisse reco dor. Bonum est Coniugium, inquit *S. Gregorius*, sed mala sunt quæ cir illud ex huius mundi cura succrescunt. Hinc fit quod pluribus iunioribu suadeatur Virginitas, non vt divinorum contemplationi melius vacent,se mundi tribulationem solummodo evitent; quod, quid aliud est quam fo midine Pænæ,non Virtutis amore, sese Castitati consecrare, cum tame per multas tribulationes oporteat nos intrare in Regnum Dei. Si quis via laboriosam æstimat, suæ desidiæ est accusator, inquit *Chrys.* quod pro ill

anno

Margin notes: Enchrid. cap. 23. — lib. de bono coniug. cap. 21. — Vide Euseb. hist. ecclesiast lib. 3. — Distinct. 31. — 12. Morali — Sup. Mat

annotandum benè, qui celibem vitam, aut monasticam religionem minorennibus suadentes, non nisi status huius quietem, facilitatem, aliave commoda proponunt: non nisi Matrimonij molestiam, solicitudinem, & tribulationes enumerant, nulla prorsus de Virginitatis præstantia, de Castitatis prærogativis, de Munditia Cordis, facta mentione, propter quæ sola tamen, Celibatus Coniugio præferendus, nam in aliquo, quocumque tandem mundi huius statu, omnia adversa evitare, nec hominibus possibile est, nec animabus salutare. Ad propositum itaque *Menander.* *Apud Stoba.*

Atqui nihil vsquam, Simijle, invenias boni,
Cui nulla se mali admiscuerit portio.
Mulier opipara, res molesta est, nec sinit
Virum pro arbitrio vivere; hæc eadem tamen
Sua commoda adfert: liberos, mersum gravi
Morbo maritum curat familiariter,
Nec conflictantem cum fortuna deserit. &c.

Divinum itaque Virginitatis donum, nec omnibus dat, sed *spiritus vbi vult spirat*: nec omnibus convenit. Si quis ex illa gloriaretur, huic ait *Augustinus*: Coniugium humile melius est Virginitate superba, & si quis viribus suis diffidat, & Tentationum procellas cum difficultate tolerat, Coniugij portum petat, consulit idem *sacer Antistes*, sciens pessimè Coniugatos habiturum, si in Matrimonij statu salutem operari non possent, sicuti vnusquisque in vocatione sua: in domo enim illa paterna *Mansiones multæ sunt*, quare quisque suo genio relinquendus, ac divinæ inspirationi comendandus. *Vbi necessitas imponitur Castitati*, inquit, adhuc semel Augustinus, *Authoritas datur libidini, itaque nec Casta est, quæ metu cogitur, nec honesta quæ mercede conducitur*: quod vltimum propter illos homines addere voluit S. Pater, qui solius commodioris, & iucundioris vitæ motu, statum Ecclesiasticum præ cæteris eligunt; similes Sichemo, inquit *Petrus Camus Episcop. Bellovacensis*, qui non pro Regno Cælorum, sed ad habendam Dinam sese passus est circumcidi. *In Ps 33.* *Lib. de Virginit.*

Vt iam ad Quæstionem propositam categoricè respondeamus, cum tam multis hominibus propter animæ infirmitates à *S.S.P.P.* Coniugium suadeatur, & hoc idem Medico propter Corporis Morbos & defectus particulares Matrimonium aliquibus consulere, non est illicitum, non tanquam Virginitate præstantius, sed Infirmitati Corporeæ salutarius. Ideò *Hyppocrates* ab vtero, vt plurimum ægrotantibus Virginibus consulit, vt aut sanguinem sibi mitti patiantur, aut certè virum experiantur: cuius dicti rationem adfert *Ioan. Stephani*, nempe quod maritus non enervus, muliebrium malorum non infrequenter esse soleat Curatio suavissima: & certè si secundum commu- *Lib. de Virg. morb.* *In Theol. Hypp. c. 4.*

 nem

nem Theologorum sententiam, quibusdam casibus alicui consulere que vt relicto maiore malo, faciat minus: non difficile erit casum inveni in quo consulere possim, vt relicto eo, quod generaliter, & absolutè quendo melius est, arripiat minus bonum quidem etiam generaliter, & solutè, non autem particulariter, & respectivè: vbi enim duo Præcepta æqualiter obligant, quibus simul satisfacere non possum, non pecco gendo commodius & facilius, præcipuè, si hic & nunc, rationes sint, circumstantiæ, propter quas hoc potius, quam illud iudicem expedi ergo multo magis mihi illud ipsum licet, vbi duorum Consiliorum da electio: vndè vegetioribus iuvenibus, & salacibus puellis ex continent seminisque corruptione, aut retentionè varijs infirmitatibus subiectis, li Medicus connubium suadens ait, *Melius est nubere quam vri*

Vreris? vxorem ducas, non expedit vri:

Vxorem ducas, hæc erit instar aquæ.

Lib. de bono Con'ug. c.16. tom. 6. Nam vt *S. Augustinus* ait: Quod est cibus ad Salutem hominis, hoc Concubitus ad salutem humani generis etiam pro vt illud invenitur in individuis Petro, Paulo, Agnete & sic de cæteris enumerandis: & qu omnem scrupulum, si quis reliquus sit, eximere potest, sunt verba illa i *1. Tim. 5.* perativa Apostoli: *Volo iuniores nubere, filios procreare. Mercurius Trismegi* docet liberorum procreationem apud sapientes præstans studium in vita e in extrema verò omnium calamitate, & impietate eos versari, qui absq liberis è vita decedunt: & similia plura videnda sunt in *Platone lib. 6. de l* Nicol. Cragium *lib. 3. de Republ. Lacedem.* Sinibaldum *lib. 2. Geneantr tract. 3. cap. 1. & 2.* Quibus omnibus hoc ex Hypponensi antistite *de San Virgin. cap. 30.* corollarium adde: *Neque enim sicut non Mechaberis, non Occi ita dici potest, non Nubes, illa exiguntur, ista offeruntur.*

Certè quamquam minus honesti apparent Matrimonij actus, propt effrænam illam quam semper coniunctam habent delectationem, inqui *Suppl q. 49. a. 4.* *Doctor Angelicus*, proles tamen, ac Fides & Sacramentum ipsum, non ta tum excusant, sed & Sanctum reddunt. Trahatur ergo iuventus Castimo nij suavitatis odore, non autem à Matrimonio tanquam re illicita, aut ho renda avellatur, cuius arduo statui, nec pro anima meriti, nec pro co pore deëst felicitatis occasio: & quid ni meritorius esset status ille, qui i signium ac Sanctorum omnium est Seminarium? quod si & nequam ex e proveniant, non ideò magis quam Fæcundus Ager culpandus est, per cui Triticum, & Lolium erumpit: vndè patri familiæ vti magna cura, sic etia nova promerendi ratio accedit, vbi Zizaniæ, quam pessimus homo semina vit, evulsioni incumbit, naturæ prolium pravitatem arte corrigens, malas incl nationes proba educatione mortificans, & exemplari sua vita veram Fidem, Timorem Domini inculcans,

Quo

Quod ad Bona Corporis attinet, & illa etiam Matrimonium suppeditare, benè instruit *Menander* apud Stobæum supra citatum: quod idem apud *Tacitum* paucis, sed nervosè confirmat Valerius Messalinus dum ait: *Revertentibus post laborem, quod honestius; quam Vxorium levamen?* Ideò Dominus Deus illam *Adiutorium* marito *simile* nuncupavit, quia nempe In gaudio Applausus, in fletu Solatrium est, in labore Requies, in libidinis æstu Temperies, ipsa rigat quod est aridum, lavat quod est sordidum, breviter

Lib 3. Annal.

Genes. 1.

..... Thalamos cui fata dederunt,
Si prudens, ornata bonis si moribus vxor,
Prospera compensat duris, & tristia letis.

Cui contrarium accidit, in hoc sese consoletur, nullum in hoc mundo statum esse ab omni calamitate, & molestia liberum, & vt esset, ad æternam beatitudinem non fore conducibilem, vndè finio cum hoc *Susationis* apud Stobæum

Hesiod. Theogo.

Audite populus quæ Susarion dictitat:
Malum, Quirites, Mulier: interea tamen
Coli panates nequeunt, absque isto malo:
Malum est vxorem ducere, & non ducere.

Resp. ad 1. Quamvis Coniugium non sit absolutè melius Virginitate, potest tamen hic & nunc esse melius respectivè, respectu nempe ad illum habito, qui cum summa tum spirituali animæ, tum corporali sanitatis difficultate, Virginitatem colit, nam teste ipso Apostolo: *Melius est nubere quam vri*, ergo in illo licitum est Medico Matrimonium consulere.

1. Cor. 7.

Ad 2. dico Præceptum obligare dupliciter, vel vt impleatur ab vno, sicuti Præceptum illud legis Naturæ homini datum de Comestione, illud sine peccato omitti non potest, sed necesse est vt ab omni, & singulo adimpleatur: vel obligat vt impleatur à multitudine aliqua, sicuti præceptum Legis naturæ homini datum de Generatione, ad speciei conservationem, & ad illud implendum, quilibet de multitudine non tenetur; cum enim multa sint multitudini necessaria, inquit *D. Thomas*, quæ ab vno fieri non possunt, satis Præcepto fit, dum vnus hoc, alius illud facit.

22. q. 152. ad 1.

Ad 3. Fateor Secundas nuptias olim apud multos Ethnicos tam malè audivisse (sicuti insinuant *Tertullianus. Tacitus & alij*) vt S. S. P. P. odium illud mitigare, & avertere coacti fuerint: ex Decreto *Concilij Nyceni Cap.* 8. Novitiani qui se appellabant Virgines & mundos, hàc conditione in Ecclesia recepti sunt, vt Polygamos saltem non dedignarentur: & *S. Hieronymus*, *Damnamus secunda Matrimonia? minimè, sed prima laudamus*, inquit.

In exhort. ad Castitat. item. Lib. de Monomag.

Lib. 2. Annal in fine.

Ad 4. Vox *malum* ibi explicanda est negativè, hoc est minus bonum, sicuti supra diximus, & tunc per allegata tantum probatur, Castitatem meliorem,

Lib. de Monom.

ac

ac præstantiorem esse absolutè, non autem respectivè. Institutor Matrimonij Deus est, & cuncta quæ fecit sunt valde bona, vnde idem *August.* ait: *Acceptum tempus, immisceri desiderijs perdere non debes, quia quam cito transeat nescis: si enim Deus hominem in voluptate carnis nollet, in ipso humani generis exordio, masculum & fœminam non fecisset.*

de Conflict. vitior.

QVÆSTIO XXIII.

An Medicus aliquando possit impedire Conceptionem?

ARgum. 1. videtur quod sic, nam Matrimonium non solum est institutum ad procreandas proles, sed secundum *D. Thomam, omnes Theologos*, ad mutuum obsequium, & iuuamen, ad remedium Concupiscentiæ: quod clarè dicit Apostolus: *Propter Fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat*: atqui isti fines haberi possunt, absque eo quod fiat aliqua Generatio, ergo videtur posse impediri id, quo absente etiam Matrimonij fines obtineri possunt.

2. Nunquam certius impeditur prolis Generatio, quam per abstinentiam ab vsu Matrimonij, atqui illa abstinentia inter coniugatos non solum est licita, sed secundum *Magist. Sententiar.* & *D. Thomam* sine carnali commixtione est Matrimonium sanctius, ergo si liceat ponere impedimentum maius & certius, licebit & minus certum v. g. per Remedia procurativa Sterilitatis.

Lib. 4. dist. 26. §. G. suppl. 42. art. 4.

3. Quædam Regis Hispaniarum filia, Regisque Angliæ vxor, sciens & videns Sobolem omnem Regiam in Hæresi educari, dolebat ex corde quotiescumque sese Vtero concepisse advertebat, dicens sese rursum Infantem gestare Inferno, atqui melius esset si homo ille natus non fuisset, ergo in tali casu licebat ipsi Conceptionem, & per hoc maius malum impedire.

4. Si teneamur impedire omnem iniquitatem & peccatum, possumus impedire illicitè quibus ea inseparabiliter annectuntur, sed Iniquitas & peccatum annectuntur necessariò conceptioni humanæ, secundum illud Psal. *Ecce enim in Iniquitatibus conceptus sum & in Peccatis concepit me matre mea*; ergo possumus & Conceptionem impedire.

5. Secundum communiorem Theologorum sententiam, quibusdam casibus licet procurare Abortum, sed maius malum esse videtur, Fœtum expellere iam formatum, quam impedire concipiendum, ergo saltem in illis casibus in quibus licet maius, licebit & minus.

SED CONTRA facit illud D. Augustini lib. 2. de morib. Manich. *Matrimonium non est, vbi datur opera ne fœmina pariat.*

QVÆ

CONCLVSIO.

Nullo modo licitum est conceptionem per Medicamina impedire.

NAtura providens ne quod animalis genus periret, quod propter corporis imbecillitatem, aut vitam breviſſimam aut prædam fortioribus, erat futurum, ijs omnibus aſſidui interitus remedium excogitavit fœcundam ſcilicet generationem, ait *Pergamenus*. Vnde tam naturalis eſt omnibus vniuſcuiuſque ſpeciei ſuæ conſervatio, vt non animalia ſolum ſibi ſimile gaudeant procreare; ſed ad inſenſibiles quoque creaturas ſeſe propagationis deſiderium extendat. Ideo arbores fructus & Nucleos, Laurus Baccas, Hedera Corijmbos, & vnaquæque, quatumvis minuta herbula, ſemen profert, vt hærede ſurculo, morientium plantarum orbitatem pellens, ſe quaſi immortalem per huiuſmodi continuatam ſucceſſionem reddat. Hac fortè ratione motus magnus ille *Mercurius Triſmegiſtus*, à Lactantio firmiano inter Sybillas & Prophetas numeratus, ſcripſit, vt adhuc alibi retulimus: Liberorum procreationem apud ſapientes præſtans ſtudium in vita eſſe: in extrema verò omnium calamitate, & impietate eos verſari, qui abſque liberis è vita diſcedunt. Vnde tam contumelioſum in veteri Inſtrumento fuit improlem eſſe, vt vel morte prævenire optarent ſterilitatis opprobrium; quod, quaſi & ipſæ irrationales beſtiæ averſarentur, loquitur Martialis

Lib.14. de Vſu Part.

in Pymäd.

In Steriles campos nolunt iuga ferre iuvenci.

& tanquam malorum omnium complimentum *Iſaias* ſceleſtæ Babyloni minatur *Venient tibi duo hæc ſubito in die vna, Sterilitas & Viduitas.* nempe *Cap.47.*

Inſtructa inopia, miſeraque eſt felicitas,
Divitiæ hæredem cum non inveniunt ſuum.

Stob.tit. 75.

Verum eo progreſſa corrupto hoc ſæculo eſt humana iniquitas, vt honori etiam ducant clam peccare, & duplicato ſcelere, ſcortationis pœnam ſterilitate antevertere potuiſſe:

Et iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantum artes huius, tantum Medicamina poſſunt,
Quæ ſteriles facit.

Iuvenal.

Enimverò ſepoſitis adhuc omnibus tam ſimplicibus, quam compoſitis pharmacis, naturaliter infœcunditatem procurantibus, impeditur conceptio his duobus modis præcipuè: Primò ſi ita contraveniatur modo concubitus naturali, vt ex natura facti generatio ſubſequi nequeat, qualem

congrediendi modum (præter effusionem seminis extra vas debitum quam sub Pollutione comprehendo) malitia fortè adinvenire posset. D inde si fœmina statim à coitu mingat, sese erigat, aliudúe faciat quo semen receptum expellat : quæ omnia secundum communem Theologorum mortalia sunt, si ex malo fine procedant, alias propterea mulier po actum coniugalem, se diutius anxiè à mingendo, vel commodo corpo situ continere non obligatur sicut docent *Sanchez*, *Gabriel*, *Petrus Soto* *Enriquez*. & nullo modo audiendus est *Angelus* verbo *Debitum num.* 27. c cens: sustineri posse non semper esse mortale, si per vnum ex nomina modis mulier semen expellat ex iusta causa, quia nulla causa potest hoc i stificare, quod semen suo debito fine frustretur, & eandem hanc sente tiam *Paludano* *Sylvester* falso imponit.

Lib 9. disp. 20. num. 1. & 3. 4. dist. 31. quæst. vnica a. 2. post 6. cócl. coroll. 5. sect. 16. de Matrim lib. 11. de Matrim. cap. 16. n. 8. de homicid 4. dist 34. in exposit. litt. præcepto 6. Lib. 2. de Matri. num. 17.

Pessimus omnium, quo conceptio eluditur modus est, quando id per potionem, vel Medicamen Sterilificum, quod semper & vbique mo tale esse pro indubitato habeo : & *Cap. Si aliquis* deciditur illum vt hom cidam teneri, qui huiusmodi potionem propinat, quia data operâ imped tur semen alterius partis à naturali generationis fine, nam illud in vase co rupto, & incapace infundi velle, parum ab eo distat, quod est extra v effundere ita *D. Thomas*, *Margarita Confess.* *Navarra*, *Ledesma &c*: Quib omnibus non obstantibus, tanquam probabile sustinere conatur *Sanche* quod mulier vim passa statim ab actu, antequam semen possessionem Vte acceperit, licitè illud possit eijcere, & ita ferè argumentatur à pari : lic privata aucthoritate furem in continenti, vbi furtum arripuit, percute donec in loco tuto constitutus sit, & hoc vocari Defensam, ergo & pr mum vocari debet Defensa. Quamvis casus hic ad Medicos non pertinea hoc tamen obiter dixero, esse magnam inter casus illos disparitatem, salv meliore, quod ex hoc exemplo nihil videatur rectè inferri posse, quàm lam omni modo posse suum corpus tueri, & in illud ingressum inhibere etiam virgam manu extrahendo, vt ipse dicit, etiam cum seminis super te rarn effusionis periculo, quia hoc verè est furem percutere, antequam loco tuto est : emissum autem à viro iam semen, sive retineatur, sive rei ciatur, nec ad violationem delendam (quia iam illa præterijt) nec ad pro prij honoris restaurationem, nec ad inferendum damnum opprimenti (qua ob rem solam Iura percussionem furis admittunt) quidquam conferre po test ; quare si fiat, quod moraliter agenti, violatori nempe, imputandu est, cum actus sint suppositorum, hoc semen naturaliter agens, luit iniust itaque Turpius eijcitur, quam non admittitur.

Maius dubium est vbi fœmina propter infirmitatem quandam, aut mor bum in vitiata figura per partum sese mortis periculo exponeret, an tur

sci

ſcilicet ſterilificum venenum aſſumere, Sterilitatem procurare, & interim debitum marito ſecurè poſſet reddere? pro parte affirmativa videntur facere **Palludanus, S. Antoninus, Caietanus, Sa, Sanchez. Armilla &c:** ſuſtinentes non peccare maritum mortaliter, qui inceptam copulam ante ſeminationem abrumpit, ne proles generetur: Deinde **Sanchez** putat paupertatem, aut numeroſam prolem, aut ſedando concupiſcentiam incontinentiæ obviare & ſimilia, iuſtas cauſas eſſe concumbendi, & ſeminationis ſuſpendendæ, ſi mutuus conſenſus adſit: Sed hi omnes ſupponunt, quod fœmina per imperfectum illum Veneris actum, non poſſit ipſa ſemen emittere, & quod omne Pollutionis periculum abſit ab vtroque, quod tamen (vti benè notat **Layman**) moraliter loquendo ſemper adeſt: adeo vt citatorum Caſuiſtarum doctrina iam allegata, rariſſimè in ipſa praxi locum habeat, valde cautè, & cum magna diſcretione ſimilia ſunt vulgo communicanda, ne frequenti peccandi periculo ſe exponant: & vt dicta ſententia vera ſit, non tamen inde ſequeretur, mulierem Sterilitatis Venenum poſſe aſſumere: in vno enim caſu tantum illa faciunt, quæ Matrimonij libertas illis indulget, quandoquidem ſimilis copula inter illas blanditias & contactus annumeranda veniat, quæ abſque Pollutionis periculo ad continuandum Amorem, ſedandam Concupiſcentiam, & ad futuram aliquando perfectam copulam ordinantur; vtraque parte, poſt ſimilem actum, adhuc in integro ſuo ſtatu, & vigore permanente, nulla vel parva vi naturæ illata: quæ in alio caſu non fiunt, cum per potionem Sterilificam, & Venenoſam, vel pro ſemper, vel pro tempore, Naturam corrumpat, quod nunquam licet.

In 4. diſt. 31. q. 3. art. 2 caſu 5. part. 3. tit. 1. §. 6. Lib. 19. diſp. 7.

Lib. 3 ſect. 4. n. 19 §. illud.

Dicit **Sanchez** citatum **Cap. Si quis**, non habere locum, vbi vita matris ſalvanda, cum expreſſe habeatur: ***Si aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida tenetur.*** Ad quod reſponderem, quod Capitulum hic rationes frequentiores, magis obvias, & ordinarias tantum exprimat, nempe Libidinem quam aliqua explere ita deſiderat, vt per ingravidationis abſentiam, equidem occultum maneat; vel Odium, tanquam ob quas plerumque ſimiles potiones, & bibuntur, & propinantur: & quod alia ratio, nempe Defendendæ Vitæ, ſit ſatis difficulter conceptibilis: vel enim impedimentum illud, quo minus nempe mater poſſet abſque vitæ periculo conceptam prolem eniti, erat ante Matrimonium manifeſtum, & tunc debebat à matrimonio abſtinuiſſe: vel in Matrimonio ſupervenit, & innoteſcit, & illud (quodcumque fuerit) non poteſt periculum vitæ ita moraliter certò futurum indicare, quia ordinariè remedijs illi obviari poteſt, nam indicans tam ingentis periculi, eſſet vel partus præcedens, quæ illam huic diſcrimini expoſuiſſet, ſed ex illo nullo

 modo

modo inferri poteſt, & ſequentem talem etiam futurum, cum ferè omne partus ſint ſibi diſſimiles, docente Autopſia: vel eſſet morbus aliquis ex fi gura illarum partium vitiata, v.g. ingens Hernia, & tunc accomodatis vincu lis, tam aptè conſtringi poſſunt, vt viderim honeſtam matronam ingen herniâ laborantem, ſeptem vel octo proles ſine vlla ferè difficultate eniter tem: vel vlcus aliquod aut tuberculus eſſet in ipſo Vteri collo exiſtens, ſe hi morbi ſui ipſius ſolam ablationem indicant, non autem conceptionem im

Controv. 82 pediendam fore ſignificant, vti rectè monet *Ioan. Baptiſta Silvaticus* Nequ verba *Ariſtotelis* hic vllum poſſunt excuſationis pallium adferre, dum ait: S

Lib. 7. Polit. cap. 16 mores inſtitutioque Civitatis prohibeant natos exponere, ac multitudo tant prolis alicui contigerit, vt duplicatus ſit filiorum numerus (nam is defin tus eſſe debet) ad multitudinem nimiam evitandam, antevenire oportet, v non concipiantur: hæc inquam nemini eo patrocinari poſſunt, quod ve Phyloſophus hic tanquam Ethnicus, vt erat, fuerit locutus, vel vt veroſimi lius eſt, quod medium à nobis iam ſuggerendum adhiberi voluerit nempe ſi ſupervenienti huic vel ſimili, impedimento, vllis reme

Inſtruct. ſacer. lib. 5. cap. 6. §. 3. dijs occurri non poſſit, & tunc ego concluderem cum *Franciſco Toleto* illam tenere ab actu coniugali omnino abſtinere debere: non enim pote petere debitum, per quod ſe exponeret mortis periculo, vt ſupponimus poteſt negare quia illa pars non cenſetur irrationabiliter invita, quæ inde no tabile ſanitatis detrimentum, ne dicam vitæ, eſſet paſſura: deinde occur runt hic quaſi duo Præcepta, quæ ſimul adimpleri non poſſint, nempe No Occidendi, aut Mutilandi, quod eſt naturale per-ſe, & hoc maius eſt quar Reddendi Debitum, quare poſterius, tanquam minus, in illo caſu omit tendum.

4. diſt. 35. a 2. Pro alia ſententia videntur facere verba *D. Thomæ*, quibus in vetul Matrimonium ideò approbat, quia illis poteſt eſſe, inquit, in Remediur Concupiſcentiæ, quamvis non poſſit eſſe in Officium Naturæ, idem te

In epiſt. ad Rom. cap. 4. Cap. 8. §. 2. n. 11. net alibi *Covarruvias*, & alij docentes, Matrimonium etiam inter ſterile eſſe validum, dummodo uterque capax ſit ad copulam, idque propte rationem *D. Thomæ* allegatam, ergo ſola copula ad eſſe Matrimonij, no generatio prolis requiritur, quæ tantum per accidens ſeſe habet, in ord ne ad illud, nempe quæ poſſit ſine Sacramenti præiudicio adeſſe, vel ab eſſe, & per conſequens ſine culpa impediri. Reſpondeo negando illan Conſequentiam, non enim dico eſſe contra valorem Sacramenti, aut i lud dirimere contractum, aut impedire contrahendum, ſed illam morta liter peccare, quæ ſe Sterilem redderet voluntariè, Naturam nempe nota biliter corrumpendo: aliud enim longè eſt, à Natura Steriles validè poſſ contrahere, & Matrimonio iunctos ſe Steriles facere; nam v. g. valid

con

contrahit vnicum tantum Manum habens, nemo tamen potest sibi Manum vltro amputare: quod si fecerit, permanet quidem Matrimonium validum, at ipse Mutilans peccat mortaliter: replicabit aliquis, supponimus quod non Mutilet se sine maxima causa, v. g. etiam vt salvet totum corpus & vitam, ad cuius salutem licitum est membrum aliquod extirpare? dico magnas esse inter casus hos disparitates, quamvis non ita prima fronte apparentes: In primis illud membrum Manus v. g. vel Pes, Gangrænâ incurabili affectus, quasi invasor & hostis est, quæ vis, si vi non repellatur, erit causa eius mortis primaria, & principalis: hoc autem minimè dici potest, de fœcunditate istius mulieris, sed benè de mala corporis eiusdem constitutione, cuius nocumento per aliam viam, quam Mutilationem, vel Corruptionem obviari potest, nempe per cessationem à Copula: præterea, qui Manum talem sibi amputat, nemini incommodum nisi sibi adfert, nec vlli Tertio est iniurius, sicut esset mulier nostra in secundò casu, nam vt maritus in sterilificationem consentiat, fœcundo eius semini, prolique inde alias nascituræ infertur iniuria. Nec valet obiectio: si neget debitum, & impediat ius quod marito in corpus eius est, tunc ipsi marito erit iniuria existenti de facto, quod magis est quam si esset proli tantum futuræ; quia maritus illo casu ius suum aut dominium non perdet, sed eius vsus suspenditur, sicut in illis fit, quorum vxores continuò ægræ, vel furiosæ existunt.

Ad Argumentum 1. Finis primarius, & principalior Matrimonij est procreatio, & educatio prolium, hunc, secundarij fines iam dicti, concomitari possunt, non destruere: vel si contrahentium intentio directè tantum cadat super hos fines secundarios, aut vnum ex illis, & nulla prolium generatio sequatur, neuter peccabit, si nullum directè, vel indirectè impedimentum generationis, causamve sterilitatis voluntariè posuerit, nec alias à peccato mortali sunt immunes, vt docent *Caietanus*, *Sanchez*, *Toletus &c:* 22.q.154. a.1.ad 4. disp.20 nu 2. instruct. lib.5.cap. 6.

Ad 2. supponunt præcitati Aucthores, ex mutuo consensu, vel voto coniugatos abstinere, quæ abstinentia tunc eo sanctior, quo difficilior, quia

..... Tunc vivere castè
Asperius, cum prompta Venus.

Et Castitas Matrimonij vsu præstantior, vt *Quæst. præcedente* ostensum est: alias huiusmodi abstinentiam ipse Apostolus coniugatis dissuadet expressè: *Nolite fraudare invicem nisi fortè ex consensu ad tempus*: Deinde aliud est causam aliquam ex sancta intentione non ponere, & posita iam causa ex mala voluntate effectum eius impedire: Item ex voto ab vsu Matrimonij 1. Cor. 7.

ad tempus, vel in perpetuum abstinere, & posito Matrimonij vsu, p tentiam generativam velle extinguere, illud enim & laudabile, & hon stum est, hoc autem Mutilationis quasi species, ad Homicidium propinquan

Apud Stoba. tit. 72. Ad 3. Propter dolendum in argumento allegatum casum Catholica ha Regina dicere potuisset quod olim Euripides:

Ambiguus animi cernere haud valeo satis,
An sit propago Liberûm mortalibus,
An Sterilis evi vita fortunatior:
Conspicio miseros nulla queis proles domi est,
Sed nec parentum maior est felicitas.

Verum ratio impediendo conceptui non erat sufficiens, nam in prim melius est esse, quam non esse: deinde non est rarum in hæresi educat relictâ erroris semitâ, in viam regiam suæ salutis deduci, dummodo Divi lumini, obicem sua pertinaciâ non opponunt: nec credendum simile a xilium omnibus non dari, quandoquidem certum omnino sit, facienti qu in se est, Deum non denegare gratiam.

Ad 4. Respondeo Assumptum quidem esse verum, si Iniquitates, & Pe cata intelligantur actualia, quæ impedire ad huc in potestate nostra sunt, à voluntate nostra de facto dependent, ad impossibile autem nemo tenetu & quod factum est, in fectum fieri nequit, quale illud peccatum Origina est, de qua Propheta ibi agit.

Ad 5. Si in aliquo casu liceret procurare abortum quod postea dicetur, h ideo esset, quod quisque contra invadentem se cum moderamine inculpa tutelæ possit defendere, & quod fætus conceptus, seu infans matrem in pue perio occisurus, tanquam invasor habendus sit, quod nullo modo semi quadrat nondum concepto, cum illud periculum valdè incertum sit, vt conclusione dictum est, & remotum.

QVÆSTIO XXIV.

An Medico liceat Castrare hominem.

Collat. Nestorat. ARgum 1. Testes fomites sunt, & instrumenta peccato carnis nece saria, sed in collationibus Patrum dicitur, quod *Maius miraculu sit, de Carne propria fomitem eradicare Luxuriæ, quam expellere immundos sp ritus ex corporibus alienis*, ergo eximere Testes, aut castrare hominem, v detur omninò esse licitum.

2. Si Castratio esset illicita, ideò foret quod corpori hominum, a Naturæ eorum inferretur aliqua iniuria, quod depravarentur, fierentq

det

deteriores, sed contrarium ex eo patet quod Eunuchi tanti fiebant olim, quod ab Imperatore *Lib. 1. Cap. de commun. servo manumiss. & L. III. Cap. commun. de legat. & fideicomiss. Notarijs*, præferantur: & æstimabantur minores Decennio 30. Solidis, maiores nullius artis periti Quinquaginta: artifices verò Septuaginta, vbi aliorum servorum longè impar prætium taxabatur, ergo videtur quod beneficium ipsis fiat, non iniuria.

3. *Aristoteles* varijs locis docet Testiculos simpliciter non esse necessarios, sed tantum propter benè esse, voluit enim Testiculos fore quædam suspensoria, quæ pondere suo meatus inferius trahendo, stare cogerent apertos, & animalibus eos apponi, quemadmodum texentes lapides adaptant liciatorijs & generationem, illis ablatis, tantum remotè, & per accidens impediri, per meatuum quorundam conniventiam & conclusionem; quod ex eo confirmatur, quod animalia quædam, vti Pisces, Serpentes &c: absque Testibus generent, ita vt nec ad speciei conservationem videantur esse necessarij. *Lib. 3. hist. lib. 1. de gener.*

SED CONTRA Est illud D. Bernardi in Evang. 7. *Hostem crudelissimum circumferre cogimur, quem sustentare licet, non perimere.*

CONCLVSIO.

Paucis exceptis casibus, hominem Castrare nefas est.

QVam commune, & obvium priscis temporibus fuerit, homines Castrare, testatur tam Sacræ, quàm profanæ Historiæ frequens mentio: quinam verò primi crudelem hanc circa corpora humana lanienam instituerint, variantibus Historicis non liquet. *Stephanus de Vrbibus* cum alijs Persas primos viro privasse existimat, cui subscribit *Petronius Arbiter* his versibus:

Persarum ritu malè pubescentibus annis
Surripuere viros, exsectaque viscere ferro
In Venerem fregere.

Alij ad *Semiramim* Nini vxorem, & post eius mortem assumpto virili habitu Assyriorum Reginam referunt, vt *Ammianus Marcellinus*, vtramque famam posuit *Claudianus*.

..... Seu prima Semiramis astu *In Eutrop. lib. 1.*
Assirijs mentita virum, ne vocis acuta
Mollitus, levesque genæ se prodere possent,
Hos sibi coniunxit similes: seu persica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis vmbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri servire iuventam.

Imò nec ipsis mulieribus *Andromites* Lydorum Rex pepercit, sed primus Castrare iussit, vti narrat *Cælius Rhodiginus*, & hoc iam in Germania visu venire dicitur: de harum exsectionè legendus *Galenus* noster. Si quam autem, quod in Argumentis obijcitur, æstimationem apud exteras nationes vnquam nacti sunt Eunuchi, hanc Cyro & Semirami Persarum Monarchis debent, qui teste *Xenophonte*, & *Claudiano*, loco iam citato, custodiam curamque sui corporis Eunuchis commisere, & intimam aulam ex hoc semiviro genere constituerunt, nam ab eo tempore deinceps in aliquali honore habiti, sicuti nos docet *Tacitus* qui vbi de Abdo quodam, ademptæ virilitatis homine, mentionem facit, addit: *Non despectum id apud Barbaros, vltroque potentiam habet.* Hic obiter notandum, no hic Eunuchos cum plerisque Aucthoribus cum Castratis confundere, quamvis *Eunuchi* propriè illi dicendi sunt viri, qui sine Testibus nati sunt, sicut *Ectamiæ*, & *Castrati* quibus arte, aut casu Testes execti: *Thlasiæ*, *Thlibiæ* *Thladiæ*, quibus Testes attriti; *Spadones*, quibus vnus Testiculus tantum est ademptus, vti benè explicat *Chabotius*.

Lect. antiq lib. 20. cap. 14. — *Lib. 1. de semin. c. 16* — *Discipl. Cyri lib. 7.* — *in orat. Chrysanthe.* — *Lib. 6. Annal.* — *In Horat. Epod. 9.*

Ad rem redeuntes quantum malitiæ Castrationi annexum, ex ablatæ re præstantia, & ingenti damno inde consequente cognoscemus. Tantæ certe dignitatis in animalibus sunt Testes, vt *Galenus* ipse quasi dubitare visus sit an inter partes Principes numerandi essent, nec ne; & ipsum Cor excellentiâ non superent, dum ait: Hac parte Testes etiam ipso Corde sunt præstantiores, quod præter robur, ac caliditatem quam animalibus exhibent etiam generi conservando præsint, quam eorum facultatem insignem haud scio, quomodo neglexerint veteres, cum præter allegata beneficia & coëundi appetentiam suscitet, quod Cor ipsum exhibere non potest, quare illud quidem vivendi tantum, Testes verò benè vivendi principium fuerint, quanto autem melius est benè vivere, quam simpliciter & solum vivere, tanto in animalibus Testes sunt Corde præstantiores, ita ferè Galenus: & *Avicenna* dicit, quod Testis sit membrum nobile cum Corde continuatum: quam arctam connexionem præter quotidianam experientiam docent *Hyppocrates, Galenus, Avicenna, Paulus Ægineta, Laurentius*, & alij passim omnes, quare iam citatus *Galenus* illos secundum caloris naturalis fontem indigetat, & virtutem generativam in sese continere dicat mediatè saltem & quasi secundariò, vti benè explicat *Petrus Aponensis*: quomodocumque fuerit, si Testes pars Princeps non sint, saltem prima à Principe, quam sine notabili causa v. g. conservandæ vitæ, nemo lædere, multo minus extirpare potest, idque propter innumera, & ingentissima damna, ablationem illorum secutura: præterquam enim quod nullo modo generationi vacare, nihilque ad speciei conservationem conferre possint (quidquid *Aristotel*

Lib. 1. de serm. — *Lib. 3. fen. 2. tract. 2. cap. 1.* — *2. Epid sect 1. loco cit.* — *Lib. 3 fen. 20 tract 1* — *Lib. 3 cap. 54. 3. 2.* — *Differ. 36.*

stoteles locis supracitatis oggannat, vbi exemplum Tauri Castrati Vaccam insilientis exemplum allegat, quod doctè pro more *Conciliator* loco iam dicto refutat) teste *Galeno* virili robore destituuntur, perfrigeranturque, seu virium fomite, alteroque insiti caloris principio privati, neque ampla illis est Vena, neque validè pulsant Arteriæ, in vniverso corpore glabri, paucis, aliud quidpiam (nota) magis existentes quam Animal. Vndè per statuta *Concilij Niceni* Castrantes graviter puniuntur: & *L. ij quoque ff. ad L. Corneliam de Sicar.* omnes eadem pænâ multat tam qui Thlibias faciunt, quam qui Castrant. Ex quibus facilè colligere est, quam graviter peccarunt *Origenes* & Ægyptiorum olim Sacerdotes, quos *Langius* ex D. Hieronymo narrat, se modica Cicutæ sorbitione impunè Castrare consuevisse, & tamen, ne sic quidem Concupiscentiæ fomitem, ipsi animæ primariò inhærentem (vt in responsione ad argument. primum latius dicetur) eradicare queunt, etiam *Galeni* testimonio causam voluptatis referentis, quam ipsi Castrati in coitu persentiunt: vndè benè *S. Augustinus*, Vbi necessitas imponitur Castitati, auctoritas datur Libidini, itaque neque Casta quæ metu cogitur &c: deinde præterquam quod divinum Fœcunditatis beneficium destruat cum

Lib. 1. de sem.

In Decret. di. 55. Cap si quis abs. ci. & Cap si quis agr tud.

Lib. 1. Epist. 69.

Lib. 14. de vsu partiū.

Lib. de Virgin.

Claudian.

> *..... Fœcundum corporis ignem*
> *Sedibus exhaurit geminis, vnoque sub ictu,*
> *Eripit officium Patris, nomenque Mariti.*

Omnem, & totam corporis symmetriam Castratio evertit, totumque temperamentum, moresque ex eo sequentes immutat in peius, ita vt *Gregorius Nazianzenus* eos vocet inter mulieres Viros, inter viros Mulieres, ad patiendum magis, quam ad agendum promptiores, & Poëta

In Epitaph Basil. Magnus.

> *Hoc genus inventum est vt serviat.*

Alexander Severus tamen, apud *Lampridium*, dicit Eunuchos esse Tertium genus hominum, nec videndum, nec in vsu habendum à viris, sed vix à feminis nobilibus, idque propter ingentem fæditatem, mollitiem, & impudicitiam; quare Chærea *Terentianus* vocat Dorum Eunuchum inhonestum hominem, senem Mulierem. *Horatius* & *Catullus* illos Morbosos nominant: imò apud *Terentium* eidem Doro *Phædria* dicit .... *taces? Monstrum hominis*, vbi *Donatus*, bene Monstrum, inquit, quod nec Mas, nec Fæmina. Vndè tanquam abominabili pœna apud Ægyptios liberam violantes, Castratione puniebantur, teste *Alexandro ab Alexandro*, quod à Romanis quoque vsurpatum legitur, nam Bibiënus Carbonem deprensum Castrasse dicitur, & apud Græcos Dindymus tibicen Testiculis suspensus ex nomine multam tulit. Quod magis est, tam infame semper hoc genus hominum fuit, vt non solum antiquitus apud Ethnicos, sed hodierno tempore à Sacris administrandis eliminentur, nisi fortè ad Lepræ curationem (de qua mox la-

Act. 4. scen. 4.

Lib. 3. Genial. cap. 1.

latius) factum fuerit, quo casu quidam Canones dispensare putant, prius probatur ex versu hoc *Claudiani.*

Eunuchumque vetat Fastis accedere Ianus.

Posterius ex Canonibus Iuridicis. Ratio est, quod cum totum corpus per Castrationem effeminetur, & ipsius animæ actiones necessariò depraventur, teste *Galeno*, Muliebri enim ingenio fiunt, & Virili prudentia item destituuntur, vt *Leges Pompon.* §. *Spadonem L. Ediles aiunt* §. *sed enim L. si autem &c*: testamentum etiam illis condere prohibeant: adde quod, excussa rationis, & sapientiæ freno, omni vitio mancipentur. *Polemon* quidam scriptor antiquus, eos esse dicit immitis ingenij ac dolosi, facinorosos, scelestos, in honore constitutos cum temeritate vim inferre: & *Avenzoar Arabs* Testes, inquit, inter præcipua corporis membra recensenda sunt magna eorum virtus, nec oculta, etenim prætenuem in Eunuchis vocem audimus, malos agnoscimus mores, porro imberbes, rationis item pessimæ nec ferè inventus est quisquam exectus bonæ legis, aut intellectus non imminuti, hoc confirmat *Claudianus*:

Lib. de Anim. morum & corp mutua consecuti.

Lib. Natur sign. interprat.

.....Quid nobile gessit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit arces?

Et parum ante,

Adde quod Eunuchus nulla pietate movetur,
Nec Generi, Natisvè cavet.

Quod *Alexander Severus* supra citatus, sese non ignorasse ostendit, dum scribit: Eunuchos quos Heliogabalus, & in consilijs turpibus habebat, & promovebat, & donavit amicis hoc addito, quod si non redijssent ad bonos mores, eosdem liceret sine aucthoritate iudicij occidere. Quæ omnia cum nec ipsum Cyrum Persarum Regem laterent, (quandoquidem in oratione Chrysantæ apud *Xenophontem* apertè dicat Spadones apud omnes homines ita obscuros esse, vt nemo sit, qui non dignum se esse putet omni in re pluris esse faciendum, quam Spadonem) miror ipsum nihilominus tanquam fideles, & Heri sui amantes pro sui corporis custodia accepisse, nisi dicamus Cyrum, vti Turcarum Imperatorem hodie) id ex consideratione etiam Concubinarum, & Vxorum, quibus similes Aulæ scatebant, facere voluisse, quæ ab his, & similibus non essent corrumpendæ, & omni masculino genere remoto, modestè magis, ac castè viveretur, sed per simile medium, intentioni suæ satisfieri non posse, Cyrumque in eo magnopore decipi, patet ex Iuvenali:

Lib. 1. in Eutrop.

Lib. 7. de Discip. Cyri.

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barba,
Et quod abortivo non est opus.

Satyr. 6.

Quia

Quia, vt iam diximus, malevolenti non desunt nequitiæ instrumenta, & superstite in anima Concupiscentiæ fomite, innumeros lasciviendi modos invitè coërcita libido subministrat: Imò Veneris desiderium remanere, & augeri etiam dicit *Chabotius*, in illis præcipuè, quibus iam pubescentibus aut execti, aut elisi sunt Testes, quod nec Petulantes olim mulieres latuisse dicit *Iuvenalis* *In Horat; Epod. 9.* *Ibid.*

.... Illa voluptas
Summa tamen, cum iam calida & matura iuventa
Inguina traduntur Medicis iam pectine nigro:
Ergo exspectatos, ac iussos crescere primum
Testiculos, postquam ceperunt esse bilibres,
Tonsoris damno, tantum rapit Heliodorus.

Nempe vt

..... A Domina factus Spado dormiat ille
Cum Domina.

Vnus pro omnibus exemplum nobis erit Phavorinus ille, cuius frequens apud *Agellium* mentio, qui cum Eunuchus esset, adeò tamen fervidæ libidinis fuit, vt vxorem viri Consularis crederetur adulterasse, quo nomine etiam in iudicium adductus est, vt narrat *Cælius Rhodiginus*: & Græci quidam per nomen quod illis particulare attribuunt, significant non illos coitu privari, sed magis irritari, quod similiter *Iuvenalis* insinuat *Lect. antiq lib. 9. c. 12.*

..... Et si quando ad prælia ventum est,
Vt quondam stipalis magnis iam viribus ignis
Incassum furit.

His omnibus bene consideratis, tanta hominibus damna sine vlla corporis, aut animæ emolumento adferre, tam Canonici, quam Scholastici inhibuere Doctores: dico *sine emolumento*, cum casus inveniri possit, in quo ratione Totius, Membrum aliquod extirpare licet

.... Truncantur & artus
Vt liceat reliquis securum vivere membris, *Ovid.*

Atqui hos casus assignat Arabiæ Princeps *Avicenna*, inter quos, & hunc ad rem nostram facientem reponas, si quis Lepræ sanandæ causa sese Castrari curet, de quo vide *Tit. de corp. vitiat. 20. lib. decret. cap. 5.* *Lib. 3. Fen. 20. tract. 1. cap. 1.*

Quæri hic meritò potest vtrum Enteroceles curandæ gratiâ, liceret Spadonem quempiam facerè? vt Theologis res clarior fiat, notandum Enterocelem esse speciem istius Herniæ, sive Rupturæ, quæ Græcis Oschevocele dicitur, quod Latinè Herniam Intestinalem sonat; quando nempe intestina Ita Peritonæi processus. (per quos Vasa Spermatica, & Deferentia ad Testiculos descendunt) dilatarunt, vel rupertunt, vt intestinum, nobis *Ileum*

Lib. 1. Anatom. cap. 11. dictum (nam vt *Gasp. Bartholinus* bene advertit vix aliud hoc potest) i Scrotum delabatur. Vnus gravissimi huius morbi curandi modus est, vbi pe inguinis sectionem ad ipsa vasa spermatica, deferentia, & Peritonæi pro cessum, sive vaginam ventum est, omnia illa infra holosericum filum quo antea constringuntur, cum ipso Testificulo auferre, his ita præmissis Respondeo modum hunc Enterocelem sanandi esse planè illicitum, & v *Lib. 10. Controv Chi-urg. cap. 5.* *F enus* ait, horrendum, periculis plenum, hominem Sterilitatis pericul exponentem, & non nisi Agyrtis, & circulatoribus in vsum, præsertin cum alia media tutiora sint, & ad manum.

In Obser. sibi com. observ. 32 *Lazarus Riverius* narrat Maniacum adolescentem, post omnia etiam gra vissima remedia incassum tentata, fuisse Castratum; & hoc certè tam dete stabilis morbus (qualis Mania est) excusare posset, si sanationis, vel aliquali etiam spes affulgeret, sed, salvo meliore, simile remedium ad Manian nihil conferre, imo obesse magis iudicarem, cum vti iam diximus Natur imperfectior, imbecillior, & nimis parvanima reddatur, vt vel malo resi stat, vel sese extricet: deinde cum animo omnem hilaritatem auferens Me lancholiam inducat necesse est, vt etiam in adolescente illo contigisse iden aucthor asserit, nam Mania tantum in Melancholiam versa fuit.

Quæstio autem præsens maximè de illis est, qui per Castrationem, ve Libidinis extinctionem, vel Cantus conservationem, & excellentiam pro curare vellent, qui casus posterior, etiam his temporibus non admodum rarus, quamvis omnino certum sit similes exectiones totaliter esse illicitas: *22. q. 65. a. 1. cap 19* quomodo enim propter rem tam futilem fas erit, quod propter Animæ salu tem non licere, præter illa quæ dicta sunt supra, docent *D. Thomas*: & *Chry sostomus* exponens illud *Matthæi*: *sunt Eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum Cælorum*, dicit: Non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationem interemptionem. Maledictioni enim est obnoxius (nota) qui Membrum abscindit, etenim qui homicidæ sunt, talia præsumunt..... Neque Concupiscentia mansuetior ita fit, sed molestior. Aliunde enim habet fontes Sperma quod in nobis est, & præcipuè à proposito incontinenti (testiculi) comprimit tentationes, vt cogitationis frænum, hæc *Chrysostomus*. Plura de his, modisque, quo antiquitus fiebant similes Evirationes, docent *Paulus Ægineta lib 6. cap.* 68. Aristoteles *Lib. vlt. histor. animal.* Halij Abbas *Prac. l. 9. c. 53.* de nova autem praxi *Benedictus Sinibaldi*, *Geneantrop. lib. 3. tract. 3. cap. 1.* Brunus Longoburgensis *Chirurg. mag. lib. 2. cap. 13.* quem toto Cœlo errare (dum ait licitum est quandoque terræ Potentibus pro custodia suarum virginum homines hos habere) supra satis ostendimus propter illam ipsam quam præmittit rationem, nempe quia Castratio est res quæ destruit vel extirpat quod est in animalibus Naturale.

Re-

Respond. ad Argum. 1. Testes pro quibusdam Peccatis carnis actualibus sunt necessaria, non pro omni, quia non pro habituali, fomes autem secundum, *D. Thomam*, nihil est aliud, quam inordinata Concupiscentia habitualis sensibilis appetitus, & alibi dicit, quod causa Peccati propria sit ex parte Animæ, in qua principaliter est Peccatum: ita vt non magis per Castrationem peccandi voluntas adimatur, quam per pedum amputationem ambulandi desiderium: vnde natura, sine corporis, animæue salutis emolumento, nullo modo tam notabiliter depravanda.

Mag. lib. 2. cap. 13. 3 q. 27. art. 3.

1. 2. q. 87. art. 3.

Ad 2. Propter ingentem iacturam quæ Corpori, & violentia quæ Naturæ infertur, semper apud Christianos in foro interno fuit Castratio illicita, quare autem Romani, alijque gentiles illam admiserint, Castratosque plus æstimaverint, latius dictum est in conclusionis corpore. Ad Leges allegatas, hic obiter notandum, quod sicuti in hoc sæculo non proditor ipse amatur, sed proditio; ita tunc temporis Castratus econtra, non ipsa Castratio laudabatur, quod *Claudianus* clarè his verbis insinuat:

In Eutropio.

Advolat Armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire Mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium.

Adde Eunuchos, solo occursu tanquam infaustitatis argumento, fuisse infames, vt bene ex eodem Poëta annotat *Dempsterus*.

In addit. Rosin. lib. 3. cap. 8.

Ad 3. Dico Aristotelem fortè fuisse in illo errore, nam si hoc esset, nunquam redderetur quis sterilis per frigidorum super eos applicationem, vt Opij, Iusquiami, Mandragoræ &c: cum talia ipsorum pondus non minuant, aut impediant, quo minus vt ante sint suspensores, cuius contrarium tamen docet experientia. Præterea in Volatilibus constat Testes suspensione illa meatuum ampliativa carere, cum situs illorum intrinsecus sit, ita vt dorso firmiter adhæreant: vnde clarum, alium planè vsum Testes in generatione habere, nempe vt Spermatis materiæ, à toto corpore subministratæ, formam superaddant, & sicuti alia membra materialiter, ita hi semen & sperma generent formaliter. Ad aliud respondeo, quod Insectis, & imperfectioribus animalibus, non insint, tantum concludit illos non omnino simpliciter & absolutè in omnibus, sed secundum quid, & alicui, nempe perfectiori animali saltem, esse necessarios. Plura de his apud *Avicennam lib. 3. fen. 20.*

Tract. 1. cap. 1.

QVÆSTIO XXV.

An Medicus alterutri Coniugum mandare poßit, vt compart deneget Debitum Coniugale?

ARgum. 1. Vt Fornicatio evitetur, in Concupiscentiæ remedium, & liberis opera detur, tenentur coniuges ad Debitum sibi mutuo redd dum, inquit D. *Thomas*, atqui Medicus à neutro potest ius suum, & o gationem auferre, ergo &c:

2. Hoc ideo solum Medicis esset licitum, quod coitus noceret sani sed tantum abest quod esset insalubris vt *Paulus Ægineta* & *Petrus de Ab* eius iuvamina, & vtilitates enumerans dicat: reddit hominem Alacriore Audaciorem, minus Irascibilem, Ingeniosiorem, Moribus grauiore corpore leviorem, melius dormientem: Calorem excitat naturalem, eius firmat virtutes, confertque Melancholiæ, ac Renum doloribus, ægritudinibus Phlegmaticis, atqui omnia hæc ægris non solum conduc tia sunt, sed necessaria, ergo non est Venus propter morbum arcenda, per consequens Medicus illam inhibere non potest.

Lib. 1. c. 39 *differ. 124.*

3. *Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi*, sed Actus Coniuga bonus est & mæritorius secundum *D. Thomam*, omnesque Theologos, go dum possunt, illum exercere tenentur.

Suppl q. 91. a 4.

4. Omnibus consideratis, videtur quod Medicus non posset mand similem abstinentiam, sed tantum melioris ergo consulere, vti *D. Paulus* sinuat, cum nullo modo absolutè, sed cum restrictione, loquens ai *Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu* (compartis scilicet, & tantu *ad tempus*, & ne hoc Mandatum esse putarent vel Præceptum, addit e presse *hoc autem dico secundum Indulgentiam, non secundum Imperium* ergo n medici hoc mandare, aut vrgere possunt.

Corint. 7.

SED CONTRA est illud D. Thomæ in Supplem. q. 64. art. 1. in corp. *C uxor in viro* (& econtra) *potestatem non habeat, nisi quantum ad G nerativam virtutem, non autem quantum ad ea quæ sunt ad conservati nem individui ordinata, vir tenetur vxori debitum reddere in his quæ Generationem prolis spectant, salva tamen prius personæ incolumitate.*

CON

CONCLVSIO.

Tenetur Medicus de damno, & vtilitate Copulæ, coniugatos suos ægros admonere.

COniuges non ſemper ad Redditionem Debiti obligari, ex eo quoque clarum fit, quod etiam omnem Copulam carnalem ſtante Matrimonio licitè poſſint omittere, quandoquidem illa nullo modo ſit de eſſentia Sacramenti Matrimonij, ſicuti patet in S. Ioſepho, & Beatiſſima Virgine, inter quos verum & legitimum fuit Matrimonium; & quamvis hi ne conſenſerint quidem in Copulam, & Concubitum ſimpliciter: fuit tamen inter illos conſenſus mutuæ fidelitatis & educandæ prolis debitus, qui ad legitimum Matrimonium ſufficiunt: & quandoquidem abſente mutuo ad ſervandam Caſtitatem conſenſu, teneantur coniuges ſub mortali peccato, tam à petendo, quàm à reddendo Debito abſtinere, quando id ſine notabili ſanitatis detrimento fieri non poſſet, pœnes Medicum erit iudicare, quandonam tale damnum, aut periculum imminet: nam hic ægro ſub cura ſua & tutela commiſſo, non ſolum quæ ad recuperandam ſanitatem neceſſaria ſunt, indicare obligatur in conſcientia, ſed & illa, quæ vel præſentem auferunt, vel redeuntem impediunt; cum Copula, tanquam re indifferente & naturali quiſpiam ad bonum vti, vel malum abuti poſſit: perverſa enim eſt Natura noſtra, quæ omnia à Deo creata & ordinata integra, & bona, mala reddere poteſt, iudicium interpellante affectu; itaque quia Medicus eſt, ſalutaria, & inſalubria debet internoſcere; quia mandatis Divinis & Chriſtianæ politiæ ſubiectus, tenetur illa (quos ſub patrocinio ſuo ſuſcepit) ignorantibus indicare. Ratio autem quare ad Debitum reddendum non tenetur, poteſt eſſe duplex, nempe vel reſpiciens ipſam perſonam propriam, per ſe v. g. Morbus Impotentia, vel Debilitas, quæ de facto eſt, aut moraliter certò eſt ſecutura: vel reſpicit compartem adhuc ſanam exiſtentem, ſed per Copulam alicuius notabilis contagij periculo exponendam. Quoad primum ſi Impotens eſt, cum nemo ad Impoſſibile teneatur, nullo modo obligatur, ſed de hac impotentia agetur expreſsè: huiuſmodi autem morbi ſunt, Febres ardentes, Continuæ, Maraſmi; Colliquativæ, Malignæ, Peſtilentes; omnes Morbi acuti, Peracuti, extreme Peracuti, Vulnera mortalia, ingentia, præcipue Capitis, vti rectè inter alios advertit *Paulus Zacbias*; quibus adde febrem hecticam, Hydropem, formatam: imo ad Debiti negationem non requiritur quod hi, aut aliqui ex illis, Morbi de facto exiſtant, & præſenter, ſed ſufficit ex ſignis concomitantibus aut ſe-

Quæſt. Medico leg. lib. 3. tit. 1. q. 4. §. 16.

sequentibus, illos probabiliter esse timendos, prævias autem similes disp
Lib. 3. fen. 20. tr. 1. cap. 11. sitiones recitat nobis *Avicenna*: de hominibus dignior alienatione est C
tus ille, cui advenit post ipsum tremor aut constrictio anhelitus occulta,
pulsus Cordis & profunditas Oculorum, & destructio Appetitus cibi,
ius Pectus est infirmum aut debile; aut est debilis stomachi: quæ incomm
da cum infallibiliter, in convalescente ex quocumque gravi Morbo
Coitu timenda sint, Medici boni, inquit *Aëtius*, omnes eos iubent à V
nere abstinere, sive adsit quis ex prædictis morbis, sive timeatur.

Maior difficultas in Morbis contagiosis est, cum enim hi varij sint,
omne Contagium æqualem malitiam habeat, meritò hic inquirere lic
Epist. 1. ad Erost. quinam illi sint. In primis, omissa subtili *Capivaccij* disputatione, vtrum
quis Morbus sit formaliter Contagiosus, an verò solum Causaliter,
Concomitanter: deinde vtrum inquinamentum illud quod *Hyppocrates* M
bidas Excretiones, Effluvia, vocat & Miasmata, veræ substantiæ sint,
qualitates tantum: dicendum hic tantum iudico, quale, & quantum ill
malum sit, quod ex ijs infectos manet, tanqvam id à quo tota negandi
biti ratio dependet. Præcipui autem ex his Contagiosis Morbis sunt: Pes
Pthisis, Scabies, Ophtalmia, Lues venerea, Rabies Canina, Elephanth
sis, Lepra: In peste & Rabie Canina infectis, periculum mortis tam p
sens est, vt nullus dubitet, illos rationabiliter negare, quod tam bestia
ter peteretur. In Scabiè, quamvis consultius esset, & Charitati proxim
à sana comparte abstinere, absolutè tamen volenti, negare non est
conscientia securum: neque ex verbis his Iuvenalis.

.....Grex totus agris
Vnius scabiæ cadit.

Scabies est dicenda Mortifera, nam *cadere* ibi non Mori, sed è statu
tegro, & sanitatis possessione decidere est; & vt bestijs quibusdam leth
lis sit, hominem sæpè à multis morbis præservat, omni Cacochymia ad p
tes longinquas, & ignobiles, Cutim scilicet, depulsa. Propter Opht
miam autem nullo modo recusare licet, cum in hac vt inficiat, neces
riò inquinamentum eius, sanum alterius oculum debeat attingere, nam

Dum spectant læsos oculos læduntur & ipsi.

Hoc autem facile evitari potest. Quæ Luæ Venerea infecta pars est, s
formata iam totaliter, sive cum Gonorrhæa, Bubonibus, Vlcusculis &
adhuc in fieri, Debitum Coniugale nec petere potest, nec reddere tene
rogata, idque propter fædi huius Morbi magnitudinem, crudelia nimis,
scandalosa symptomata post se trahentis, nam vt *Samnonicus*

Humanos quoque contactus mala tanta sequuntur
Et iunctus vitium ducit de Coniuge Coniux.

Vt

Vndè ſicuti ratione incolumitatis conſervandæ, ad copulæ exercitium ex Iuſtitia non tenetur, ita ex Charitate tam ſui ipſius, quam proximi abſtinere obligatur. Quod ſi Morbus hic, non ex adulterio (nam tunc compars inſons reddere non tenetur) ſed inculpabiliter contractus ſit, & lapſu temporis) varijſque adhibitis remedijs ita imminutus, & debilitatus ſit, vt quamvis reliquiæ quædam adhuc ſuperſint, ita tamen vires & virus infractum, vt Contagij Veneno iam extincto, amplius inficiendi timor non ſit: quales nonullos me vidiſſe memini, putarem vbi ab expertis, & approbatis Medicis (cautiſſimè enim in hoc negotio agendum propter ſopiti Veneni periculum) omnem contagij timorem abeſſe diceretur, compartem ſanam à Debitum reddendi obligatione non ſolvi, cum moraliter certò, ſeſe nulli diſcrimini exponat.

Maius dubium eſt vbi alterutra pars Pthiſi laborat, & cum vix aliquid ſit, quod Pthiſico tantum damni adferre, quam Copula carnalis poteſt, exiſtimo illum abſque peccato debitum petere non poſſe, quia vt nitidiè pro more *Seneca*, Tutela ex proximo tutiſſima, ideo ſibi quilpue commiſſus eſt; & ad hanc ſui conſervationem lege Naturæ etiam obligatur quilibet, alias cum certo damno tam fallacem delectationem ſoluturus, quia magna ſæpe moleſtia torquent (inquit Latinus *Fernelius*) quæ iucunda effrænataque voluptate fuerunt aſſumpta. Has ſalutares admonitiones dum ab aliquibus ſpretas iri prævidet, exclamat ſapientiſſimus *Seneca*, Quis hoſtis in quemquam tam contumelioſus fuit, quam in quoſdam voluptates eius ſunt? quorum impotentiæ, atque inſanæ libidini ob hoc vnum poſſis ignoſcere (nota) quod quæ fecere patiantur. Sed cum Morbus hic omnium Medicorum iudicio contagioſus ſit, opere pretium hic querere eſt, vtrum pars ſana Debitum reddere teneatur, cum tanto ſui periculo? reſpondeo illud periculum poſſe eſſe propinquum, & eſſe etiam ſatis remotum: primum erit ſecundum *Hyppocratem*, vnanimeſque Medicos omnes, ſi illa pars ſana, ſit habitus gracilis, tenuis & longi Colli, Pectoris anguſtioris & glabri, humeros alatos habeat, cum acumine extenſos, Annos infra 35. & cum totaliter conſtitutus magnam aptitudinem à natura ſua, & proclivitatem habeat, & ſubiectum ad Tabem & Pthiſim ſit valde diſpoſitum, dico ad reddendum Debitum nullo modo teneri: his autem ſignis, & conditionibus ſepoſitis, cum periculum tam præſens non ſubſit, reddere poſſet, quamquam æger coniunx, ait *Paulus Zacbias*, Concupiſcentiæ pœnas veroſimiliter lueret, cum coitus maximè Tabidis ſit noxius, adeoque præſtaret compartem verbis & ratione mulcere. Atque hæc omnia intelligenda ſunt vbi Morbus temporalis eſt, & parui ſpatij & durationis, in Morbis autem Chronicis, & per Annos continuantibus, videtur quod ex probabiliore

Epiſt. 121.

Pathol. lib. 1. cap. 15.

In Epiſt.

Quaſt. medicoleg. lib. 3. tit. 3. q. 6.

Theologorum sententia, ratione dispendij salutis, Incontinentiæ &c possint cedere Iuri, quod habent ad corporis conservationem, & Amor
2. Part. Coniugij, sibi invicem copulari si velint, vti in Phtisicis & *Quæstione* 6. d
Leprosis latius dictum est.

Respond. ad Argum. 1. Coniuges in tantum tenentur ad reddendum Debitum, in quantum incolumitas eorum patitur, vt ibidem addit D. *Thomas*, alias pars petens censetur importuna, quia tunc non debiti petitio est inquit idem Doctor Angelicus, sed iniusta exactio.

Ibidem. Ad 2. Dico *Petrum Aponensem* ibi loqui cum omni discretione, & cautela nam addit expresse: Sciendum quod si quis vult Coitus vsum rectè ordinare ad salutem, opus est indicationem sumere, à rebus Naturalibus, & sibi connexis Non naturalibus & Præter naturam, alias, inquit, Virtutem abbreviat, Senectutem accelerare facit, intellectum, Sensum, & omnia vniversaliter vires debilitat, ac corrumpit, Calorem & spiritum ipsarum motores &c: ita vt locus citatus nihil conclusioni contradicit.

Ad 3. In aliquo casu Actus Coniugalis non est bonus, nempe quando magnum malum ex eo hic, & nunc sequeretur: deinde homo potest mereri in minoribus bonis, inquit *D. Thomas*, & in maioribus, vnde quando aliquis minora bona omittit (ex quibus in casu nostro est Actus Coniugalis) vt maiora (nempe Sanitatem) faciat, laudandus est à minus meritorio actu discedens.
Ibid. ad 2.

Corinth. 7. v. 34. Ad 4. Dico Apostolum ibi loqui sanis, & bene dispositis, hoc ex mera devotione facientibus, vt melius cogitent, quæ Domini sunt, vt sint sancti corpore & spiritu, dum vacant orationi, idque quantum ad hoc pro nobis magis facit: quod sicuti aliquando ab Actu Coniugali abstinere proficuum est animæ, ita & corpori interdum salutare. Quid autem, vel quo modo Medici imperare possint, latius dicetur in 2. *Parte* huius operis hic sufficiat ex *Seneca* testimonio: Medicos, eorumque scientiam non solum Decreta habere, sed & Præcepta.
Lib. 1. de ira cap. 16.

QVÆSTIO XXVI.

An Medico aliquando liceat procurare Abortum?

L. 1. §. 1. ff. de ventre inspici. Cap. si aliquis de homicidio. Clem. 1. eod. tit.

FÆtus adhuc vtero inexistens pars Matris, & Ventris esse censet *Cap. si quid de consecr. d. 3.* sed plurimi casus sunt quibus partem licet abscindere, & membrum extripare, vt annotant *Marianus Socinus*, & *Simon Brixia*; etgo Medicus sicut membrum extirpare, ita & Abortum procurare potest.

2. Qu

2. Quidam, referente *Corduba*, opinantur fætu etiam animato existente, ipsi prægnanti licere remedijs vti Abortum procurantibus, si se sola id facere potest, atqui si ipsa malè non faciat, nec Medicus malo coöperabitur si adiuvet illam, ergo hoc idem Medicis est licitum. *Lib. 1. Quæstionarij quæst 38. dub. 3.*

3. Cuilibet Iure Naturæ permissum est vim vi repellere & Jure Civili ac positivo iniustè invadentem à se propulsare, & interimere: atqui si matri ex fætu periculum moraliter certum immineat, Fætus tanquam iniustus invasor censendus est, ergo Mater eum iustè à se propulsare potest, licet etiam inde esset moriturus.

4. *Tertullianus* dicit in hoc casu infantem in ipso adhuc vtero trucidari crudelitate necessaria, atqui necessarium esse non potest, quod est illicitum ergo. *Lib. de am. cap. 25*

SED CONTRA est illud Stephani Papæ ad. D. Humbertum Episc. Moguntinum cap. Consuluisti 2. q. 5. ***Si ille qui in Vtero per Abortum deleverit, homicida est, quanto magis qui vnius saltem diei puerulum peremit homicidam se esse excusare nequibit?***

CONCLVSIO.

Nunquam licet animati Fœtus Abortum procurare per se, per accidens fortè in casibus allegandis.

CVm sequior sexus naturâ imbecillior sit, adeoque pluribus quam masculinum genus infirmitatibus obnoxior, tum maximè eum affligi contingit, vbi Vterum gerit: molestia Embryonis vexat, stagnat humorum colluvies, fluxus menstruorum, adeoque debita evacuatio corporis supprimitur, ex quorum saburra in vtero (alias ex se ipso satis petulante) tanquam in sentina retenta, Histeriæ, Nauseæ, Picæ, Anorexiæ Vomitus oriuntur, plurimique alij individui ingravidationis comites: cumque præter hos ipsis proprios, non desinant alijs quoque Morbis esse obnoxiæ, in quorum curatione sæpe Fætus periculo exponitur, quæstio inter Theologos vulgaris est, vtrum Medico liceat ad matrem salvandam procurare Abortum: pro huius intelligentia præsciendum, quid propriè Fætus sit, & quando censendus animatus. Propriè, & in rigore Medico loquendo, ad evitandam confusionem, ***Semen*** vocatur id, quod vel à corpore in quo genitum, nondum decisum est, vel saltem non debito vase receptum: si verò hoc Semen debito mulieris vase, hoc est Vtero, per septem horas conceptum sit, dicitur ***Genitura***: quamvis ***Aristoteles*** & ***Sinibaldi*** aliter hæc duo videantur distinguere: quam diu hæc Genitura formatur, hoc est Mensis *Lib. 1. de Gener. geneant. lib. 5. tract. 1. cap. 1.*

vnius spatio plus minus, nuncupatur *Embryo*: vbi verò iam plenam forman obtinet, sive nondum, sive à pauco tempore animatus sit, *Fœtus* audi apud omnes: & cum actiones vitales manifestè elicere incipit, *Infantis* titulo honoratut; quamvis scrupulosiores Fætum non nisi editum in lucem Infantis nomine dignentur.

Lib. de Anima cap. 10. & 27. *Lib. de Anima & resurrect.* *Lib. 1. Damon. cap. 43.* *In decis. Pedemo. 12. ex n. 5. in Comm. opin. v. abortui de Delict. lib. 1. cap. 9. n. 10.* *De Arbitrar. lib. 2. casu 357.* *Variar. lib. 3. c. 32.* *Lib. 4. com. in Aphoris. Hypp. lib. 4. esd. cap. 6.* *Lib. 4. de Natur. partu.* *Lib. 1. de Morb. Muli. com. 111. text. 3.* *Comm. in Iusiur. Hypp.*

Quod ad Animationem attinet, Cum *Hyppocrates*, *Aristoteles*, *Plinius* alijque Medici inter sese non conveniant: alij primò conceptionis instante alij ipsum Semen animatum esse sustinentes vt *Tertullianus*, & *Gregorius Nyssenus*, alij tertio die vt *Fienus* tractatu expresso, alij die 30. 35. 40. 50. & 60. & cum favorabilia sint amplianda nos in gratiam pœnitentium cum *Diana* sustinemus die 60. Fætum semper esse Anima informatum, idque in foro conscientiæ de quo agimus: Iura autem in foro fori, sicut explicat *Francisus Torreblanca*, de tam tenui animatione non loquuntur, hoc est de instanti quo Anima infunditur, vt quis pro homicida puniatur, sed Animatione perfecta, qua Infans maturus est ad nascendum, vt tradunt *Thesaur. Suarez Petrus Plaza, Menochius, Gomez.* Infantem vero ad nascendum maturum esse dicunt post Quintum Mensem, quia tunc solidioris carnis est, & aëris iniurijs tolerandis validior, ita vt *Galeno* assentiente, vix pharmacis quea expelli: nec certè Sacro ipsi textui videtur difforme, nam instar miracu inter signa vniversalis Iudicij ab *Esdra* adducitur: *Prægnantes immaturos parient infantes, Trium & Quatuor Mensium, & vivent.*

His ita præsuppositis, dico Primò, nunquam Medicus, aut obstetri propinare, nec prægnantes talia sumere possunt aut agere, ex quibus certò & per se aborsus sequeretur, sive is animatus fuerit, sive non: estque hæ omnium ferè Theologorum communis sententia, in hoc fundata, quo malum intrinsecum sit, scienter & volenter innocentem occidere. Ide Ethnicus noster *Hyppocrates* in Iuramento, quod ab omnibus suis discipul præstari vult, addit expresè: *Iuro, Deosque omnes, itemque Deos Testes fa cio me hoc iusiurandum, & hanc contestationem pro viribus servaturum ... Neque mulieri Talum Vulvæ subdititium, ad corrumpendum Conceptum vel Fætum dabo.* Quod si quispiam mihi obiecerit, quod *Hyppocratres* tamen Psal triæ compresæ consuluerit, vt in terram desiliret, & ita genituram eijceret, non tam operosè excusavero vti *Mauritius Cordaus & Theodorus Swingerus*, nam si ita sit, pessimè fecit, tanquam veræ religionis ignarus. Sed librum hunc de Naturali Partu, non ab *Hyppocrate*, sed à *Polybio* aut *Alcmeon Crotoniate*, præter insiurandum ante citatum, docent, imò demonstran *Silvaticus, Horatius Augenius, Ranchinus, Meyboom* & alij non ex vulgo Medici: redeamus ad nostrum, quod Fœtum animatum occidere non liceat præcipit Decalogus *Non occides*: Pro Fætu inanimato facere videtur ho

Tertul

Tertulliani : Nobis homicidio semper interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis delibatur, dissolvere non licet, homicidij festinatio est prohibere nasci : & ne in sententiæ huius probationem omnia Decreta, Statuta, Legesvè accumulem, quædam ex pluribus insigniora adducam. Fætum pro homine nato habet *L. Qui in Vtero ff. de statu hominis, Royz. Surd.* Ita quidem vt & patris hæreditate fruatur, quæ addo, ne quis Aborsum procurans ab homicidio se immunem esse iudicet, nam æquè in iure Civili ac Canonico puniuntur, vt patet ex *L. Divus ff. de var. & extraordin. crim. L. Cicero ff. de penis, L. si Mulierem ff. ad L. Cornelium de Sicar. L. Si quis necandi Cap. de Sicarijs* vndè *M. Tullius Cicero* (sicut ex citatis Legibus, & oratione pro Cluente constat) cum in Asia esset Milesiam mulierem capite damnavit, eo quod accepta à secundis hæredibus pecuniâ, sibi ipsi Medicamentis partum abegisset. Deinde præter constitutionem Pontificiam, habentem : *Quæ pharmaca Abortum facientia procurant, vel quæ Venena suscipiunt perimentia Partus, pænâ occisorum accusentur* : novissima est *Sixti* V. quæ incipit *Effrenatam*, hæc decernit §. 1. Eos qui per se, vel interpositas personas Abortum Fætus animati procuraverunt, percussionibus, Venenis, Medicamentis, Oneribus, alijsque modis Abortu secuto, & prægnantes Mulieres quæ præmissa scienter fecerint, teneri pænis omnibus (nota) iure Divino, Canonico, & Civili statutis contra veros homicidas. Harum tamen aliquas pænas *Gregorius* XIV. moderavit, in Constitutione quæ incipit Sedes Apostolica. Addam pro corollario, & causa fortè etiam Legislatores tam sancta decernentes movente, illud quod in Exodi dicitur : *Si rixati fuerint viri, & percusserit* (per accidens) *quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicaverint* : Ita vt in re tam gravi, nec à mortali mihi excusandi videntur, qui in casu dubio, vbi Medicus, nec obstetrix quidquam certi de Animatione, vel inanimatione Fætus rescire potest, similia media adhibent, quibus certum Abortum procurant; atque hactenus dicta omnia maximè in ijs locum habent qui Odio, Invidiâ, similivè prava passione id faciunt, verum cum nomen bonum temporali vitæ ante ponendum sit, & quisque per Legem Naturæ iubetur propriam suam vitam conservare,

Quæritur, num pro honore tuendo, & Fama Abortum procurare non liceat ? & constans sententia est negativa, vti benè docet *Ludovicus Caspensis*, & *Diana* alias in simili materia satis laxus.

Secundò itaque dico omninò nefas esse, ea mente, & intentione Medicamenta dare, vt mulier Abortiat; sive ea etiam intentione seposita, talia propinare ad matris salutem, ex quibus infallibiliter, vel saltem mo- rali-

Controv. med. 81. Epist. & Consult. med tom. 1 lib. 12. cap. 5.
In Apolog. cap. 9.
Decis. litte 1. n 233.
Cons. 369. n. 22 tom. 3.
Cap. consuluisti q. 3.
Syn. d 6. general. can. 9.
In constit. edit Anno. 1588.
In constit. 8. edita Anno 1591.
Cap. 21. v. 22.
In Curs. Theol. tom. 2. tr. 18. disp. 3. sect 5. n. 40
Resolut. moral. part 7 tract. 5. resol. 32.

raliter certò sit Aborsus secuturus, per quem nempe, vt pro more elo-
Orat. pro A. Cluentio. quentissime ait *Cicero : Spes tollitur parentis, Memoria nominis, Subsidium generis, haeres familiae, designatus Reipublicae Civis.* Advertendum me dixisse etiam ea mente & intentione seposita, nullo modo licere, quia frequenter fieri natum est, vt illud remedium aegrae huic valdè conducat, & interim Faetus retentioni certò noceat, & simile Pharmacum in tali casu propi-
De Matrim. lib. 9. disp. 21. n. 18. nari, & bibi posse sustinet *Sanchez* & *Diana*, sed *Adrianus* Haesitans ait forte dari posse; verum contraria sententia cum *Corduba in Sum. quaestiona q. 173. dict. 2.* Lopez *1. part. Instruct. cap. 63.* Manuel *1. tom. sum. cap.*
Loc. cit. resol. 26 4. q. de Corrept. frat. art. 3. §. ex quo ad. *conclusione 3.* Vega *tom. 1. cap. 5. casu 3.* Multo probabilior, & meo iudicio verior, ac per consequens in praxi securior. Ratio mea est, quod adversariorum sententia falso nitatur fundamento, & supposito, nempe salu- matris dumtaxat intento, imputari non debere, si etiam pueri sequatur Abortus, quia hic, dicunt, cum praeter intentionem eius fit, planè per accidens contingit, actus autem moralis suam bonitatis, aut malitiae speciem ex eo desumit, quod per se fit, & intenditur. Sed respondeo, si talis potio ad vtrumque sit efficax, vti supponimus, Abortus inde causatus, effectus eius est per se, ergo per accidens dici non potest, respectu suae causae naturalis, nec etiam respectu suae causae moraliter agentis, quia actualiter, de facto, & physicè applicans causam efficientem, nullo posito obice, non potest non intendere effectum ex illa causa necessariò, quia naturaliter emanantem, hoc homini sensato tam impossibile videtur, quam ignem applicare velle materiae dispositae, & nolle vt comburat. Tunc autem Aborsus dici debet per accidens, & respectu Medicamenti oblati, & offerentis sive sumentis, quando cum bona intentione aegram praegnantem sanandi, tale medium adhibetur, quod necessariò & ex se Abortum causare natum non est, sed tales tamen dispositiones, providenti etiam Medico ignotas, in corpore invenit, vt quantumvis paululum à Medicamine adiutae, & irritatae, aborsum faciant, atque haec quidem in aegrotantibus sine mortis periculo.

Si praegnans autem, ante 60. diem Faetu probabiliter nondum animato tale mortis periculum subeat, ut sine Aborsus periculo ei obviari nequeat, tunc Legem illam Naturalem de custodia sui locum obtinere iudicant aliqui: quia mater Ius habet, vt praesens futuro, & vitam anteponat vivendo, eique tunc patrocinatur, quod Faetus ille sit non homo, vti habet
De Renunt. §. 1. *L. Falcidia* Tiraquellus, *L. si vnquam Cap. de rev. donat.* Vndè sicuti aliquis permittere potest membrum extirpari, vt toti corpori consulat, ita mater non solum cum probabili, sed moraliter certò Aborsus periculo, vitae suae potest prospicere, si alia remedia non suppetant, quod videtur esse con-

tr

tra *Navarrum*, dicentem huic contrariam esse omnium Theologorum sententiam; sed (pace eius) errat toto Cælo, nam contrarium esse evidens patet ex Sanchez *Lib. 9. de Matrim. cap. 20. num. 9.* Ioanne *de Neapolis Quodlib. 10.* Covarruvia *Clem. si furios. de homicid. 2. part. §. 3. n. 1.* Margarita Confess. *5. Præcept.* Enriquez *lib. 11. de Matrim. cap. 16. n. 8.* D. Antonino *2. p. tit. 7. cap. 2. §. 2.* Graffis *1. part. decis. lib. 1. cap. 8* Silvestro *verbo Medicus q. 4. dict. 2.* Armilla *verbo Aborsus n. 2. Vega, Sa, Palac.* Pluribusquè alijs. Ratio iam dicta est, nempe licere pro toto amittere partem, quod Fætus autem distincta à matris animâ non informatus quasi Pars eius sit, probatur ex *L. Temporib. §. ex hoc rescripto ff. de Ventre inspic. §. si quis ancilla*; & Galenus dicit esse sicut fructus arboris: ab hac itaque parte si ei notabile mortis periculum impendat, removeatur illud, quod tam diu quam præsens est, impedit adhiberi vnicum medium ad salvandam vitam eius necessarium, adeoque negativè illam invadit, tam benè quam ille, qui insultante latrone viatori fortiori manus retinet, ne, qui potest, suam corpus defendat: sed, præter ea quæ mox opponam.

Lib. 2. de Rest. cap. 3. diff. 2. n. 132.

Lib. 11. de Simpl. Medic. facult. cap. de ovis class. 5. & 4.

Obijcit contra iam dicta apud Dianam *Mazuchellus* hoc modo: si ideò liceat Fætum eijcere, vel Aborsus periculo exponere, quare idem sentiendum non est, de Semine quantitate & qualitate peccante, quod per Pollutionem tamen eijcere dictum est esse malum intrinsecum? Huic satis plausibili obiectioni nihil prorsus respondet *Diana*, ego disparitatem invenio hanc, quod ideò eiectio infestantis Seminis sit illicita, quia illi carnalis quædam voluptas annexa in patiente complacentiam, & illicitum consensum causare nata, quod in Fætus, aliusvè membri extirpatione locum non habet.

Resol. moral. part 7. tr. 5 resolut. 32. Tract. de Casib. reser. disp. 2. c. 3.

Imo quamvis Fætus etiam animatus sit, & prægnans in tali statu, vt vterque simul evadere nullo modo possit, sed mater sola, probabiliter saltem, in illo casu mihi licitum esse non solum videtur, sed omnino conveniens & iustum omnis generis remedia tali ægræ propinare. Ratio est, quod tunc faciam duo bona, quorum vnum est positivum, quod nempe prospiciam saluti Matris, alfud negativum, quod non adaugeam periculum animæ Fætus: nam si vis Morbi tanta sit, vt mater, seposita medicinâ, resistere nequeat, neque Fætus resistet: quod si tale remedium non exhibuero, non diminuo periculum quod Fætus animæ, ex morte Matris imminet, & adaugeo periculum prægnantis, abstinendo à talibus medijs, quibus possem ei obviare: vnde quia nullum periculum, sine periculo vincitur, & tantum mali à Morbo, morteque matris fætui, quam à quocumque ferè Medicamento imminet, Mater, si vtrique consulere nequeat, sibi omni modo potest prospicere: non enim audiendus est *Farinaceus* dicens: hæc medicami-

Pract. Crim. tit. de homicid. q. 122 n. 9. part. 2. to. 2

camina & similia cum Venenis confici, quod omnino falsum est, imm
nunquam per quantumvis fortia Medicamina certum fore Aborsus pericu
lum, præcipuè in fætu iam animato, Quinquemestri, & Semestri, &
Octomestri (aliud est de Septimestri) pro comperto habeo, pluribus ex
emplis expertus, in quibus à Scurris, & Nebulonibus nequiter, à Me
dicis imprudenter, à Mulierculis temerariè efficacissima grauidis pharmac
propinari vidi, tam Matre, quam Fætu illæsis: & dum hæc scribo, super
est honesta matrona sana cum puero sano, & vigoroso, cui per Septime
strem etiam, & Octimestrem gravidæ, propter horrenda Morborum symp
tomata, tum præsentissimnm mortis periculum, non Matri solum, sed prop
ter diuturnitatem, & vehementiam quoque Fætui imminens, etiam quæ pr
Aborsu dari possent, obtuli & adhibui, vt alterutrum salvarem, &, a
quod maximè adspirabam, convaluit vterque, & bene habent. Quænar
autem illa media sint adhibenda, & quam propè ad Aborsum sua vi expe
lente possint accedere, totaliter dependet à gravitate Morbi, à maiore v
minore mortis periculo, ad quod maturum experti Medici iudicium requ
ritur, vt pari passu & hoc, & illa gradatim ascendant. Hanc sententiam pra
ter rationes graves iam allegatas, confirmant suo authoritate *Banez*, *Ruti*
Benzon. *Enriquez*, *Emanuel Sa*, & Alij, vnde illam vnusquisque arripere
& sequi in casibus allegatis potest: & tunc hoc *Seneca* etiam locum habet, qu
tutela certissima à proximo est, ideo sibi quisque commissus est; & qui i
suo tuendæ vitæ Iure vtitur, nemini est iniurius; sic tamen vt Matri liberu
sit, huic Iuri, suo cedere, & talia Medicamenta non sumere vt certi
Fætus saluti consulat, inquit *Corduba*.

22.q.40.a. 1. dub. 2. Tract.de fuga lib.3. q.3.dub.2. Lib.11. de Matrim.c. 16.n.18. Sum.verb. homicid. Quaestionar. lib. 1. q.38.

Bene hic animadverti velim, me quidem iudicare in casibus allegatis
omnino conveniens & iustum fore, omnis generis remedia tali ægræ pro
pinare, neque propterea, vllo modo à mea supradicta sententia, vel l
tum vnguem discedere, vel allegatis Authoribus assentiri, qui tunc A
ortum per se intendi, & effectivè procurari posse contendunt, quæ opinio
propter rationes iam dictas, & mox dicendas, nullam apud me fidem in
petrare potest; quia imaginarijs fundamentis innixa; nam præterquam
quod sit Directa Occisio Innocentis, quod in primis contra præceptum D
vinum est *Non occides*, tam intrinsece malum est, vt nec Matris incolumita
neque vlla alia circumstantia illud possit reddere innoxium: Deinde quo
ex varijs Medicis *Avicenna*, *Aëtio*, *Oribasio*, *Theodoro*, *Prisciano*, alijsq
talem dari Morbum supponant, cuius adæquatum remedium sit Fætus e
tirpatio, tam falsum sit, quam quod falsissimum: & vt talis morbus dare
tur, non assignabunt in vniversa Pharmacia Medicamentum tale, ad quo
necessariò, & infallibiliter sequetur Fætus exclusio, sicuti supra per vari
expe

experimenta demonstravi : & vt tale iterum Pharmacum inveniretur, contra omnem Medicinæ artem foret, similia adhibere velle, vti bene, & latè ostendit citatus *Ioann. Baptist. Sylvaticus*, nam Fætum in vtero existentem vivum corrumpere, & ex eo deducere antequam maturus sit, res est omnino periculosa, atque eo periculosior, quod prægnantem mulierem, alio graviori morbo (vt supponimus) adhuc laborare contingat. Etenim si mulieres ipsas consulveris, longè difficiliores illis esse Abortus, quam sint partus maturi, & statuto à natura tempore enixi, intelliges, sæpeque ex Abortu in maximum vitæ discrimen eas devenire, admoneberis, resque hæc est iam multis sæculis experientiâ confirmata, & ab vno Anno meretricem hic Antverpiæ visitavi, accersitus vt horrenda symptomata à Medicamento abortivo, quod nequiter assumpserat, crudeliter excitata, sisterem, sed tres insignes Medici in consilium advocati, ipsam mortem non potuerunt avertere : ratio est, quod in his quæ statuto à natura tempore pariunt, naturaliter fit & spontaneè, id in Abortum facientibus, præter naturam & coactè contingit, nam manifesta violentia Naturæ infertur, immaturum adhuc Fætum sibi retinere volenti, sicuti *Galenus* exemplo demonstrat, quando citra violentiam acerbi fructus colligi non possunt, facillimè econtra colligantur maturi. Tertio Abortus vi procurari non posset, nisi omni antea alio remedio eluso, quod & Naso olfecisse videtur dum ait :

In 4. Aphoris. comm. 1.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

adeoque nisi Morbo iam longius protracto, firmius radicato, ægra debiliore existente, & per secuturum Elochiorum fluxum, enitendi conatus, & dolores ita debilitandam, vt si non ad vivendum, saltem ad generosa Remedia admittenda, sit in habilis futura, quæ omnia in mea sententia locum non obtinent, quod claritatis ergo in exemplari casu elucido. Ponamus prægnantem aliquam ex Febrè Petechiali, Morbillis, Furore Vterino, Hydrope, extraordinaria Ventris stypticitate (v. g. vltra 42. dies durante, sicut in Avunculo meo Benedictino, & in alio Minorita Auritus sum testis & Ocularis, sine vllo prorsus secessu, aut per alvum excremenro) incidere in animi deliquia, motus Convulsivos & Epilepticos, Deliria, aliaque horrenda symptomata, ipsam mortem prænuntiantia : hoc dico in casu, omnino licitum fore iudico, omnis generis remedium adhibere, vtpote Cathartica generosiora, & alia deprimentia, etiam Revellentia deorsum, Sanguisugas, Vesicatoria, Ligaturas dolorosas, Venesectionem, Frictiones, Balnea, Cucurbitulas &c. Ratio mea est, quod in primis intentio bona sit, nempe vnam saltem, si vtrumque non liceat, matrem salvandi :

deinde media hæc honesta sint, quæ nempe necessitas ipsa cohonesta
suppono enim omnia tutiora præcessisse, & in vanum fuisse adhibita, ade
que in extremis, etiam ad extrema deveniendum: sunt etiam media tantu
periculosa & dubia, & hoc eorum licentiam eo non arguere alias ostendimu
quod periculum non sine periculo vincatur, quodque dubiũ remedium meli
sit quam nullum: quod tantum sint talia, ex eo patet, quod contingente
hoc est forsitan, non autem necessariò, aut infallibiliter Aborsum sint pr
curatura, adeoque sufficit quod Matrem valeant iuvare, & Fetui possi
non nocere, vt supra ostensum est, & indies ostenditur Hydrope apud i
figniores etiam Medicos impraegnationem mentiente, cumque Medicis
casu nostro integrum non sit, omni periculo occurrere, præ duobus ma
Tab. Med. 1. de morb mulier. lib. 11. cap 4. Guineorum. Lib. de agrit. Vteri cap 30. vnum capiunt, & è plurimis incommodis minus eligunt, quo modo fo
Contrachinus & *Akakia* intelligendi veniunt.

Aliæ verò prægnantes non ad extremum Mortis periculum redactæ, pr
babiliter illis saltem Medicinis vti possunt (si ex earum omissione notab
sanitatis detrimentum paterentur) ex quibus, non existentibus certiorib
per accidens Aborsus sequi natus sit, dummodo non sit intentus, neq
prævisus, neque ex se, & per se illum effectum non causent: quales su
v. g. leue Purgans, Venæ sectio, Sudoriferum mediocre, & similes:
tio, præter frequentem iam à nobis allegatam, ducitur etiam ab hoc simi
quod ex plerorumque Theologorum doctrina, debili Stomacho labora
E. C. à Vino alijsque calidioribus abstinere non tenetur, quàmvis in
Pollutio nata sit sequi, quia illa erit per accidens, sicuti illa per se esset,
ille idem tam quantitate; quam qualitate excedentibus calidis, & Satyr
cis vteretur, quæ ad augendum Semen, & Concupiscentiam à Medicis o
dinariè præscribuntur. Neque obijcienda hic nobis Lex *Si quis aliquid*
Abortionis ff. de pœnis, cum in illa expressa hæc verba sint: *Si aliquis cau*
explendæ Libidinis, vel Odij meditatione simile quid fecerit adeoque etiam nec Ir
De Irregular. num 2. gularitas contrahitur, quam Abortiva propinantes incurrere scribit *Nicol*
Plovius, & quamvis se res ita haberet, in præcedentibus ostensum e
Irregularitatem non necessariò præsupponere peccatum.

Alia, ad hanc non impertinens, occurit Quæstio, vtrum Medicus,
ve Obstetrix quæ eo perversitatis devenit, vt ex contractu Abortum proc
ret, Promissas pecunias petere, sibique tuta conscientiâ retinere possi
quod detestabile peccatum apud Romanos frequentissimum fuisse, patet
Satyr. 6. *Iuvenali*:

Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantum artes huius, tantum Medicamina possunt,
Quæ Steriles facit, atque homines in Ventre necandos
Conducit.

Et video communem fere esse Theologorum, quod iustè & petere possint, & sibi retinere,

Aliud harum nequam genus invenitur, quod pulchritudinis conservandæ prætextu, & maritis complacendi studio, quibusdam commentitijs fraudibus nituntur, inquit, insignis Phylosophus Favorinus apud *A. Gellium*, vt Fætus quoque ipsi in corpore suo concepti Abortiantur, ne æquor illud ventris irrugetur, ac de gravitate oneris, & labore partus fatiscat; & hoc tanquam publica detestatione dignum, & communi odio, nempe in ipsis hominem primordijs, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artificis Naturæ manus interfici, nefas esse circa Quæstionis huius initium ostendimus. *Noct. Att. lib. 12. cap. 1.*

Ad Argum. 1. Respond. Quod Cingendus in Iure habeatur pro Cincto. adeoque Nasciturum, aliquando non minus, quam Natum existimandum, non quod vivus Fætus revera sit corporis pars propriè dicta, sed aliquo modo Ventri matris annexa & adherens, distincta tamen (quod notandum) animâ informata.

Ad 2. Argumentum bene concludere, sed procedere ex supposito falso, quo dato, non mirum est, alia falsa sequi quam plurima: vndè nescio quo fundamento, aut ratione motus hoc *Corduba*, vel ab eo allegati sustineant: vel enim tam vrgentes rationes adsunt, ut procuratio accidentalis Aborsus sit licita, & tunc vnicuique intelligenti licet, vel non adsunt tales, tunc etiam nemini fas est, frustra quidem, sed non illicitè, fit per plura, quod potest fieri per pauciora.

Ad 3. concesso Assumpto, ad Subsumptum dico, esse hic magnam rationis disparitatem, hostis, sive Invasor cum sit agens morale, & ex libero, quamvis pessimo, arbitrio procedat, omninò nocens est, adeoque repulsâ dignissimus; Fætus autem tanquam agenti naturali, nulla culpa imputari potest, & semper manet innocens, quem non licet per se, & directè occidere, in casu autem conclusionis, ipsi certior imminet interitus, quam si mater non salvaretur, per quæcumque tandem media hoc contingat, eo casu excepto, locum semper habet illud D. *Ambrosij*: Si alteri subveniri non potest, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuvare. *Lib. de offic.*

Ad 4. *Tertullianus* vt illum rectè interprætatur *Pamelius*, ibi loquitur ex Ethnicorum, non Christianorum sententia, quippe si tanta cum circumspectione & necessitate, matri potus præscribi debeant, ne Fætui noceant, à qua nisi remotè satis ipsi sinistri aliquod posset contingere, licebitnè Infantem in Vtero trucidare per instrumenta illa, quorum mentionem *Tertullianus* facit?

QVÆSTIO XXVII.

Vtrum Medicus poßit ſuſcipere curam Incurabilium, & Deſperatorum?

22.q.71. art.3.in corp. ARgum. 1. Secundum *D. Thomam* Advocatus nullo modo poteſt defendere cauſam iniuſtam: ergo nec Medicus videtur poſſe curam ſuſcipere Morbi Deſperati, paritas rationis videtur conſiſtere, in pari vtriuſque vel Avaritia, vel Fraude.

2. Morbo incurabili applicare remedia, Temeritatem ſapit, quia omne pharmacum eſt fruſtraneum, nam docente *Ambroſio* Deſperatio certa mo... eſt, & *Baſilio Seleuco*: Vbi vlcus eſt immedicabile, ibi Pharmacum eſt i... utile. Lib 2. in Luc. Serm. 31.

3 Quandoquidem omnis, & tota ſimilium Morborum cura, nullu... patienti fructum, ſed Medico dumtaxat vtilitatem adferre poſſit, videt... id fieri non poſſe, niſi ex mera Avaritia, proprioque intereſſe, falſam ægris ſpem excitando, quod ne Ethnicus quidem *Hyppocrates* approbat, ... omni conatu diſſuadet, dicit enim *Medicinam eſſe, eorum qui à Morbis vi... ſunt, curationem non aggredi, cum id in confeſſo ſit*, ait, *quod Medicina ta... ſanare non poßit*: & paucò inferius: *Morbis qui corrigi non poſſunt, ma... auxiliares manus* (medicus) *negat.* Lib. de Arte. Ibid.

SED CONTRA Facit illud Ariſtoteles lib. 1. Rhetoricor. cap. 1. *Ne... enim Medicinæ eſt Sanum facere, ſed quouſque fieri poteſt eo vſque pro... cere, licet enim etiam illos, qui non poſſunt recuperare Sanitatem, tam... curare benè.*

CONCLVSIO.

Nullus Morbus ita deſperatus, cui Medicus ſuam operam impendere non poßit.

ANtequam Quæſtionis huius difficultatem pænitius ingrediamur, ... in æquivoco non hæreamus, variam nominis rei de qua agimu... explicationem præmittam. Primo & vulgariore modo, hoc ab omni... dicitur Deſperatum, cui Naturalia media nunquam ſubvenerunt, & n... raliter loquendo vllam opem ferre non poſſunt: quales ſunt Pthiſis, H... drops formata, Podagra, Gangræna inveterata, Lepra & ſimiles, ad qu... rum ſanationem, cum Medicamenta, & induſtria humana parum valea...

ad solum Omnipotentem Medicum necessariò recurrendum, apud quem nihil est impossibile, & hoc sensu fortè intelligendum hoc *Quintiliani* est: *Iniquissimum est Desperationem vocare, quoties Remedium Medicina non invenit.* Quasi dicat: si creaturæ deficiant, Creatorem adi, in cuius manibus mors est, & vita nostra: quia *Non Christus infirmantibus, sed fides deest*, inquit, *Chrysologus*, & ideò homines interdum ad extrema deduci permittit, vt respiciant ad percutientem se, quia vt *Vopiscus* ait: mos languentium est, ad summos Medicos, nisi in summa desperatione non mitti, & deinde videant clarissimam huius *Evagrij* dicti veritatem: *Providentia Dei hominibus salutifera, antequam percutit, pharmaca Medendi gratià componit, & gladium Iræ suæ phylantropeià acuit. ac in ipsa Desperatione Misericordiam suam aperit.* *Declam 8.* *Serm. 33.* *In Aurel.* *Lib. 4.* *4. quart. tract. 2. cap. 10.*

Secundò illud pro Desperato sæpius habetur, quod ordinariè loquendo, raro, & non nisi cum magnis difficultatibus, sanari solet, & in his, inquit, Arabum Princeps noster, præmissa prædictione incipiemus à curatione, quia sæpenumerò aliqui sanantur absque spe existentes mirabiliter, & in eius stabilimentum varia exempla illorum subiungit, quorum pars Iecoris fuit præcisa, mulieres quibus tota Matrix exciderat & sanatæ sunt: Ita *Fabricius Hildanus* varios adfert casus, vbi læso Cerebro, imò notabilibus eius partibus amissis, convaluerunt perfectè; & rusticus Germanus cultro, quem deglutiverat, è pectore, & stomacho, exciso diu superstes, & benè habens supervixit, ad quæ dicit *Averrhoës*: Vt in Natura, sic sæpe in Medicina fiunt monstra, ita vt desperati etiam sanitati restituantur. *Observ. Chirur. 13.* *7. Colli.*

Tertiò quid Desperatum vocari potest per accidens, non quod Morbus per se Incurabilis sit, sed quod debita Remedia ad manum non sint, vel æger impatiens & inobediens. His ita præmissis, certum est, Medicum, parvam rem (vt *Celsus* loquitur) attollendo, quo plus præstitisse videatur, quod Histrionis est & Impostoris, quique ideò morbum insanabilem & desperatum simulat, vt eo curato plus laudis & lucri extorqueat, illum dico, non solum Artis candorem offendere, sed à peccato non esse immunem: nec minus iniquum & iniustum est, vbi quis de facto Morbum deploratum esse sciens, vana spe patientem mulcet, certamque & indubitatam salutem promittens, vt eum occultius emungat, vti circumforanei illi Agyrtæ solent, qui notabilem partem eius summæ, de qua inter se convenerunt, mox & in paratis exigunt, vt sive moriatur patiens, siue non sanetur, ipsis de certo lucro provisum sit; quod cum nihil aliud quam palliatum Furtum sit, si Summa à simili Fumivendulo accepta notabilis sit, peccat mortaliter contra Iustitiam, & afflicto afflictionem addendo, Charitati contravenit: denique Avaritia sapientiæ victoriam eripit, cum, teste *Cornelio Celso* antiquissimo Medico Romano *Prudentis hominis sit, cum qui servari non* *Lib. 5.*

potest non attingere (certamque salutem promittere) *ne videatur occidisse quem sors ipsius fortè peremit.* Explico illud *non attingere*, certam salute ægris fraudulenter non polliceri, quia nec prudens, nec Christianus Medicus, cognita etiam morbi desperatione, mox ægrum totaliter dimitti ne viva apprehensione, & mærore ægri anticipetur moriendi tempus quem, docente eodem *Celso*, semper securum agere convenit, vt Corpo tantum, non Animo etiam laboret, & si qua sint quæ exasperatura su ægrorum animos, optimum est ea eorum notitiæ subtrahere ita *Cels* Quid enim ipsum crudelius affligat, quam desperantem Medicum vider & ab omni conatu desistentem ? nam, vt *S. Hieronymus* ait, Medicus v cessat curare, desperat. Itaque vel parum proximo suo affectus, rei ve tate (si non ægro ipsi, necessarijs eius adstantibus saltem) indicata, n subito salutarem manum retrahit, sed modestè subducit, sicuti & ipsu qui se Medicinæ Inventorem iactat, Apollinem fecisse docet *Bion* verbis:

Lib 3.

Apud Stobæ.

Obstupuit tanto luctu perculsus Apollo,
Implorat tamen Artis opem, viresque Medendi,
Et nunc Ambrosiæ succo, nunc Nectare vulnus
Abluit.

Ita quoque cordatus Medicus primarij Morbi sanatione desperata, symptomata eius se convertit, vel ita mortem procrastinare studens, sic solers Advocatus, eo diligentius Incidentia curat, quo periculum causæ Pri cipalis maius esse advertit. Quod si ægro certa mors instet, saltem dormi melius, appetat auidius, dolor mitigetur, hoc est symptomatum, quantu potest, gravitatem levet

..... Requiem tamen indere Morbo,
Fas erit, & tristem saltem mulcere dolorem.

ait *Serenus Sammon.* & *Varro : ita salubritas, quæ ducitur è cælo ac terra, non est nostra potestate, sed in natura, vt tamen multum sit in nobis, quo graviora q sunt, leviora facere diligentiâ nostra possimus*; quod in Medico etiam à *Gregorio Nysseno* laudabatur, dum ait: etiam illi boni ac commodi Medi sunt, qui adversus excellentes, & superantes dolores (aliaque morboru accidentia) artem adhibendo consistunt. Ita sapientissimus *Seneca* de Art ritidis suæ curatione totaliter quamvis desperans, palliativam tamen n omittit, sed scribit exprssè : Non perveni ad sanitatem, ne pervenia quidem, Delinimenta magis, quam Remedia Podagræ meæ compono, co tentus si rarius accedit, & minus verminatur. Cum probare hic supra inc perimus, Naturam aliquando mirabiliter, & contra omnem spem, subiecti conservationem concurrere, nunquam non omnis lapis pro hom

De Rerust.

In funere Pulcheria.

Lib. de Vita beat. cap. 17.

nis salute movendus est: itaque excitetur, adiuvetur aliquando plus nobis incognita, quam irrita Naturæ satagentia, cum ipsa vias, & cuniculos occultos habeat, per quas sanitatem introducit, & remedia ita occlusa prorsus, & in eius abdita maiestate, vt nulla ingeniorum solertiâ, aut indaginis curâ pervestigari possint; nec te moveat casum difficilem esse, raroque quemquam in illo sanari, sed confirmet te egregium hoc Publij Mimographi Dictum:

Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.

Sed si omni conamine frustrato æger moriatur, inquies, nuncquid Calumniantium linguas solvemus, notamque præclaræ Arti nostræ inuremus? ideo dicit & docet nos *Hyppocrates*: Ossium discessus diuturnus est, inquit, ... *Lib. de fract.* maximè verò talia quis fugere debet, si modo quis honestam fugam habeat, nam & spes paucæ sunt, & pericula multa, & si quis non reponat, Artis expers esse videri poterit, & si reponat, propinquius ad mortem, quam ad salutem perduxerit: & *Galenus* consulit morituros solis prædictionibus ex- *1. Aphor. 1* positis relinquendos, & clarius alibi: Recordantibus nobis, quod deplora- *2. Aphoris. 29.* tos non oportet curare, sed relinquere, & Morbi finem solum prænuntiare, & iterum: Facta prædictione ab omni Medicamento egregio abstinebis, im- *12. art.* munemque à Calumnia te servabis. Ne dicam *Galenum* magis suæ Artis ho- *curat. cap.* nori, quam proximi adiutorio fuisse intentum, sciendum ipsum non ab omni *3.* iuvamine, sed à notabili, momentoso, & egregio Remedio abstineri velle, contra quod Præceptum illi peccant, qui in diuturna, formata, & desperata Hydrope, Paracentheses (.i. Ventris incisiones) moliuntur, sive Extirpationes, membrorum Restaurationes, & his similia, vbi nulla convalescendi spes affulget, quia fortè vires nimium deiectæ, Mortique propinqui: quod autem hæc *Galeni* mens sit & intentio, patet ex eiusdem scriptis, quando docet manum laboranti Hæctico tertiæ speciei admovere, *10. Art.* quamvis omnino ex eo morbo evadere non queat. Magis Christianè excitat *curat. cap.* nos *Gallego de la Serna*, contra Calumniantes his verbis Medicos animans in *10.* *libro suo de Methodo medendi*; Hæc depravata, inquit, exprobrandi proprietas *Epist ad* solum convenit hominibus patibulis: vnde similium malignorum hominum *lect.* reprehensiones, non debent existimari tanquam Medicorum supplicia, sed tanquam talium hominum propria attributa, nam ab his hominibus, nemo potest manere illæsus: & nuncquid *Hyppocrates* scientiæ Medicinæ Primas, fatetur apertè: *Et ego sanè plus Reprehensionis, quam Honoris, ex arte mihi con- Ep. 41. ad* *secutus videor.* nempè apud plebeculam, & popellum ignorantem, intelli- *Democrit.* gentes enim, & cordati bonam nostram voluntatem, etiam citra successum, laudantes, cum *Seneca* dicent: *si ita fecit, vt sanaret, peregit Medicus partes* *Lib. 7. Benefic. cap.* *suas; etiam damnato reo Oratori stat eloquentiæ officium, si omni Arte vsus est.* *13.*

Quan-

Quantum ad Tertium Desperatorum genus, egregium nobis de eo exem-
Lib. 3. plum suppeditat *Cornelius Celsus*. Non ignobilis Medicus Chrysippi discipul
apud Antigonum Regem, amicum quemdam eius, notæ intemperantiæ me-
diocriter morbo implicitum, negavit posse sanari, cumque alter Medic
Epirotes Phylippus se sanaturum polliceretur, respondit illum ad Morbu
ægri respicere, se ad Animum, neque eum res refellit: ille enim cum sum-
ma diligentiâ non medici tantummodo, sed Regis quoque custodiretur, t
men Malagmata sua devorando, bibendoque suam vrinam se præcipitavit
atque huic similibus exemplis non rarò hodiernis Medicis occurrentibu
Lib. 22. cap. 6. quis non exclamet cum *Plinio*: *Miror, cernens negligi ea quoque, quæ ad vali-
tudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, & mortem arcenda
pertinent. Quis mores hos non iure castiget? addidere vivendi pretia delicia, luxu-
que, nunquam fuit cupido vitæ maior, nec minor cura.* In his casibus iustiti
Medicus facit satis, si rectè consulat, si Medicamenta è re nata commod
proponat, nam difficile est quemquam invitum sanare: quod egregio ex-
emplo monet nos omnipotens Medicus, quando Leprosa muliere pro salu-
te sua ad illum accedente, ante omnem adhibitam operam interrogat: *V*
mundari, & non nisi hac respondente *volo*, sanitati fuit restituta.

Seneca. *Pars sanitatis velle sanari fuit.*

Magis tamen vrget proximi Charitatis mandatum, ne Medicus commu-
nis nostræ fragilitatis oblitus, similes in obedientes ægros statim deserat, nem-
pe qui imbecilles nimis, pravorum desideriorum pondere in partem etia
nolitam trahuntur, de cuius illata violentia non solum Poëtæ conqueruntu
& Ethnici vt *Ovidius*

..... Aliudque Cupido
Mens aliud suadet, video meliora, proboque,
Deteriora sequor.

Edill. 16. Et brevius *Ausonius*

..... Cur me Natura magis,
Quam Disciplina trahit.

Sed etiam ipsum Vas electionis *Paulus*: *Velle quidem mihi adiacet, perficere*
non invenio. Quare longanimus Medicus, communis vitij conscius, non
statim quærulum ægrum deserat, sed mali periculo, & sanitatis emolu-
mento propositis, obsecret, increpet, instet opportunè, importunè; nam
Epist. vt optimè, qui nunquam aliter Sapientissimus *Seneca*: *Quibusdam Remedia*
monstranda, quibusdam inculcanda, quod benè circa personam suam propriam
Lib. 6 de benef. cap. 15. observasse gaudet, laudatque idem non mediocriter, cum ingenti anim
gratitudine: *Medico*, inquit, *qui nihil amplius quam manum tangit, & m*
inter eos quos perambulat, ponit, sine vllo affectu facienda, vitandave præ-
cipiens

cipiens, nihil amplius debeo (quam mercedem) *ille* (meus Medicus) *plus impendit, quam Medico necesse est ..... non fuit contentus remedia monstrare, sed admovit, interea sollicitus assedit, ad suspecta tempora occurrit, nullum ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit.* Ita revera Charitati, omni lucro fortiori, multa & desperata, & quasi impossibilia, prosperè succedunt: & vt benè *Celsus: sæpe etiam pertinacia iuvantis, malum corporis vincit.*

Alia quæstio huic affinis occurrit, nempe, vtrum Medicus morituro non succurrens, contrahat Irregularitatem, quamvis enim per multas in Medicinæ praxi occasiones, Medicus ordinariè irregularis sit, quod absque omni culpa contingere in alijs locis demonstratum est: quærunt Theologi vtrum per hanc præcisè omissionem Irregularis fiat, sive per hanc peccatum incurrat, sive non, sed cum responsio ampliores distinctiones, & explicationes requirat, in Quæstionem illam differemus, in qua agetur *Vtrum Medicus teneatur pauperibus servire gratis?* vbi sententia illa *Senecæ* explicabitur: *Qui succurrere potest, cum non succurrit, occidit.*

Respon. ad Argum. 1. Concesso assumpto, negando Consequentiam: ratio autem disparitatis est, quod Medicus suscipiens curam Desperati, fideliter, & sine fraude, nemini est iniurius, sicuti Advocatus illi parti est, contra quam suum patrocinium impendit, impedit enim quo minus Iure suo vti possit.

Ad 2. Morbum planè incurabilem, certamque Mortem post se trahentem comitari ordinariè multa prava symptomata, & molesta accidentia, quibus cohibendis, mitigandis, & præveniendis Medicus potest insistere: deinde cum apud Deum nihil sit Impossibile, aut Desperatum, nunquam desistendum esse insinuare videtur idem *S. Ambrosius.* Iucumbit virtuti sæculi, qui de Dei adiutorio desperat, quia illud sub humanis & naturalibus medijs Dominus occultavit, quare vtrique incumbendum. *Sup. Marcum.*

Ad 3. Empyrici, & lucripetæ Desperatissimos Morbos ideò solum sanare promittentes, nullumque discrimen subesse affirmantes, vt sibi saltem provideant, & languentes, illis secundus Morbus facti, emungant, nihil hic inveniunt quod regerant: Cordati verò Medici vera Arte, & Charitate imbuti, ne sibi, Artivè detrahant, periculo saltem amicis insinuato, vel contra symptomata, & accidentia intellectus sui aciem convertunt, vel totaliter à curando abstinent, quia vt *Pius Papa* aiebat apud Platinam, *bonus Medicus non pecuniam, sed Salutem quærit ægroti.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Medico liceat Morbum aliquo vsque protrahere, & vti Medicamentis Dubijs.

In Evang. Homil. 9. ARgum. 1. Ægritudo, ait *D. Gregorius*, diutius præmit propter prolixiora vitia, & in Foro Fori Incarcerationes, Gehennæ, Exilia & similia pænalia prolongantur, vt peccata execrantes ad meliorem frugem se convertant, ergo & Medicis (quibusdam saltem casibus quibus constat evidenter morbum ex peccato ortum) licet illum protrahere v. g. in lue Venerea, Cephalalgia crapulari &c: nam teste *Seneca*: *Quoties parum fiducia est in his quibus imperas, amplius est exigendum quam satis est, vt praestetur quantum satis est.* *Lib. 7. de benef. c. 33.*

2. Cuilibet licitum est suæ famæ, & proprio commodo studere, sed in morbo diuturniore plus lucri semper, & aliquando plus laudis Medico accedit, ergo licet morbum protrahere, neque refert id fieri cum præiudicio alterius, quia in *L. 2. ff. de aqu. pluvial. arcenda* Iurisconsultus decidit avertentem flumen ne suo prædio noceat, nullius delicti reum esse, quamvis vicinus ex eo damnum aliquod patiatur.

3. Quoad secundam Quæstionis partem, omnia Medicamenta, & Pharmaca agunt naturaliter, & Physicè, in Physicis autem nihil certi ferè habetur, sed omnia sunt probabilia tantum, ergo frustra quæri apparet vtrum liceat vti Medicamentis Dubijs, cum Certa nulla dentur.

4. Secundum communionem Theologorum sententiam, quisque in conscientia confirmare sese potest, sententiæ probabili, etiam probabiliore relicta, ergo & Medicus vti potest Medicamento Dubio, certiore relicto.

SED CONTRA Facit Illud Proverb. cap. 3. *Ne dicas amico tuo: vade & revertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare.*

Et illud Cornel. Celsi: *Melius est Remedium Dubium, quam certa Mors.*

CONCLVSIO.

Nisi peius immineat, Medicus nullo modo potest Morbum protrahere, nec habitis Remedijs Certis, vti Dubijs.

PRo intelligentia eius quod primò in Quæstione hac petitur, vtrum Medico liceat Morbum protrahere, sciendum, hoc accipi posse bifariam

riam, Physicè nempe, & materialiter, sive formaliter: Formaliter hoc fit, & peccaminosè si v.g. tantæ nequitiæ inveniatur Medici nominis indignus, vt famæ, aut lucri causâ Morbum prolonget, qui tantum peccatum committit, quantum damnum & molestia illa est, quibus ægrum sine necessitate exponit: nam sicuti in virtute, in morbo etiam fit, non progredi, retrogradi est: imò præter præsens malum, quod æger iniustè patitur, ad huc maioris periculo exponitur, cum difficile sit talia remedia invenire, quibus Morbus (præcipuè internus) ita in eodem statu retinetur, vt non increscat, aut altius radicem non agat. *Multi quos auxerant Morbos, quos irritaverant, vt maiore gloriâ sanarent, non potuerunt discutere, aut cum magna miserorum vexatione vicerunt*, inquit, *Annæus Seneca*; sæpe contingit quód nolens potens, fiat impotens volens. *Et Quid de tali Medico iudicabis*, rogat Tertullianus, *qui nutriat Morbum morâ præsidij, & periculum extendat Dilatatione Remedij, quo pretiosius, aut famosius curet?* Lib. 6. benef. c. 36. Lib. de resurrect.

Materialiter fit & licitè, si Morbus ratione maioris mali vrgentius prementis, vel ex subita sanatione imminentis, vel temporis oportunioris aliavè simili, aliquo vsque toleretur, quia tunc Medicus id facit, quod secundum Artem, & Conscientiam est melius. Quia, vt *Plutarchus* benè advertit: *Nec optimi Medici quidem humorum influxibus statim medentur, sed patiuntur humoris ardorem sine alia appositione per se maturescere & concoqui*: idque de Morbis internis, de extrinsecis ait magnus Naturæ interpres *Seneca*: *Afflicto & magnum Vulnus malè ferenti paulisper cedendum est; exsatiet se, aut certè primum impetum effundat*: quam Doctrinam se actu confirmasse scribit in *Consolat. ad Helviam*, in hunc modum: *In Morbis nihil est perniciosius, quam immatura Medicina. Expectabam itaque dum ipse vires suas frangeret, & ad sustinenda Remedia morâ mitigatus, tangi se ac tractari pateretur.* Quo modo autem, quibusvè casibus hoc locum habeat, sapientis Medici discretioni, & iudicio committendum est; novit enim talis Ciceronis instructionem dicentis: *Vt in causis non semper vtimur eodem statu, sed ad tempus, ad controversiæ naturam, ad personam accomodamus: sic in ægritudine lenienda, quam quisque curationem recipere possit videndum est.* Consolat. ad Apollon. Epist. 99. Cap. 1. Lib. 5. Tuscula. c. 30.

Quod ad secundum Quæstionis membrum attinet, illud plus difficultatis videtur involuere, quare ne Amphibologica locutio, nos in æquivocatione fallat, notandum Medicinam dici Dubiam multis modis. In primis *Michael de Montagne*, & alij, illam dicunt ita dubiam esse & incertam, vt vnusquisque bonis fundamentis instructus, & solidis principijs innixus, omnia quæ in ea sunt sub dubio trahere, & non nisi vt mera probabilia possit sustinere, nam vt *Plempius* alicubi scribit: Litterariæ militiæ Primipilorum subtilibus, ac versatilibus ingenijs effectum est, vt etiamnum in Scholis pendeat fides

 veri,

veri : atque hi sunt, qui antecessorum grege, vt egregy habeantur, rel-
cto, omnem veterum Phijlosophiam prescribunt, & antiquioribus princ-
pijs destructis, nova ædificant, vt super rudera primorum, tanquam i
pegmate elati, conspiciantur in alto, decorum & licitum esse rati, omni
illa tanquam vera divendere, quæ intellectus sua vafritie possunt defendere
Ex his quidam sunt qui Medicinæ Artem omnino coniecturalem esse con-
tendant, nec quidquam in ea certi contineri, pro cuius confirmatione illu
Cornelij Celsi allegant : *Vero propius esse vix vlla perpetua præcepta Medicinale*
Artem recipere. Sed respondeo, hoc nihil in Medicina rari esse debere, cu
difficile sit aliquam omnino scientiam in humanis assignare, cuius omni
Principia, & Conclusiones sint perpetuæ veritatis. Præterea omnis ferè In
certitudo, & Dubium, & Coniectura non est in Scientia ipsa perse, sed te
net se ex parte Scientis, quod ex eo patet, quod plura scientes, & intell
gentes, magis experti, & maturius iudicantes Medici, tutius multo proce
dant, & successus certiores habeant; ita quidem vt respectu ipsius Scienti
tantum per accidens sit. Errant illi, inquit *Galenus*, qui eo Artem Conie
ctricem aiunt, quod coniecturalibus præceptis continetur, non enim à Pra
ceptis Coniectrix denominatur, hæc namque perpetua sunt, sed ab actio
ne, & Medentium opera, hæc autem incertum eventum habens, Arte
Coniectricem reddit; nam omnium Artium præcepta æque firma sunt, &
constantia : verum quoniam non omnium Artium finis semper attingi potes
eo fit vt earum nonullæ Coniectrices appellentur: Alias *Hyppocrates* ante eu
scientiam Medicinæ constantem, & firmam esse dixit : quod autem Idi
sijncrasia, & propria huius subiecti complexio Medicum lateat; quod ma
lum alias priori simile, maligni quid tegat, & sensibus externis se non offe
rat, & similia interdum Medicum suo fine frustrentur, eventumque anci
pitem reddant, quamvis id Medicinæ Scientiæ, vt diximus, extraneum si
& merum accidens, Medicorum tamen principem fateri coëgit : quod *A*
sit longa, Experientia fallax, & Iudicium difficile; vnde mirum videri no
debet circa illam Artem quædam instabilia fieri, cuius ipsum fundamentum
nempe Experientia, incertum est, nam hanc.

In Proœm.

Lib. de op-t m. sect. ad Thras.

Lib. de locis in homin.

...... *Artem experientia fecit,*
Exemplo monstrante viam.

Ex quibus tamen omnibus hoc solum sequitur, quod, si in multis Me-
dicinæ casibus non liceat argumentari ab infallibili aut indubitato, saltem
certitudine quadam morali, & communiter accidente; nam tempus, ai
Hyppocrates, etiam artem facilem, ac perviam facit, aut in consimilem vian
incidentibus processus manifestos facit : & similia fer habet *Celsus*.

Lib. de decenti ornatu.

Lib. I.

Secundò, omne illud Remedium verè Dubium est, quod adhibetu
Morbo

Morbo non benè noto ipsi Medico, propter signorum Patognimicorum fallaciam, v.g. in Hydropica & gestante Molam, imò Embrionem: in dolore Colico & Nephritico &c: Et hinc, si adhibita omni diligentiâ, nihil certi deprehendere possit, licitè illa scientiâ vtitur quam habet.

Tertiò illud omne dubium vocari debet, de cuius eventu, propter Morbi gravitatem, non nisi cum formidine de opposito quis prognosticari potest, sicuti in membrorum Extirpatione, applicatione Trepani, ventris Paracenthesi, Vomitivis vehementioribus &c. Atque hæc nullo modo adhiberi possunt, vel vbi aliud datur lenius, vel vbi periculum ex morbo ipso imminens non maius, moraliter certius, & præsentius esse iudicatur, quam id quod ex applicatione remedij timendum est, alias quæcumque morte minora, licite ad hibentur. *Cum enim Morbus periculosissimus* sit, inquit Hyppocrates, *in his periclitari oportet; si enim successerit, sanum facies, sin minus, quod etiam alias futurum erat perpetitur*: & aliqualis Spes certæ Morti præferenda, in tali quippe perplexitate à duobus minus malum eligendum, quod dictat. *Cap. Duo & Cap. Nerui 13. d.* quod si dicatur quod scienter, & volenter homo periculo exponatur, dico non esse novum periculum, nam suppositum est illud antea subfuisse, deinde vt *Seneca* bene dicit: *Nullum periculum sine periculo vincitur.* *Lib. de loc. in homine.*

Quartò Medicamentum vere Dubium est, quando Medicus nullam eius vnquam habuit experientiam, sed tota eius notitia ex eo provenit, quod in Aucthore aliquo eius vires & virtutes legerit, vel ab eo audiverit: & in illo casu sub varia distinctione resolvendum, quia sunt Certiora Remedia ad manum, vel non sunt: deinde vel malum extremum procrastinationem non patitur, vel tam parvus morbus est vt moraliter certum sit, ex parva dilatione, nullum aut parvum ægro nocumentum adferri: denique vel Aucthor ille à quo habet, omnino vulgaris, paruique faciendus, vel Maioris Famæ, & probatæ Fidei & Doctrinæ: Postremò vel Medicamenti virtus consistit in qualitate quadam occulta, de qua nihil Medico constat, vel tale est vt naturâ eius, compositione, ingredientibus & similibus consideratis, experti, & docti Medici fidem aucupetur.

His ita positis, dico primò, ex communiori Theologorum sententia, Medici sequi tenentur tutiora & probabiliora, & cum Certum Medicamentum habeant, vti non possunt explorandi gratiâ (in re gravi, & periculosa, alias sicut in alijs peccatis, ita & hic dari potest parvitas materiæ) Medicamento probabili tantum, multo minus Dubio, ita *Baldell. Sylvester, Busenbahum, Bonacina*, & quamvis Ethnicus, *ijs remedijs ipse semper uti conatus sum, quæ licet nonumquam præsidij quid allatura essent, dubiam spem promitterent, neutiquam tamen obesse possent* ait *Galenus*: quibus sese non confor- *De Conscient. dub. verbo Medic. q. 4. Medull. Theol. moral. lib. 1. tom. 1. dub. 2.*

De Compos. Med. secūd. Gen lib. 1. In Chron. masse videtur Maximilianus Imperator, qui intempestivè Pharmaco inc tæ efficaciæ hausto, contra Morbum quem sibi imminere putabat, mortu est, vt *Surius* refert & *Vander baecht*. Quod si verò Certa Medicamenta c sint, tunc illa locum habent quæ superius retulimus, nempe præstare D bium, quam nullum adhibere; adde hoc *Aëtij*: *humanum, & plenum be* Tetrab. 4. serm. 1. cap. 2. *volentia signum est, in extremis malis, etiam vsque ad experimenta, venire, difficultatem affectionis compescendam*, idque eo fit securius, quod ex tu pro perdito æstimabatur: & in Iure, pro Mortuo habetur, qui vivere n Affl. dec. 236. n. 4. potest, huic etiam subscribit *Sanchez*. Quis enim negabit omnino licere, mors certa imminet, Fera v. g. invadente aut Latrone, aut domo incen De matrim. l. 9. disp. 20. n. 19. se ex altiore loco præcipitare, cum dubio mortis periculo? Dices Mort per similia media interdum accelerari? cui respondet *Sanchez*: minus mu malum est dubia mors, aliquid spei habens salutis, cum periculo aliqu Loco cit. anticipationis, quam omnino certa; & ideo hanc etiam sententiam te 4 q. de Corrett. frat. a. 3. §. ex quo. *Adrianus*, licet parum dubius, dicit enim *Forte licere*; eandem tuetur *Almain*

Alia Quæstio ex hac pullulat vtrum Médicus, in tali casu, teneatur eti Dubia Medicamina applicare, & *Sanchez* sustinet quod sic, rationes e sunt, quod Medicus teneatur minus malum ægroti eligere, deinde illa Lib. 2. de remed. cap. 10. qui, quæ prudentia peritorum in Arte dictat. Sed hoc intelligendum est, æger admittat, & velit, quod ex loco *Cornelij Celsi* ab ipso *Sanchez* cit apparet, qui sic se habet: *Si nullum aliud apparet auxilium, periturusque sit laborat, nisi temeraria viâ fuerit adiutus, in hoc casu boni Medici est ostend* (nota) *quam nulla alia spes sit, faterique quantus in hac re metus sit, & t demum, si exigetur* (nota iterum) *applicare*: alias si Medicus (vt Sanch docet) teneatur similia applicare, eadem obligatione patiens teneretur adhibere & pati; quod mihi non bene possum persuadere, nam nemo di (vt in eius exemplo maneamus, quempiam propter imminens Mortis p riculum, teneri se dare præcipitem, & debere periculo aliquanto fortè n nori, ex deliberato animo obviare, & maius in conscientia non posse in tus expectare.

Dixi supra etiam in hoc casu dari parvitatem materiæ, ratione cuius f vt in Dolore Dentium non admodum clamoroso, Vulnere leviore, & milibus, in quibus notabile periculum ex parva certioris remedij dilatio non timetur, parvum etiam crimen sit, etiam certo habito, semel inc tius experiendi gratiâ adhibere: nam si, Medicus ita antecedentium greg sequi teneatur, vt nihil possit addere de proprio, quomodo fiet egregius nihil experiri, quomodo expertus?

Aucthoritati docentis, vt suus etiam eximatur scrupulus, Commu Theologorum sententia est, Tres vel Quatuor probatos aucthores sufficer

qurou

quorum doctrinæ se quispiam tuta conscientiâ confirmet, aliqui vnum insignem sufficere putant, sed tunc, meo iudicio, talis deberet esse Maioris Famæ, & omni exceptione maior, præcipuè in re gravi, & in qua de vitæ, vel Membri alicuius perditione agitur: ea enim *In humano corpore* (Galenum auditis) *inscitè vsurpare, quæ certa experientiâ probata non sunt, non tantum periculo non caret, sed & cum totius animantis internecione coniunctum est.* *2. Aphoris. 1.*

Resp. ad Argum. 1. Quoties Deus Optimus pœnas infligit peccato condignas, toties nobis misericordiæ materiam suppeditat. Castiget ille qui novit de malis bona facere; nos homines in Vindictam & Odium proni, non decet, nec fas est, de peccatis in foro conscientiæ commissis, sine Magistratui quidem, pænas sumere, quamvis id Confessarijs, vt Ecclesiasticis superioribus solis ideo permissum, quia hic in terris Divini Iudicis vicem gerunt.

Ad 2. Dico cuilibet Ius esse & licitum, vt proprium commodum Famamque extendat, per media licita & honesta, qualia hæc non sunt: nec in exemplo paritas rationis, quia damnum quod vicino per fluminis derivationem, aut aversionem infertur, planè per accidens se habet, nec vllo modo ab avertente supponitur esse intentum, sicuti *Ibidem Glossatores* explicant, deinde vtens Iure suo, nemini est iniurius, nisi fortè negativè, & materialiter.

Ad 3. Quamvis pauca Medicamenta sint omnino infallibilia, propter contingentiam effectus, aliasvè rationes in conclusione allegatas: plurima tamen inveniuntur certa moraliter, & probaliter propter successum, & experientiam frequentem; quod si talis occasio sit in qua neque hæc haberi possunt, cum nullus teneatur ad impossibile, in nomine Domini vtatur illis, quæ ad manum sunt.

Ad 4. Respondeo negando Consequentiam, benignâ Mater Ecclesia suadet quidem, & consulit semper meliora à nobis fieri & optima, non tamen præcipit: quia nec hoc permittit humana fragilitas, & vt permitteret, vnusquisque nimis anxius hæreret in omni actione, vtrum non detur sententia probabilior illâ quam sequitur, & an optimum agendi modum, hic & nunc elegisset, ideo fragilitati nostræ indultum, vt sufficiat bene fecisse: & secundum hæc tantum inferri potuisset: ergo Medicus vti potest Medicamento Bono, relicto Meliore, quod aliquousque veritati accedere videtur propter rationes iam dictas, & alias; sed si malum vehemens & periculosum, contra proximi Charitatem peccabit, & fortè contra Iustitiam, quia ad hoc vocatur & quasi præmio conducitur, vt optimum remedium adhibeat, quod scit, & potest. *In conclus.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum Medico liceat per vnum Morbum, alium Morbum curare?

ARgúm. 1. Videtur quod corpori alicui talem habitum inducere, q contra Naturam ſit, qualis eſt Morbus, ſit malum intrinſecum, e magis quod directiſſimè Midicinæ ſcopo, & fini opponatur, qui eſt Meder & ægrutidinibus liberare corpus, ergo hoc non licet.

2. *Non ſunt facienda Mala, vt eveniant Bona* & S. Ambroſius: Si alter ſubveniri non poteſt, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuvare ergo Medicus non poteſt Sanitatem in vna parte, cum Morbo in alia pr curare.

Roman. 3. cap lib. de offic.

SED CONTRA facit illud D. Auguſtini in Enchrid: *Melius iudicavit Deus Malis bene facere, quam nulla Mala eſſe permittere.*

CONCLVSIO.

Poteſt imo tenetur aliquando Medicus parvum malum inferre, vt ſanet peius.

MIrabitur fortè quis in Arte noſtra inexpertus, vnum Morbum aliu curare, & ad vnius mali ablationem, valere additionem ſecunc ſed mirari hic deſinet, ſi Poma, Rapas, imò Manus Pedeſque frigo congelatos & ſtupidos, in aquam gelidiſſimam immerſos, ad priſtinu ſtatum redire videbit, quin & Ambuſtis non ſolum Porra & Cæpæ calic ſimæ applicantur ex arte, ſed ipſe Ignis & cauſa mali, & Medicina eſt, lic ita ad hominem pro vulgariter inſtructis argumentari, coram doctis fate ſatis magnam inter allegata, & mox alleganda fore differentiam, vt in explicandum apparebit. Præter Extirpationes, Inciſiones, ſimileſque C rurgiæ operationes (de quibus Quæſtione agetur expreſſa) pauci ca ſunt, quibus pro curanda interna ægritudine, aliam ſimiliter internam p curare voluntariè, aut ſecundum Artem, aut ſecundum Conſcientiam ceat: at pro iuſtificanda noſtra concluſione ſufficit, non vnum Morb apud probatiſſimos Medicos & Artis noſtræ conſultos, huius conditic exiſtere, quare hic breviter recenſebo ne tam dubium remedium inv noſtris ſenioribus, ac Magiſtris videar proponere. In primis occurrit lo Millavi noſtri *Hyppocratis* docentis: à Convulſione ſi Febris invaſerit

Lib. de loc. in homine

d

datur eodem die, aut ſequenti, aut omnino tertia. Item à Convulſione præſſæ febrem ſupervenire bonum, & Tetano ac convulſione occupante, Igneum ardorem ſupervenire bonum. Vnde quis meritò iam dubitare poſſet, num in Convulſo de facto, liceret Febrem, & in eadem, ac Tetano igneum ardorem Medico excitare, ſi enim Natura hæc ad ſuppoſiti conſervationem moliatur, cur miniſter eius Medicus id non poteſt ex Arte magiſtram ſuam emulante? certè niſi morbus planè deſperatus ſit, & reliqua remedia eludens, non auderem tam temerarium & periculoſum medium adhibere, neque id Aucthores præcipiunt, ſed tantum narrant, & prognoſticantur tanquam ex ſigno bono, & ſæpius experto: rationes autem hæ ſunt. Qui vel extremis labijs aliquid Medicinæ guſtarunt, probè intelligunt eundem ſpecie Morbum, à diverſis planè, quin & contrarijs cauſis provenire poſſe, quare ſi Natura quantumvis debili conatu, tantum Medico lucis offerat, vt viam, quam ingreditur, & medium quo deſtituta eſt, poſſit deprehendere; tunc quadrat ſententia *Hyppocratis: Quo natura vergit, eo ducito*: Si verò Natura nimio malo depreſſa & obruta, nullum probabile ſignum exhibeat, per, quod irritam eius ſatagentiam Medicus aliquo modo poſſet olfacere; à remedijs Morbum alium inducentibus abſtinendum; ne ſi eum caſus fefellerit, cauſa morbifica, ancipite remedio adiuta, hominem ſtatim interimat. In tam pretioſo dubio iudicarem *Suetonio Paulino* adherendum, dequo *Tacitus* ait quod eſſet Cunctator naturâ, & cui cauta potius conſilia cum ratione, quam proſpera ex cauſa placebant; & hanc ipſam eſſe *Hyppocratis* ſententiam, vti ſupra diximus, patet non oſcitanter legenti: nam in priore caſu dicit: *ſi Febris inuaſerit* ./. ſua ſponte, nulla arte irritata: in 2. Febrem & Ardorem *Supervenire* bonum, non ſuperinduci de induſtria, nam addit expreſsè: talia enim per nullam Medicorum ignorantiam, aut ſcientiam fiunt, aut non fiunt, ſed ſua ſponte ſunt, ac fortuita caſu contingentia. Ita verè eſt, quod caſus promovet, maximè caducum eſt; quod rationem ſequitur perpetuò ferè ſolet placere.

Lib. 1. de Morbis Mulier.

Lib. 18. annal.

Aliud exemplum in Republica Medicinæ homo plus quam plebeius, ſuggeſſit *Cornelius Celſus*, nempe: Nonunquam etiam lentæ Febres, ſine vlla intermiſſione corpus tenent; ac neque cibo, neque vlli remedio locus eſt. In hoc caſu Medici cura eſſe debet, vt Morbum mutet. Sæpè igitur ex aqua frigida cui oleum ſit adiectum corpus eius pertractandum eſt, quoniam inrerdum ſic evenit, vt horror oriatur, & fiat initium quoddam novi Motus (./. febris) exque eo cum magis corpus incaluit, ſequatur etiam remiſſio. At ſi diu Frigus eſt & Torpor, & Iactatio corporis, alienum non eſt in ipſa Febre dare Mulſi tres aut quatuor Cyathos, vel cum cibo Vinum benè dilutum, intenditur enim ſæpè ex eo Febris (nota) & maior ortus

Lib 3. cap. 9.

 calor,

calor, simul & priora mala tollit, & spem remissionis in ea cura ostendi
Lib. 2. cap. 8. nam quos Ratio non restituit, Temeritas adiuvat. Item Lienosis bono to
mina sunt, denique ipsa Febris sæpe præsidio est, hæc ille. Verum illa n
nisi in casibus desperatis, alijsque remedijs non iuvantibus, tandem vsu v
niunt, ideo ipsemet gentilis vt est, addit: Sed est circumspecti hominis,
novare interdum, & augere Morbum, & Febres accendere, quia cu
tionem vbi id quod est, non recipit, potest recipere id quod futurum e
inquit. Atque hoc est quod Medici hodierni in Febribus, frigidioribus m
ximè, non sine fructu imitantur, & sæpius expertus sum. Neque dicendu
tunc malè curari, quia vt pro nobis ait *D. Augustinus*: Desinunt, esse pe
Epist. ad Public. cata, quæ propter graviora vitanda suscipiuntur: sicut in rebus vtilibus n
vocatur damnum, quod propter maius lucrum amittitur, ne gravius am
tatur. Ita solent Extirpationes, Cauteria, Solutiones continui, & Con
apertiones fieri, & maiora pericula post se trahentia: quod expresse add
propter locum in *Ambrosio Paræo* lectum, in quo dicit: Morbo Gallic
Lib. 22. cap. 17. Cancro, Vlcere Phagadenico, & Quartanâ laborantes Peste non inf
Ex quibus dubitatio oriri nata est, vtrum similes Morbos ad præcautione
Pestis licitum sit inducere? huic responsioni generalis quædam regula pr
mittenda, nempe ad hoc vt malum licitè introducatur, necesse est, vt
lud quod vltronèe & voluntriè inducitur, multo levius sit, minus pericul
sum, & magis sanabile: hoc ita posito, Respondeo Morbos quos (præt
Gallicum) Paræus enumerat inducere, & causare tam difficile foret, qua
eosdem sanare, vnde non video quibus medijs ferè in corpore sano indu
possent, quare & ipse, sicuti *Hyppocrates* supra intelligendus, nempe
sponte superveniant, aut de facto existant. De Morbo Gallico, cum absq
omni peccato acquiri possit, esset maior apparentia, sed cum hic morb
vilissimus, tanquam pœna Scortatoribus destinatus sit, & peior ipsa Pe
ferè Plaga nominanda, cuius speciem eligere nostrum non est, eius spont
nea procuratio, non nisi ad Dei quasi illusionem, & pro irritamento D
vinæ Nemesis inservire posset, quandoquidem Omnipotens Medicus hu
Morbum teterrimum pro Animæ salute, non Corporis sanitate permitti
vnde à gravioribus illis, Deumque tentantibus Christianis Medicis abstine
dum. Quod leviora quædam, non est tanta difficultas, imò verò maximu
interdum iuvamentum. Moris Medicinalis est, inquit scriptor antiquus,
sæpè fervorem viscerum in pruriginem Cutis trahat & plerumque inde interi
curat, vnde exterius sauciat, sed quia de his plura dicenda sunt, vbi d
Lib. 13. cap. 10. Mutilatione agetur, hoc *Celsi* supra alias laudati loco, pro Corollario a
dito finem impono: Circumspecti est Medici novare interdum, & auge
morbum, & Febres accendere: eo scilicet modo quo iam explicatum es

quo

quod non solum in Arte doctè (si quis Ethnici aucthoritati minus fidat) sed in conscientia licitè quoque fieri posse docet D. *Thomas* his verbis : *Medicus sapiens in remedium maioris Morbi , patitur infirmum in leviorem Morbum incidere.* 22 q.162. a.6.ad 3.

Ad Argum. 1. Respon. negando Assumpt. sit in rigore medico naturæ humanæ contrarium, præterquam quod etiam maiori Morbo (vt supponimus) sit remedium , etiam facili negotio rursus sanari potest , alias secundum illud principium Medicus fortioribus Cartharcticis in Cachochymiâ laborantibus vti non posset , quia Ventris tormina , & Viscerum dolores excitant ; neque in Febricitantibus potu refrigerante , quia stomacho inimicus est , quod nemo dixerit , cum ab omni ferè Medicamento generoso vis aliqua Naturæ inferatur : illud ipsum tamen sapienter adhibitum solet pro Natura facere , dum ipsam (nullo alio medio existente) à maiore , & periculiosore malo liberat.

Ad 2. Iam ostendimus , illud minus quod è duobus coacti eligimus , non esse absolutè Malum , ne fortè negativè quidem , quandoquidem sit medium necessarium (ex supposito) ad optimum finem. S. *Ambrosium* quod attinet , ille ibi agit de læsione Animæ , id est Scandalo proximi , quod dare peius est , quam bonum aliquod opus omittere , si tamen Datum vocari deberet , & non Acceptum tantum. Hic tota nostra defensio ab illa necessitate est , in qua tenemur perplexi : vnde quod in Animæ Morbo consulit D. *Gregorius* , & hic in corporis malo vsu venit, nempe : Dum mens inter minora , & maxima peccata constringitur , si nullus omnino sine peccato evadendi aditus pateat , minora semper eligantur. 32. Moral. cap.20.

QVÆSTIO XXX.

An Medicus propter Famæ suæ periculum possit necessaria remedia omittere?

ARgum. 1. Cum Doctori Angelico inter res temporales Fama pretiosissima esse videatur , Medico nihil charius nomine suo esse debet , 22.q.73 a. 2.in conc. cui dicit Poëta :

Omnia si perdas Famam servare memento.

Atqui omnis eius æstimatio, Aucthoritas Fama,& lucrum per consequens , à vulgi opinione dependet , quod omnia ab eventu iudicat,ergo, videtur quod etiam cum spe convalescentiæ alterius , non debeat propriam Famam certo periculo exponere.

2. Videtur quod Mortis ægri , vel maioris imminentis mali periculum , nullo

nullo modo Medicum privare valeat illo Iure, quod habet ad tuendam Fa-mam, & qui tuetur Ius suum nemini est iniurius, ergo potest Medicus etiam à necessarijs abstinere, si timeat exprobrium, vel Famæ læsionem.

SED. CONTRA facit illud Senecæ pænè Christiani lib. 3. de Ira cap. 4 *Conscientiæ satisfiat nihil in Famam laborantes, sequatur vel mala, dummodo bene mercaris.*

CONCLVSIO.

Medicus nihil necessarij ob vulgi Opprobrium potest omittere?

AB vna parte certissimum est, quod moderata honoris Cupiditas modestia non excludatur: etenim ingenia excellentia, quia hon formam virtutis in se continet, ideò quoque Cupiditate honoris arden Quomodo intelligendus est *Cicero* quando dicit: *Perfecti homines, & excellentibus ingenijs præditi excitantur spe gloriæ.* Adde quod Famæ, quam Med cus ita perdit, & iam Damnum emergens, & Lucrum cessans sit indiss lubiliter annexum, nam

In Cato. maior.

Vt Fama est homini, exinde solet pecuniam
Invenire; ego si bonam mihi servasso, sat
Ero dives

Ait *Plautus*: vtrumque tamen in casu nostro amittere in promptu vid tur, nempe illud quod melius est Nomen bonum, & etiam divitias multa nam ab alia parte non infrequens in Medicinæ praxi casus est, ægrum tam d biè, aut periculosè laborare, vt necessarium sit, etiam ad temeraria, graviora, & suspecta media recurrere; cumque vulgus (quamvis con Ciceronis doctrinam) omnem rem ab eventu iudicet, in eorum applic tione, sicuti Medicus Infamiæ, ita in omissione infirmus Mortis pericu exponitur: in qua perplexitate, vtrum Medico eligendum sit, primò tuitu non satis apparet. Calumnia fateor nimis sensibile honoris ama malum est: ast malè fundatam (vti supponimus) spei vitæ præponere m to intolerabilius esse iudico: vndè si fortè non contra Iustitiam, contra C ritatem indubie gravissimè peccaret ille Medicus, qui omni pietate vacuu ex Gloriæ stimulo proximum omni auxilio destitutum perire permitter quia Fama Medici, cavillantium pondere, vel per temporis lapsum, per maturiora iudicia detracto, rursus enatare potis est; sed æger vbi sem Mortis rapina factus est

Proverb. cap. 12.

Vide Lips. Centur ad German. Epist. 68.

.... Revocare gradum superasque attollere ad auras
Hoc opus, hic labor est.

P

Præterea Deus mandavit vnicuique de proximo suo ; & quisquis alium extrema necessitate pressum levare potest , aliquid præstando , absque suo gravi incommodo , cuius adhibitione tanta alterius necessitas depellatur, tenetur id illi non negare ait *Raynaudus* ex *S. Gregorio* : eamque ob causam *Codronchius* , & *Lessius* rectè statuunt , Medicos , & Chirurgos , cum absque gravi suo incommodo (quale non esse popelli cavillationem ostendemus) id possunt , teneri adesse ægris , extrema corporali necessitate pressis. Garriant laici & idiotæ , mumurent indocti , *Æquo animo audienda sunt imperitorum convitia , & ad honesta vadenti , contemnendus est ipse cotnemptus* ait *Seneca* : & peccat indubiè proprio suo commodo nimium intentus , qui ideo affulgentem convalescentiæ spem in proximo negligit , ne malè apud popellum audiat. Expertus fateor in huiusmodi perplexitatibus , & discordiam inter plures , & bellum quasi intestinum in vnoquoque Medico oriri , dum Ratio agendum dictat , obgannit Philautia ; Ars ipsa mandat , oggrunnit imperitus : suadet pietas , repugnat Ambitio : imperat Charitas proximi , contravenit Lucri amor : sed cum fragilitas humana in hac pathematum velitatione difficulter à se , quod rectum est , impetret , tertij quidam tanquam Arbitri adducendi , qui vacillantem animum ponant in tranquillo. Varronis argutum olim dictum fuit de mala Coniuge , inquit *Lipsius* , ferendam eam , aut tollendam esse. Tu vsurpa in pessima hac Viperarum Calumnia ; & tolera , quod non tollis. Feras autem ? imò & spernas , vt bonus & animosus miles levia , & circum galeas crepitantia tela contemnit : sic vir robustus , & sapiens Dicteria. Quid enim tibi tollunt , Famam ? bona ea semper erit apud bonos. Virtutem , aut Sapientiam ? non subiacent ea arbitrio humano : ergo

De Ortu Infanti. cont. nat. — *H mil. 9. in Evang. sub. fin* — *Lib. 1. de Christ. & sui med. rat cap 33* — *De Iur. & Iust. c. 31. dub. 7.* — *Epist. 76.* — *Dissert. de calum.*

Cur aucuparis anxiè , domi , & foris
Quid hic vel iste curiosus arbiter
De te loquatur ? immò fac tu strenuè
Quod est tuarum partium , quod virium ,
Pro lege conscientiæ. Si te domi
Absolvat ista , cur requiris anxiè
De te quid AIVS garriat locutius?

Certè qui ideò solum necessariò facienda omittit , ne Vitiligatoris obloquium incurrat , fateri cogitur cum *D. Bernardo* quod Ambitio eius ex Remedijs Morbos creët , ex Medicina Languorem generet. Sed Calumniam timeo , dices , & Infamiam. *Nec malam conscientiam sanat laudantis praeconium* , ait Augustinus , *nec convulnerat conviciantis opprobrium.* Si iniusta Infamia est (solatur ita nos *Petrarcha*) errores hominum alto animo proculcans , tua te conscientia solare Tune igitur famam esse clarissimam conscien-

Sermon. Quadrag. — *Contra Petil lib. 3* — *De Remed vtriusq. Fort. lib. 2. dial. 25.*

ſcientia turpi cuperes atque obſcura? (nota) itanè penitus verum eſt ill
Flacci:

Falſus honor iuvat, & mendax Infamia terret?

Si flagitio collecta Calumnia, gravis eſt fateor, ſi caſu, facilis: ſi hone
ſtudio, glorioſa. An non inſignis arrogantia foret eo pervenire velle, q
Epiſt 14. nemo hactenus omnium Medicorum attingit, ne quidem *Hyppocrates* ipſ
lege eum ad Democritum ſcribentem: In Arte Medica quæ rectè fiunt p
rumque quidem hominum vulgus non admodum laudat, ſæpe verò D
attribuit: at ſi in aliquo repugnans Natura, eum qui curatur, interem
Numen prætermittens, Medicos incuſat. Et ego ſanè (nota egregiu
ſolamen) plus reprehenſionis, quam honoris ex Arte mihi conſecutus
deor. Quod ſi Lucripeta fuerit, & Mammonæ pediſequa, quem pl
Adulationis merces, quam præmium Pietatis commoveat, ſciat ſe apud co
datos, & ſapientes multo plus lucri ſua ſevera ſinceritate, quam mulieb
ſua timiditate apud plebeculam facturum: cuius inſigne nobis ſapientiſſim
Phyloſophorum perhibet teſtimonium. *Quare*, rogat *Seneca*, *Medico n*
lib. 6. de Benef. cap. 15. *plus quoddam debeo? nec adverſus illum mercede* (ordinaria) *defungor? qu*
ex Medico, dicit, *in amicum tranſit* (vndè hoc probas Seneca? *quia i*
plus impendit, quam Medico neceſſe eſt. Pro me (nota) *non pro Fama Ar*
(adde nec ſua) *extimuit ..:.. huic ego non tanquam Medico, ſed tanquam Am*
co obligatus ſum. Quem hæc non moverint, quomodo à peccato excuſa
dus ſit neſcio, qui ſuper proximi ſui ruinas nomen ſtabilire, Famamque æd
In Moral. ficare contendit, cum *D. Gregorij* teſtimonio: *Solus in Dei opere fraude*
non facit, qui cum ad ſtudia bona actionis invigilat, nec ad corporalis rei præmia
nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiam anhelat.

Reſpon. ad Argum. 1. Solida doctrina, & conſtans prudentia, etia
ſolidum Nomen & conſtantem Famam adferre poteſt, non malè fundatu
vulgi iudicium: vndè melius eſt per neceſſariorum applicationem, ſi no
proximi Sanitatem, ſibi ſaltem tranquillam Conſcientiam, quam per inane
famam, ſibi gloriolam aut lucrum comparare.

22. q. 73. a. 3. in corp. Ad 2. Fateor, & Canoniſtas, & Theologos ſentire, quempiam ſe
non quoad Famam ſolum, ſed & alia etiam externa bona, ſecundum *D. Th*
mam Famæ poſtponenda, poſſe reddere indemnem cum detrimento etia
Tertij, ſi tantum vtatur Iure ſuo: verum in caſu hoc noſtro de Vita prox
mi agente, quamvis fortè iuſtitia propriè dicta non vinceret, Charitas me
iudicio deberet prævalere, nam quod Famam attinet, nunquam ſapiente
quia ex arte, procedens, illam per ſimilem actum apud bonos, & intell
gentes amittet.

QVÆ

QVÆSTIO XXXI.

An Medicus poßit præscribere Venena, Quæ, & Quo modo?

ARgum. 1. Ab eo tempore quo Protoplasti parentes nostri virulento Colubris consortio contagionis Venenum haurientes, Cælestia innocentiæ beneficia perdiderunt, ager pro bono fructu Zizaniam reddidit: terra in superficie Napellum, Cicutam genuit, & in sinu suo Hydrargyrum, Arsenicum, aliaque omnia Venena in hominis perniciem abscondit, cunctis in creatoris læsæ Maiestatis vindictam, contra mortalium genus conspirantibus; nullo ergo modo videtur Venena ad hominum Salutem inservire posse.

2. Nunquam Leges quempiam nisi pro gravissimo delicto, condemnant ad Mortem: sed *L. Cicero §. sed si ff. de pænis & L. Item si obstetrix §. si quis per vim ff. ad L. Aquiliam* Capite plectuntur Venena propinantes, ergo illud est delictum gravissimum.

3. Sunt alia Remedia omnibus malis sufficientia, sed dictum est, quod Medicus certò remedio habito, non possit vti dubio, vel periculoso, ergo nullo modo Medicus potest Venena exhibere, vtpote periculo plena.

4. Medicus non docere Venena, imò nec scire licet, ait *Cardanus* ex *Avenzoare* docente: Medicus, vt Medicus est Venena non debet scire, idque ideò solum, ne ipse per se, neque alij per eius instructionem propinarent. *Lib. 2. contrad. tract. 5. cont. 10.*

5. *Gerardus Columba*, *Crato*, *Massarias*, *Alphanus* varia exempla illorum narrant, qui ex Arsenico pannulis involuto, aut sacculo incluso per modum Amuleti super Cordis regionem, extrinsecus tantum appenso, summo sese vitæ discrimini exposuerunt, ergo similia nec intro assumere, neque exterius applicare licet. *2 Thiar. tract. 1. cap. 5.*

SED CONTRA Facit illud Plinij lib. 27. Histor. natur. cap. 2. *Mirum exitialia per se ambo cum fuerint, duo Venena in homine commoriuntur, vt homo supersit.*

CONCLVSIO.

Quandoquidem Venena secundum Artem præparata, & cum circumspectione adhibita, remedio esse poßint, licitum est illis vti.

NE æquivocatio vocis dicenda obtenebret, ante omnia notandum, apud quosdam scriptores (in eo maximè Græcos secutos) voces *Venenum,*

nenum & *Pharmacum* tam latè patere, vt in bonam, malamque partem a cipi possint: vt patet ex hoc Plauti:

In Pseudolo Art. 3 scen. 2.

..... Medæa Peliam concoxit senem,
Quem Medicamento & suis Venenis dicitur
Fecisse rursus ex Sene Adolescentulum.

Vbi Venenum pro Pharmaco accipi, clarum fit ex alijs Poëtis eande fabulam describentibus: ita *Lucanus*,

Lib. 8. de Bello. civil

.... Et infuso facies solidata Veneno est,

Vndè monet *Caius I. C. in L. Qui Venenum. d. de verb. signif.* Qui *Venenum* dicit, adijcere debet vtrum malum, an bonum; cum & Venenu aliud sit bonum, aliud malum. Nunc verò hæc Analoga, *Angelus* v. g. sem per in bonam; *Venenum* in malam partem tanquam pro famosiore signficat accipitur.

His ita positis certum est nulli Christiano, ne dicam Medico, nisi re medij loco licere Venenum propinare, nisi tam in Leges Civiles, qua Præceptum Decalogi velint impingere: *Non occides.* Vndè Iuramentum *Hippocratis*, gentilis vt est, ita habet: *Apollinem Medicum* (Ethnicorum mor *Esculapium, Hygeamque, ac Panaceam iuro &c*: tunc sequitur inter alia Chr stiano homini dignissima: *Neque verò vllius praces apud me adeò valida erun vt cuipiam Venenum sim propinaturus, neque etiam ad hanc rem consilium da bo*: & *Scribonius Largus* ne hostibus quidem Malum Medicamentu (.*i*. Venenum) dabit, qui Medicinæ Sacramento legitimè sit obstr ctus, sed persequetur eos cum res postulaverit. Hæc Intoxicatio, & Vene exhibitio apud veteres tam Ægyptios, quam Romanos ita frequens erat, Attalus Phijlomator, teste *Alexandro ab Alex.* Pro oblectamento habueri Elleborum, Aconitum, Cicutam venenosasque herbas plantare, vt fru ctnm inde legeret: quare in omni mensa Nuces, Lupinos, Citrum, Apium, quod Venenis prodessent, ante omnia quæ apponebantur, su mebant. Nunc verò Ter Optimus hominum Creator tam profundè Ven nata mineralia in terram defodit, tam devijs, solitarijs, & ferè inaccessib libus latebris, & scrobibus Venenosas herbas latere voluit; vt non nisi ma gno cum labore haberi queant: ex Bestijs itidem Venenatis paucissimæ Pe des, Alasue habent, ne pernices perniciosius nocerent. Verum quod Div na bonitas in creaturæ suæ commodum suppressit, in mortalium exitium hu mana nequitia supplevit, quæ Venenatis simplicibus diffidens, plurium vi vnitam esse voluit, atque ita turmatim ab illis hominem oppugnari: nam inter alios infernali furore stimulatos *Orpheus, Orus, Medesius, Heliodorus* & *Aratus* Quingentas Venenorum compositiones diabolico instinctu docuere Ex quibus vnum fortè illud est, quod *Cardanus* in Nubia, Africæ region invenii

Init. To. mil. — *Epist. ad Iul. Callist* — *Genial. Dier. Lib. 3. Cap. 31.* — *Boistiau Thea. mundi.* — *Lib. 2. Subtili.*

inveniri scribit, à Ptolomæo *Marmarica* vocatum, quod tam vehemens est, vt Granum vnum, vnius spatio Quadrantis Decem homines occidat, tam charum, & carum tamen, vt Vncia Centum Scutis vendatur, hac cautione tamen, vt emptor iuret se nunquam in illa Provincia vsurum, vnde ad alias, nostrasque partes distractum, fortè illi vino admixtum fuit, cuius vno assumpto vitro *Comes De Eureux*, hoc ipso quo hæc scribo die, intoxicatus obijt. Se dicitur subtiliora semper (emendet Deus) paravêre Itali: ita vt *Clemens Papa* Tedis infectis celebrans mortem inde obiverit. *Otto III. Imp.* Chyrotecis intoxicatis extinguitur: imò Ephippiam, stapedasque ita inficiunt, vt æquitantes postea lentè moriantur. Redeo ad petitum. *Boisteau Hist Prodig. cap. 8.*

Dico Secundo cum indubitatum sit Venenum Veneno resistere: deinde tam probè corrigi posse, viresque eius ita infringi, vt nimia eius activitate imminuta, quod reliquum manet, magnum in Morbis vsum obtinere possit, non solum licitum aliquando est, & vtile, sed & necessarium, prævia omni circumspectione, eo in Medicina vti. Nec obstant verba *Sophoclis*, quasi illa præ se ferrent nullum omnino remedium posse in Veneno inveniri, cum dicit: *Apud Stoba.*

Ego quippe (testor cuncta quæ spectant Iovem)
Tacere nequeam, noxium Virus meis
Si pro Remedio civibus cernam dari.

Nam Sophocles hic Metaphoricè tantum agit de Rege, aut Principe amicum ineptum, digniore post habito, in Officium aliquod trudente, præcedit enim:

.... Si quis Vrbi publicisque commodis
Præfert amicum (ineptum) *nullius pretij est mihi,*
Ego quippe &c:

Non verò, quod Venenum dexterè adaptatum inter Salutifera numerandum non sit: nam Venena & Medicamenta Venenata, inquit, *Bernard. Cæsius*, tam interius sumpta, quam exterius apposita Morbis succurrunt, qui aliud curationis genus non admittunt. Ita qui Menstruum Mulieris sumpsit (quidquid dicat *Ioubertus* illud non Venenosum, sed ex optimo sanguine esse contra Autopsiam) sanatur carne Viperarum: Scorpionis ictui, Scorpio ipse, non solum eius Oleum, imponitur à *Plinio & Dioscoride.* Ex *Ruellij* Aucthoritate Euphorbium datur contra Serpentes: *Matthiolus* Cantharides contra Canis Rabiosi morsum exhibet: & qui corpora Cantharidum inconsultè assumpserunt, ipsarum Pedes, & Alæ sunt pro remedio, & Alexipharmaco. *Plinius* contra Elleborum, Mandragoram propinat. *Theophrastus* contra ictum Scorpionis Aconitum offert, ita vt *Plinius* dicat. Hoc quoque tamen (Aconitum) in vsus humanæ Salutis ver- *Mineral. lib. 13 c. 14* *Lib. 3. c 53* *In præf. ad 6. Lib. Dioscor.* *Lib Natur 25. cap. 23.* *Lib. 9. de Plant. cap. 19.* *Lib. 27. cap. 2.*

vertêre Scorpionum ictibus adversari experiendo: Aconitum datum in V
no calido ea est Natura vt hominem occidat, nisi invenerit quod in hom
ne perimat Cum eo solo luctatur, velut pari intus invento, sola hæc p
gna est, cum Venenum in visceribus reperit. Hæc *Plinius*.

Hæc fusiusculè deducere volui, vt si Venena in substantia sua integ
medeantur, facilius mihi, ex Arte castrata, & correcta interdum vsui e
posse, concedatur. Neque refert Morbos supranominatos, nec tam p
niciosa Animalia, nec tam Lethales Herbas in his Regionibus passim i
veniri, satis enim frequens hic casus est, vt de eo inter cætera agatur,
vt ab extrinseco non assumatur, sciendum in corpore humano, tale qu
gigni posse; quod in se ipso præsens Venenum est: & Morbos non tantu
Lib.1.cap.7.acutor. Veneno assimiles procreari, vti docet *Areteus*, verum vt doctissi. *Guili*
mus Marquis in aureo *De Peste Tractatu*, qui inscribitur *Decas Pestifuga*,
Problem.1 cum Galeno Medici omnes, Venenum Pestilentiale, cum cæteris a
Lib 6.& 5 de Loc. Af fect cap.5. Venenis, non similitudinaliter solum, sed identicè convenire, tam Ve
rum Aucthoritate moti, quam experientia docti asseverant. Horum
similium Deleteriæ Malignitati, pernici activitati, & latenti dolo, effic
cissimo medio resistendum, idque illicò

Non expectatis eat obvia cura Venenis.

Inquit *Serenus Sammoniacus*, & cum tali Nodo talis adhibendus sit C
neus, Venenum licet Veneno expellere, si fidelis sit Medicus & exp
tus. Imò nec hoc requiritur, ad offerendum Venenum licitè, vt Mor
Veneni Naturam induerit, sed sufficit illum sive temporis diuturnitate, s
indomita sua Malignitate, tam pertinacem evasisse, vt omnia alia Medi
menta explodat. Ne Corporis quidem Morbos veteres, & diu auctos,
per dura, & aspera coërceas. Corruptus, & corruptor æger, & flagr
Lib.3. Annal. animus haud levioribus Remedijs restinguendus est, ait, apud *Tacitum* Ti
rius Imperator.

Ast rogabit cum fundamento quispiam, quænam pro Venenis haben
sint, ac per consequens, quibus in reluctante malo, tanta cum circu
spectione vtendum, cum nec de his quidem Medici inter se satis conve
ant? Cui fundatæ petitioni antequam respondeatur, animadvertendu
apud quosdam non contemnendæ Aucthoritatis, inter Venenata eti
communerari illa omnia, quæ copiosè assumpta possent quempiam int
Lib 6. ficere: ita Veneni verbo vsus est *Dioscorides*, pro exemplo allegans M
Prax. Lib. 7. Cap.1. stum, Crocum &c: atque ita acceptum, ferè coincidit cum Medicame
Deleterio de quo *Capivaccius*, nempe quod habet formam Naturæ hu
næ ita similem, vt in parva dosi iuvet, in summa verò interficiat, quia
ingentis activitatis; & de hoc erit enucleatius agendum, quia hæc Vene
su

sunt pessima, cum ob similitudinem iucunda sint, & absque vllo malo signo interficiant: alias proprijssimè illud sive Simplex, sive Mixtum vocandum Venenum est, quod Qualitate insigni ipsum Cor, aliasvè partes Principes, & Vitales corrumpit. Primi generis Venena sunt non absolutè, sed secundum mediocrem, & summam Dosim: Secundi generis, id est propriè dicta Venena sunt simpliciter, secundum Genus, Speciem, & Individuum. Itaque prioris generis sunt omnia Venena Frigida, quia illa in minima Dosi non nocent corpori, sed ab eius virtute vincuntur, & secundum portionem alimentarem, in nutrimentum transeunt, vti habet *Galenus*, vndè si interficiant, Quantitate assumi notabili necesse est, quæ nempe Quantitas subiectum sit copiosioris Qualitatis, nam in maiore Quanto, ideò tantum est maior virtus, non autem quòd à Quanto procedat actio Corruptiva: & hoc, obiter, facit ad intelligendum *Galenum* dicentem: Frigida Venena agere Quantitate, calida Qualitate. Venena secundi membri, sunt omnia ferè Calida, eoque multò periculosiora: nam licet & in ijs etiam inveniantur aliquando portiones quædam alimentares, non tamen à Natura nostra superantur, propter summam admixti Veneni Activitatem, quâ abradit, corrodit, putrefacit, comburit quodque obvium, antequam in Alimentum converti possit: his benè perceptis, patet Venena Frigida Medicis vsui esse, saltem in Minima Dosi, etiam integra, & solitariè assumpta: non Item Calida eodem modo, vtpote toto Genere, & in omni Dosi Naturæ nostræ inimica, sed juvare interim illa possunt duobus modis: vel si emasculentur, vt ita dicam, virtus eorum per alia adiuncta impediatur, vel artificiosa præparatione Activitas eorum obtundatur, & ad compossibilem Qualitatem redigatur: vel etiam si intra Minimam Dosim exhibeantur, quia vt acutè, pro more suo *Capivaccius* cuiuslibet Medicamenti determinata est Dosis, nempe Minima, Mediocris, & Summa, illa omnia quæ iam infra Minimam exhibentur, nullius sunt efficaciæ, sic Centesima pars vnius scintillæ v. g. Ignis non calefaciet: atque hæc de Calidis & Frigidis, quoad humida & Sicca, illa in ea Qualitate vix ita excedunt, vt ratione huius præcisè Venenata sint, & si talia dentur, illorum vsus in Medicina parvus est. Nunc ad magis particularia descendendum.

Lib. 3. de Temper. cap. 4.

Li. 3. Simplic. cap. 19

Loc. cit.

In primis occurrunt (nam quæ per Secessum, Vomitum, & Vrinam purgant in sequente Questione eventilanda) Medicamenta dicta *Narcotica* ./. Stupefacientia, & ob hoc solum *Anodina*, sive dolorem sedantia, quia Sensum obtundunt, qualia inter simplicia sunt. *Opium*, *Camphora*, *Mandragora Solanum*, *semina Papaveris nigri*, *hyosciami*, & similia, quibus meo iudicio per se, & simpliciter, Medicus vti non potest, quod maximè temerarium sit similia ad hibere, quæ apud omnes insigniores Medicos, ita Nervosum

genus offendunt, & Calorem Nativum dissolvunt, vt Lethargum, Apoplexiam, Paralijsin, Convulsiones, Atrophias, Gangrenasque etiam extrinsecus inconsideranter applicata, inducere nata sint: deinde quod Correctiua eorum facilè haberi possint, & ipsa composita vbique in Pharmacopolijs extent, quibus tutò in conveniente Dosi indies vti solemus: quali sunt omnia *Laudana, pilulæ de Cijnoglosso, Requies Nicolai, Opiata Anthony Calmethei, Gasparis Bauhini, Athanasia, Phylonium Hamech, Persicum, Romanum &c:* Dixi in *Dosi Conveniente*, qualis illa non erat à Medicello nuper præscripta Laudani Theophrasti ad Grana Quindecim, qui æger ideo tantum evasit, quia ipsi pecuniæ deërant, quibus instrumentum Mortis comparasset, vti superveniens admonui.

Secundò: Si incautus Medicus temerè Cicutam, Salamandram, Aconitum, Pitijocampos, Buprestia, Mandragoras, Cantharides, aut qui Lustramenti dederit penâ *L. Corneliæ* tenetur, ait *Marcianus*: Nec excusatum se putet quispiam intentione bona procedendo, nam vt *Caius*. 8. C ait: Bene, nec iniquum videtur, si Infirmitas Intellectus, vel potius Inscitia, Culpæ annumeretur, quum affectare quispiam non debeat, in qu non intelligit, vel intelligere debet Infirmitatem suam alij periculosam futuram, hæc *Caius*; nam homicidij crimen est in Salute hominis peccare, & plus est hominem ita extinguere, quam occidere gladio inquit *Theodoric* *Gothor*. Rex apud *Cassiodorum*.

L. 1. d. ad L. Cornel. de sicar. *L. 119. D. ad L. Aquil* *Lib 6. Variar Epist. 19.*

Sed quid si Medicus ad hoc præmio inducatur, vt hostem Veneno auferat è medio? Respondeo quod *Farinaceus* doceat, reum ipsum quidem a Veneni sumptionem condemnari non posse: deinde ex *Plutarcho*, *Elian* *Valerio max. Aur. Victor. Eutropio*, alijsque probatissimis historicis patet, Venenorum fraudem, nunquam, nec Gentilibis Romanis, & Ethnicis quidem placuisse, tantoqne magis à Christiano absit tam indignum facinu Scientia enim Sanandi, non Nocendi est Medicina, inquit bene *Scriboni* *Largus*. Sed supponamus hostem publicum esse, & Tijrannum? hunc sicu ex communi Theologorum sententia occidere vnicuique licet, ita equiden omnino dedecet Medicum vti quasi præpostera medicinâ, & inverso Salutis instrumento. Vnde non parvam apud posteros Laudem etiam Ethni mærentur, *Cleophantus* Medicus quidem ignobilis, sed homo spectatus apu *Ciceronem*: Domitij Medicus apud *Senecam*: & senior ille compertæ fid Medicus apud *Apuleium*, qui cum à Novercæ cuiusdam emancipato se vo, Venenum Privigno patronæ occidendo rogaretur, Somniferum (mo dicum) substituit, cuius laudandas voces hic apponere placuit: Quum Venenum Peremptorium, inquit, comparare pessimus iste gestiret: nec me Sectæ (Medicæ scilicet) crederem convenire, causas vlli præbere Mor tis

Quæst. 122 n. 2, tit. de homicid. *In Pyrrho hist. lib. 12 cap 33.* *Lib. 6. cap. 5 de Vir. illust. c. 35.* *Lib. 11.* *Orat. pro Cluentio* *Lib. 3 de Benef. c. 24* *Lib. 10.*

tis: nec exitio, sed Saluti hominum Medicinam quæsitam esse didicissem &c: sciebat hic fortè illud *Galeni*: Non minus odio habendos esse qui Venenis aliquid patrant, quam qui eorum vsum docent, & scriptis produnt immortali malitia se obligantes, dum arma pravis hominibus ad malè agendum suppeditant. Itaque parum interest, vt ait *Iuvenalis*. *Lib. 10. de M. d. simpl. facult.* *Satyr. 13.*

..... Artificem, Mercatoremque Veneni.

Quare ex *Quintiliani* testimonio, Venenum leges habere, emere, nosse denique vetant. *D. clam. 13.*

At verò quid si Veneni cuiuspiam, sive Antidoti virium experiundarum gratiâ (vt bene objicit *Mey-boom*) ad mortem iam damnato præberet Venenum, sicut ex iussu *Clement. VII.* & *Rodulphi* narrat factum fuisse *Matthiolus*; & simile quid *Berchtoldus*, *Paræus*, & alij? talem Medicum non peccare certum sit ex *Cornelio Celso* dicente: Crudele non esse hominum nocentium, & horum quoque paucorum supplicijs, remedia populis innocentibus sæculorum omnium quæri; & per hoc in hominis salutem non peccare fateor quidem, ast ab alio tamen, quam me Medico id fieri mallem, ab *Aretæo* edocto: *Licet ijs qui miserè vivunt Mori beatum sit, Medico tamen nobili Mortem inferre, aut nocere nefas ducitur.* *Comment. in Iureiur. Hypp.* *In 4 Dios. c. 37. Tract. de Terra Sigill.* *Lib. 24. Cap. 19.* *Præfat.* *Lib. 1. Cap. 6.*

Respond. ad Argum. 1. Ex communiore Theologorum sententia, si homo in statu Naturæ Integræ, & Innocentiæ perstitisset, similia noxia non fuissent producta, non ita tamen in perniciem humani generis creavit, vt per illa velit mortem peccatoris: deinde non ita vndequaque sunt noxia, vt in bonum finem innoxiè adhiberi non possint, sed Abusus eorum malus est, qui à Libero nostro arbitrio dependet, cum illis, vt ostensum est, non rectè, sed & meritoriè ad proximi, vel sui ipsius salutem quis vti possit.

Ad 2. dicendum leges illas optimè contra illos latas, qui Venenis abutuntur: anceps enim, & indifferens quasi, Venenum est, æquè ac Gladius, quo quispiam hominem & Occidere potis est, & Defendere.

Ad 3. Nego Assumptum simpliciter, deinde periculum quod immineret sufficienter avertitur, quando artificiosè ita corriguntur, & mansuefiunt, vt multa ex illis non solum in Medicina vsualia fiant, sed etiam Esculenta.

Ad 4. *Cardanum* quod attinet, cum in rebus fidei, & Conscientiam tangentibus magnopere suspectus sit, paruæ quoad hæc apud me aucthoritatis est. *Avenzoar* autem, etiam nil nisi Abusum impedire studet, & Medicos quidem illa scire concedit, vt auxilientur: vnde eodem loco citato *Cardanus* ait: Venenorum genera docemus Medicos, vt possint auxiliari, sed Pondus nec vulgares, nec Medicos docere decet, nisi in his quæ nos vt innocua tractamus.

Ad 5. Dico inde tantum hoc ſequi, quod omnia Venena, quocumqu modo adhiberi non poſſunt, quod plus quam certum eſt: nos autem tan tum aſſerimus, quædam, imò pleraque ritè, & circumſpectè adhibita, ſe pius adiumento forè.

QVÆSTIO XXXII.

An Medicus vti poßit medicinis per Vomitum, aut Sedem purgantibus?

ARgum. 1. Omnia ſimilia laxativa eſſe maximè noxia & Venenoſa, e his oſtendere conatur *Helmont*, quod omnia, vel ſaltem præcipua Correctione aliqua indigeant: deinde augeatur Doſis, inquit, & ilico pro dit ſe Lethale Venenum: ſecundum *Galenum* ipſum Theriaca, eorum (./. Pur gantium) æquè ac Venenorum viribus reſiſtit, ergo tam frequenter facilè, vt hodie fieri conſuevit, Solutiva adhibere, non caret notabili pe riculo, cui nemo proximum poteſt exponere.

Doctrin. in aud de Febrib. cap. 5.

2. Medicamenta Purgantia maximè obvia, & benigna, adeoque v frequentiora ſunt Caſſia, Agaricus, Rheubarbarum, folia Sennæ &c: ho rum tamen vniuſcuiuſque periculum allegat *Ioannes Riolanus* inſignis Med cus Pariſ. dicens: alijs Caſſia etiam mediocri quantitate ſumpta mortem a tulit. Agaricus varijs caſibus ſine periculo non datur, vti nec Rhabarbarum nec Senna, ergo in conſcientia ſecurius erit ab illis abſtinere.

Epiſt. Nü. cup. in Lib. de Art. Med.

3. Laxativum intus aſſumptum illico Rationalis poteſtate emancipatur, agenti Naturali ſubijcitur, quod non niſi operosè frenatur, quia, vt ve *Strada* (quamvis alio ſenſu) *Non eſt in eiuſdem manu ignem tectis* (& Med camentum humano corpori) *inijcere, & iniecto ſpatium modumque ſtatuer* ideoque Aſclepias, referente *Cornelio Celſo*, Vomitus, & Purgationes, eo volumine quod *de tuenda Sanitate* compoſuit, expunxit, & expulit.

De Bell. Belg. Lib. 3

Lib. 1.

SED CONTRA facit illud Sapient. 1. verſ. 11. *Deus Mortem non fecit, n latatur in perditione vivorum, creavit enim vt eſſent omnia, & Sanabil fecit nationes orbis terrarum, & non eſt in illis Medicamentum Extermin*

CONCLVSIO.

Medicus tam per ſuperna, quàm inferna Purgantibus tempor & loca, licitè vti poteſt.

DVo in Medicina ferè maxima Remedia ſunt *Phlebotomia* ſive Venæ ctio, & *Catharſis*, ſeu Expurgatio, vnde plurimæ quoque de illis i

ter Apollineæ Artis Doctores controversiæ, quibus omissis (& Phlebotomia in aliam Quæstionem relata) de Purgantibus solum sermo instituitur, his præter paucos antiquos maximum illis bellum Neotericus quidam indixit, *Ioannes Helmontius*, & ostendere conatur omnia hæc Dolo, Veneno, & Nocumento esse plenissima, verum cum totum istum Libellum, tanquam omnium Veterum aucthoritati, & Physicæ rationi contrarium quondam ex professo refutaverim, vela contraham. In primis certissimum est, Deum, & Naturam nihil fecisse frustra, *Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant omnia valde bona*, atqui *creavit de terra Medicinam*, ergo & illa bona est, quâ si quis abutatur, sicuti nullum ex eo rectè concluditur argumentum, ita nec vllum bonitati eius potest adferre nocumentum; si quis enim illis non in Pondere, Tempore, & Mensura secundum Artem vtatur, sibi ipsi abortivum eventum adscribat. *Non quæri possumus de aucthore nostri Deo Si beneficia eius corrumpinus, & vt essent contraria efficimus, si beneficia vtentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus; nec quidquam tam manifestæ vtilitatis inveniri potest, quod in contrarium non transferat culpa* inquit *Seneca*: ita vt illi abusus, quamvis frequentes fatear, & nocivi, non Purgantium malitiam arguant, sed periculum insinuent, & magnam in eorum præparatione, & exhibitione cautelam inculcent, vndè locorum Magistratui sedulò incumbendum, vt nullus nisi Doctus, Probus, & Legitimè admissus Medicinam exerceat, nullus nisi in Arte peritus, & approbatus Medicamina propinet, vti serio admonet *Ioan. Riolanus*, eo magis quod ingenuè omni medico fatendum sit cum *Hyppocrate*, *Galen. Cardano*, & *alijs*, medicamenta etiam probè adaptata sepius nonnihil corpori humano detrimenti adferre; quare bene monet *Galenus*, sanis Medicamenta non convenire, non quod absolutè omittenda sint, sed ad maius malum præveniendum solùmmodo inserviant, nam Medicorum consilia, ex illis sunt, quæ necessitate honesta fiunt: quod autem antiquioribus malè de laxativis loquantur, ideo contingit, quod cum vehementibus, & fortioribus Medicamentis, Elleboro, Elaterio, Veratro &c: tunc temporis corpora purgarent, à quibus nos vel totaliter abstinemus, vel rariùs illis vtimur; faciebant illi autem non propter læviorum Pharmacorum inopiam, inquit *Hieron. Mercurialis*, sed vt *Galen.* quod huiusmodi pharmacorum præparationes varias ac tutas haberent, quas posteros docere neglexerunt: nisi potius eorum Commentarijs nos carere dicamus, vt contingit de *lib. Hellebori Hyppocratis*, cuius principium dumtaxat hodiè habetur, & idcirco non est mirum, si dum Medicamenta leviora sectari studeamus, valentiora dimittentes, in curandis ægris ab antiquioribus tum in celeritate, tum etiam in securitate, non raró superemur, & ita dictus *Mercurialis* sententiam *Plinij* interprætatur, dum Helle-

Lib. de febrib. cap 5.

Gen cap.¹ Eccles. 38.

Lib. 5. Nat quæst.

Epist. dedicat. in lib. de Arte Med. Tert. 1. doct. 2. cap. 1. lib quos & quando Gal. comm in loc. cit. Lib. 2. cont Med. tract. 3. c. 8. Lib. 6 de Sanit. Li. 2. Lect. antiq. c. 25

Helleborum ſcribit quondam terribile, poſtea verò tam promiſcuum effectum, vt plerique ſtudiorum gratiâ, ad peruidenda acrius quæ commentabantur, ſumptitarent.

Nunc indagandúm, quænam illa Medicamenta ſint, de quibus ſcrupuloſiores diſputant, vtrum propter vehementem illorum activitatem, vel excedentem qualitatem illis inculpatè Medicus vti poſſet: & vt rarioribus omiſſis ad illa veniamus quorum vſus eſt magis frequens, quod accurata indagine digniſſimum exiſtimo, *Cornelij Celſi teſtimonio* edoctus, dum ait: non tam facilè his opitulari eſt, qui Venenum vel in Cibo, vel in Potione ſumpſerunt, primum quia non protinus ſentiunt, vt ab Angue icti, & ita nec ſuccurrere ſtatim ſibi poſſunt; deinde quia noxa non à Cute, ſed ab interioribus partibus incipit. (*Lib. 5. Cap. 27.*) Agmen ducet *Scammoneum*, quod *Meſue* dicit Inteſtina abradere, interna Viſcera erodere, Venarum ora dilatare, totiuſque ſua ſubſtantiæ eſſentia Cordi, Viſceribuſque reliquis obeſſe. *Fernelius* illud inter Maligna enumerat, in quibus vis, & ſubſtantia eſt Venenata, & ſimilia non laudabilia de Scammoneo legenda ſunt apud *Paul. Æginetum lib. 7. cap. 4. lib. 3. cap. 27. & 28.* Aëtium *Tetr. 1. ſerm. 3. cap. 25.* Dodoneum *Pemp. 3. lib. 3. cap. 1. Mercurialem, Dioſcoridem, Oribaſium, Weckerum, Matthiolum &c:* Sed dicendum prædictos Auctores agere de Scammonea cruda, & incorrecta, qualem exhibere nullo modo in conſcientia tutum: vbi verò ſecundum artem Pharmacenticam probè correcta, & præparata eſt, *Diacridium* appellatur, & illo in Dôſi conveniente, & tempore impunè vti licet; & idem dicendum de alijs effrenatè Purgantibus. Dubium eſſe etiam video inter ipſos Medicos inſigniores de *Borace*, fortiſſimè ex Renibus, Vreteribus, Matrice, Veſica &c. purgante, dum concertatione arrectaria vnus præſentiſſimum Venenum eſſe contendit, negante alio: ſed animadverto illos laborare in æquivoco, in errorem fortè *Agricolâ* vnum ex illis trahente, quando ſcribit vnum & idem eſſe *Boracem officinarum* cum *Chryſocolla* Græcorum, quod omnino falſum eſt, vti bene demonſtrat *Fallopius*, nam Borraci vrina pueri cum Nitro ſatis eſt abſque ærugine, quæ ærugo tamen ad Chryſocollæ confectionem neceſſaria eſt: niſi ideo hunc Boracem Chryſocollæ nomine dignentur, quod ferruminet Aurum, non ſecus, ac Chryſocolla; atqui hic fallopij Borax inſigne eſt in multis, & laudabile remedium. (*Lib 3. de nat. Foſſil. lib. 9 &c: Lib. 5. foſſil. Cap. 31*) Alius eſt *Borax Bufonicus*, id eſt lapis, vel Os in Capite Bufonis repertum, quod aliqui Inteſtina, alij Calculum expurgare affirmant, verum cum ſimilia mihi valde, tum ob Aucthorum varietatem, tum ob differentiam ſuſpecta ſint, nunquam, aut raro illis vtor, & qui vſurpare volet ex autopſia, & experimento ſibi conſcientiam formet, legatque *Albertum Mag. lib. 3. Miner. tract. cap. 2.* Cardanum *lib. 7. de Subtil.* Braſavolum *in examin. terrar.* Cæſium *Mineral. lib. 2. cap. 4. ſect. 7.*

Similis huic Quæstio oriri posset circa *Cantharides*, cum tanquam Venenum multa crudelia symptomata ab imperito oblatæ causari natæ sint: quare secundum conscientiam licitè, secundum corpus innoxiè ab intelligente duntaxat Medico offeruntur assumendæ: idque de omnibns illis Medicamentis dicendum, quibus aliquale periculum est annexum, ex cuius magnitudine peccatum temeritatis adaugetur. Idem dicendum de *Colocynthide*, sive Cucurbita Agresti, quæ non solum Venenata & noxia, sed & Mortifera esse apparet ex *Lib. 4 Regum*, cum enim ollæ pulmentariæ à pueris per ignorantiam fuisset immissa, & à socijs gustata, statim exclamare: *Mors in olla*, hoc est, Venenum nobis exhibitum est, vt explicat *Levinus Lemnius*, & subscribit *Cardanus & Arnoldus à Villanova*; quæ omnia vera sunt, si de Colocynthide intelligantur cruda, non castigata, aut præparata; quod autem summa eius vis & energia elidi possit, & mitigari, deducitur ex eodem Scripturæ loco, nam Hæliseus non imperitus Naturæ, confestim inita ratione, qua nocumentum omne & amaritudo eximi posset, pulmentarium esculentum fecit. Itaque Medico vsui ritè adaptata, non paruum in pituitæ purgationem adfert emolumentum; & cum Vino Mombasio colliquato, teste *Hieron. Bardo*, egregiè ad Prodagram facit.

Cap. 4. v. 39.

Lib. 1. de Venen. Cap. 1.

Specul. Meduc. cap. 67.

Med. polit. cathol. artic. 2.

Respond. ad Argum. 1. A peccato Adami, vix esculentum aliquod, comestioni & nutritioni hominum destinatum, ita vndequaque salubre est, vt nulla correctione indigeat, quam omnes etiam ancillæ culinariæ, quamvis inscienter, quotidie adhibent: ideò enim est, quod omnia omnino vel elixentur, torreantur, macerentur, condiantur, Aromatisentur, saliantur &c: nullo modo tamen propterea Veneni arguenda sunt: deinde vtendum illis est, sicut Deus illa *fecit*, *in Pondere & Mensura* & ..... Vltra, citraque nequit consistere Rectum. Tertia eius ratio aliquid concluderet, si Theriaca esset Venenorum remedium adæquatum, & nullam aliam haberet virtutem: alias non sequitur Cocochymia, Hydrops, Sciatica &c: curatur per sudorem, & decoctum Salsæ, ergo eadem est cum Luæ Venerea, quæ per illa eadem sanatur.

Ad 2. Quod aliquis etiam Cassiâ abuti quidem possit, extra dubium est, at secundum Artem exhibita, nihil nisi bonum ex ea expectandum, atque idem est de alijs. De cætero Mens hic *Riolani* perpendenda, quæ nulla alia est, quam docere Magistratum, vt vnumquemque se Medicum professum ad Medicinæ praxim non admittat, quia pauca Medicamenta sunt, quæ in suorum exhibitione magnam industriam, & circumspectionem non requirant.

Ad 3. *Asclepiadis* tempore varias, & multum à se differentes fuere Medicorum Sectas & opiniones, plerumque ægrorum, vulgique adulationi, accomoda-

comodatas, nec Zizania illa vsque hoc nostrum ævum totalitér extirpat
Lib. 1. c. 3. Salubrioris itaque, sententiæ fuit, eius citator *Celsus*, dum eodem lo
subiungit: *Non reprehendo* (Asclepiadem) *quod Vomitum reijciat, si offe*
sus eorum est consuetudine, qui quotidie eijciendo, propter vorandi facultatem, mo
untur: & purgationes sunt perniciosa, si nimis valentibus Medicamentis fian
sed hæc tamen submovenda esse, non est perpetuum, quia corporum, temporu
que ratio potest ea facere necessaria, dum & modo, & non nisi cum opus es
adhibeatur.

QVÆSTIO XXXIII.

An Medico liceat mandare Venæsectionem?

ARgum. 1. Cum tota & omnis Morborum victoria, in viribus Natu
consistat, & vires per Phlebotomiam diminuantur, ita vt *Ficinus* r
In Epist. Antid. c. 6. ferat *Galenum*, & *Avicennam*, quanto magis exercuere Medicinam, tan
semper timidiores circa Venæsectionem esse factos, ergo nec secundu
Artem, nec in Conscientia illam Medicus celebrare potest.

Argum. 2. Magnam Venæsectionis perniciem insinuat non occultè m
Lib. 17. cap 26. gnus secretorum Naturæ scrutator *Plinius*, dum ait: *Succo emisso, quib*
dam (arboribus) *veluti detracto sanguine, circumrasi corticis vitium; ext*
nuatio: & sequitur: *magnoque ex parte, similis hominum Medicina, & Ar*
Cap. 27. *rum est.* Ergo sicut arbori per succi, ita homini per Sanguinis detractione
extenuatio procurabitur, & tandem Mors.

3. *Quicumque effuderit Sanguinem humanum, fundetur Sanguis illius,*
Gen. 9. 6. Textus Sacer. & ratio allegatur in eodem his verbis: *Anima carnis, in Sa*
Lev. 17. 11 *guine est*, atque ideo in Biblijs promiscuè Sanguis pro Anima accipitur,
è contra, vti patet ex Dei verbis: *Vox Sanguinis fratris tui clamat ad me*
Gen. 4. 10. *terra* Item *Esdra cap. 15. v. 8.* sed Venam secare, est Sanguinem fu
dere ergo.

SED CONTRA Corporaliter etiam intellectum verissimum est, id quo
D. Paulus spiritualiter ad Hebræos scripsit Cap. 9. *Omnia penè*
Sanguine ...... mundantur, & sine Sanguinis effusione, non fit remissio.

CON

CONCLVSIO.

Phlebetomia, sive Venarum sectio ritè adhibita, non solum est licita, sed sæpe etiam necessaria.

QUæcumque in rerum natura ab eius Aucthore instituta, & licita sunt & laudabilia, si quis illis rectè vtatur: quod autem Venæ sectio vnum ex illis sit, ex eo probatur, quod bruta Animalia non ex instructione humana, sed connato instinctu, non artificiosè, sed Naturaliter illam celebrent. Scribunt enim arcanorum Naturæ consulti, quod *Hyppopotomus*, seu *Equus Marinus* in Nilo degens, assidua ingluvie, & satietate obesus, factusque iam sibi ipsi gravis, Plethorâ & Cacochymiâ distentus, in littus exeat indagaturus arundinum cæsuras, atque vbi acutissimum earum stipitem cernit, in corpus adigens, Venam sibi in crure aperiat, atque ita Sanguinis profluvio excitato, morbidum corpus exoneret, mox plagam rursus limo littorali obducens. Hic Antverpiæ vulnus in Collo Equi Poloni vidi circa humerum sinistrum, quod ipsemet dentibus suis Venæ inflixerat, vt nimium ab insessore citatus effervescentiam, & sanguinis inflammationem preveniret, idque, vt æquiso referebat, cum alijs eiusdem generis Hungaricis, & Polonis Equis habebat pro more, in quibus certè mirabilis Dei providentia elucet, *quia* nempe *oportuit* (verba sunt Hugonis) *vt illis, quæ sibi prævidere nesciunt, Natura consuleret: homini autem ex hoc* (nota) *maior experientiæ occasio præstaretur, cum illa quæ cæteris Naturaliter data sunt, propria sibi Ratione inveniret.* Et hoc itaque vnum ex illis est, quæ bestijs debemus Remedia. Totum quod ignoranter scrupulosi adversarij contra magnum hoc, & necessarium remedium allegare quæunt, est Spirituum Vitalium quandam deperditionem huic esse infallibiliter annexam, vnde virium deiectio. Respondeo ex illis omnibus concessis, inferri nullo modo posse Sectionem Venæ non esse in conscientia licitam, sed cum moderamine, & cautè esse adhibendam, quod apud omnes intelligentiores Medicos primò verum est, atque ideò Artis Medicinæ Primates, tam multa, tam præclara de scopis Mittendi Sanguinem scripsere, ad quos Medicus semper debet collimare, ne temerariè Venæsectionem instituat, nec vnquam ad illam resolvat, nisi multo maius commodum ex eo speret, quam parvum detrimentum illud est quod timet, idque *Ficinus* supra citatus suis verbis confirmat, cum inter Venæ sectionem, & Medicamenta Purgantia comparationem instituit, & necessitate non omnino vrgente, Medicinas Venæ sectioni prudentissime anteponit. Sed interim verum manet illud vnicum,

In Didasc. Lib. 1.

(sine quo nec morbus devinci potest, nec ipsa vita subsistere) virium ro-
bur infringi & debilitari? imò, concedo aliquale damnum emergere, se
hoc respectu tantæ vtilitatis ex ea provenientis, non esse consideratione di
gnum: Prædo est morbus, quem nisi numulo voluntariè donato pacaveris
quidquid circumfers in discrimen adducitur, etiam & vita; quanto itaqu
consultius est aliquid importuno extorsori vltro concedere, quam avarâ re
cusatione irritato, omnem cum marsupio pecuniam relinquere, tanto me
lius est aliquot peccantis Cruoris vncias negligere, quam totam Sanguini
massam cum vita simul amittere, vti sæpe contingit quando Sanguis quan
titate & copiâ sua turgidus, Venarum suum habitaculum effringit, qu
data portâ ruit: quod si Sanguis etiam Qualitate peccet, quod valde fre
quens est, imò ferè ordinarium, non solum Natura obruitur mole, se
& à pravitate impetitur, adeoque alijs scopis concurrentibus, tenetur sa
piens Medicus Venam aperire, ad necessaria Media applicanda obligatus
nam *Levata ea, quæ totum corpus regit, Naturâ*, inquit Galenus, *facil
concoquit id, quod concoqui est habile, & excernit id quod potest excerni.*

Lib. 11. Method. Cap 15.

Dicet quispiam: videtur quod Venæ sectio nullo modo sit medium saluta
re, quandoquidem meritò inter Cruces, Rotas, Laqueos, aliaque carni
ficinæ supellectilia numeretur, nam & per illam Malefactores, vti olim
& nunc è medio tolluntur, ergo non Christiano Medico pro vita conser
vanda, sed perdenda Tortoribus competit? Respondeo non abs re inte
Medicos, Iudicesque sæculares comparationem institui, nam, vt *Sebastia
nus Foxius* advertit, Medici, & Iudicis similitudo est, non tantum profes
sione ipsa, sed etiam munere. Medicus (pergit) Morbos corporis, Iu
dex animi vitium curat, ille Morborum peritus & intelligens constitutioni
cuiusque esse debet, hic ingeniorum & morum Civilium doctus vterque se
nex, aut saltem experimento peritus, ita ille & similia fere habet *Conciliun
Chalcedonense*: vnde cum tanta inter Medicum, & Iudicem, sit concor
dia, quid mirum impropriam quandam Analogiam reperiri, inter Medici
næ, & Iustitiæ instrumenta? cum hac tamen discrepantia notabili, quo
Iudex dum puniendo malos Rempublicam curat, vt exemplum statuat, ter
rorem incutiat & metum, eiusque Iustitia per violentia procedat, Medicu
autem à Modo, & Temperamento vti & Medicina, nomen suum habet
inquit *Isidorus.* Magnæ ægritudines, inquit *Concilium citatum*, quales sun
Passiones orbis terræ Medicamine indigent forti, vbi subiecto partilari be
nignioribus subvenitur. Deinde fateor quædam ex illis instrumentis vtriu
que, non nisi quoad magis & minus differre; tortores omnes tam Pedum
quam Brachiorum Venas simul, & Arterias discindebant crudeliter, qui
ad Mortem, nos vnicam ferimus leviter, quia ad sanitatem procurandam

In Platon. de Rep. bl. dialog. 3.

Art 3. ad Imp. Martian & valent.

Quo

Quod si itaque Phlebotomia non ita vndequaque bona sit, vt nunquam quis illà abuti possit, hoc ipsi cum omnibus alijs, non solum Remedijs, sed rebus creatis est commune, nam teste *Seneca*, nihil tam manifestæ vtilitatis inveniri potest, quod in contrarium non transferat culpa. Ideo etiam in Iure Civili ab *Vlpiano* cautum est: *Si Medicus phlebotomaverit indiscretè, & sine ratione, subjicitur pœnæ legis Aquiliæ*; quid ni & Divinæ? cum tam ineptè illam celebrari vidimus, vt æger *L. qua actione §. fin. ad L. Aquil*

Concidat, ac multo Vitam cum Sanguine fundat. *Eneid. 2.*

sive vt idem loquitur: Purpuream vomat ille animam. Quod si certè, ex temeritate, vel ignorantia crassa Medici contingat, pro vt illa minor, aut maior fuerit, etiam culpam efficiet, nam ex Clarissimi nostri Senis testimonio (quod à multis Gallicis, Hispanisque Medicis nimium Venæ sectioni addictis annotari velim) *Non minores afflictiones ab intempestiva evacuatione, quam repletione hominibus contingunt.* Invenio loco pœnæ fuisse militaris, apud *Alexandrum ab Alexand.* iubere ignominiæ causâ militibus audacioribus qui nec animi, nec consilij satis haberent, Venam solui; sed hæc non tam pœna, quam Medicina fuit, superflua enim sanguinis parte defluxa, se magis intra gyrum rationis poterant continere. *Lib. de Vict. Medicina. Lib. 2. Genial dier. Cap. 13.*

Resp. Ad Argument. 1. in corpore conclusionis est.

Ad 2. *Plinius* ibi de nocua circumrasione, qualis in Pomarijs à Cervis, Capris, Porcis, Vaccis sæpè fit, quare Villicus arborum suarum truncos, sentibus, spinisque circumsepit, sicuti Iuristas inconsideratè, venam secantibus, legale suum munimentum opponere supra diximus, ita vt *Plinius* ibi tantum de eius abusu agit. Comparatio autem Medicinam inter, & Arborem, vti Plinius in multis, multum claudicat.

Ad 3. Effundere Sanguinem in locis Scripturæ citatis ex *Benedicti Lyrani*, aliorumque Commentatorum *Glossa*, idem est quod occidere, cui contrarium est Medicè, & ex arte corrigere. In locum autem *Levitici* dicunt *Radulphus, & alij*, per Sanguinem, eiusque Anima, non vitæ principium, sed Carnales Appetitus intelligi, & certè ex *Galeno* constat, Iecur nostrum vti Sanguinis, ita vehementium quoque passionum, Iræ maximè, & Concupiscentiæ focum esse & officinam. In vltimo loco vox *Sanguinis* nihil esse iam diximus, quam Fratricidium.

QVÆSTIO XXXIV.

An Medico liceat Mutilare, Vrere, Secare, Paracentheses face[...] Perforare, & similia?

ARgum. 1. Præterquam quod similes Chryrurgiæ operationes crudeli[...] tem quandam redoleant, nunquam ferè fiunt, sine notabili æg[...] rum periculo, cum lethalia Vulnera illis infligantur, & quidem voluntar[...]

Cap. 7. vnde Propheta *Micheas* fortè in hunc modum conqueritur: *Perijt de terra [...] nis sanctitas, & rectus inter homines non est; omnes Sanguini inhiant, & [...] fratrem suum ad mortem venatur, & malum Manuum suarum vocant bonum.*

Exod. cap. 21. 2. In vetere Instrumento; iubet Dominus *Reddere Dentem pro Dente, [...] dem pro Pede, Vulnus pro Vulnere, Adustionem pro Adustione*, etiam quando [...] motu primo primò, in ipsa Choleræ ebullitione, & furore Iracundiæ, al[...] fecisset, nam præcedit: *Si rixati fuerint &c*: quid ergo si animo delibera[...] & sedato Sanguine id fiat. Imò tanti humana membra fecêre Romani, [...] Legem tulerint, quod si quis consultò, aut casu alterius Membrum rupis[...] aut secuisset, è pacto Talio pœna esset, vnde Membri alicuius Extirpa[...] videtur esse malum intrinsecum.

3. Cum ex eo vivant, videntur illi Medici Sanguine gaudere & Vuln[...]

Lib. de Clemen. ad Neron. bus, quod sapientissimus *Seneca* Ferinam rabiem indigetat, vnde etiam [...] *Canone si quis viduam distinct.* 50. qui mandat alteri vt mutilet est irregular[...] atqui pœnæ non infliguntur, nisi ob culpam, ergo iubere, vel consul[...] Membri Extirpationem est culpabile.

Lib. 2. Cap. 4. 4. *Damascenus* docet, quod peccatum committatur per hoc, quod re[...] datur ab eo quod est secundum Naturam, in id quod est contra Natura[...] sed secundum Naturam est corpus nostrum esse integrum, contra Natur[...] autem esse Membro mutilatum, ergo in eius abscissione necessariò comm[...] titur peccatum.

SED CONTRA facit illud D. Augustini *Tu vis auferre Medicamentum [...] vreris, ego novi infirmitatem qua gravaris. Medicus Secare vult, [V...] vult, tu vis revocare manus, sed ille Vulnus attendit, & scit quous[...] perveniat, non fit quod vis, sed id quod tibi expedit.*

CO[...]

CONCLVSIO.

Omnino licitum est, per Partis amißionem, Totum Servare.

QVantitas Morborum quibus humanum genus subijcitur, non solum ita numerum excedit, vt aliquando æger Phylosophus, vtrum illa *Discreta* sit, præ impatientia dubitet, sed præterea ita in maligna Qualitate interdum peccat, vt non nisi rudiore Medicina homini succurrere liceat. Nolo hic cum *Petro Aponense*, & *Cardano* disputationem instituere, vtrum Dolor sentiatur nec ne, ad præsentem Quæstionem sufficit, remedia quædam ita esse Dolorosa, vt in ægris impatientiam causent, & alijs Crudelitatem sapiant, & tamen teste *D. Augustino*, *Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus: qui Phreneticum ligat*, inquit, *& Lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos sanat, ambo quam diu ægri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur.* *Differ. 77. Contrad. med. lib. 1. tr. 5. 7. Epist. ad Vincent. Donatist.*

Ad vivum penetrent flammæ, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto Sanguine venis
Arescat fons ille mali: truncantur & Artus,
Vt liceat reliquis securum vivere membris. *Claudian. Lib. 2. in Eutro.*

Quo modo autem, quando id fieri possit, aut debeat, pendet ex religiosi Medici conscientia, & sapientis iudicio. Sciebat Imp. Tiberius apud *Tacitum*: Ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura, & aspera coërceri. Sciunt hoc Medici partes Sphacelo, aut Gangrænâ consummata corruptas, omnem Medendi artem eludere, totique corpori, ni tempestivè, & peritè extirpentur, minari excidium, quod si Medici negligant, etiam *D. Cypriani* iudicio culpandi sunt, & illos in hunc modum castigat: Imperitus est Medicus, qui tumentes Vulnerum sinus manu parcente contrahit, & in altis recessibus viscerum, virus dum inclusum servat, exaggerat. Aperiendum igitur Vulnus est, & secandum, & putredinibus amputatum, medela fortiori curandum. Vociferetur, & conqueratur æger impatiens prædolore, gratias aget postmodum, cum senserit sanitatem. Absit igitur illa Remedia forè illicita, quæ mitissimi iuxta ac Sanctissimi Patres adhibenda esse inculcant. Si tamen (quod Deus avertat) Chirurgus, aut Medicus severiora hæc media ex arte quidem applicet, at cum Epicherecacia quadam, vt *Plutarchus* loquitur, id est gaudio ex alterius malo, ex tacito Rancore, & occulto Odio profecto; hunc graviter contra Præceptum diligendi proximum, etiam inimicum, peccare extra dubium est, vindicta Medicinam in lanienam vertente, nam extrinsecum opus bonum

Lib. 3. Annal.

Sermon. de lapsis.

bonum non poteſt eſſe, vbi *ex Corde exeunt cogitationes pravæ.* Cordat
Medicus, & ſincerus condolens dolenti, triſtatur intrinſecus ad Dolore
Sup. Matt. infligendum ſe cogi, ſicuti de Rege benigno loquitur *D. Chryſologus*, h
audiens criminoſas perſonas, lege quidem compellente, ipſe ſententia
mortis dictat adverſus eas, tamen miſericordia inſtigante lachrymas fun
ſuper ipſas, & vult eas adiuvare, & non poteſt, contradicente ſibi Iuſ
tia: ita profectò probus, ac conſcientioſus Medicus, in Quæſtionis hui
caſibus primò omnes ſui cerebri ſinus excutit, varios Aucthorum libr
evoluit, cuncta prius mitiora Remedia adducit, diſcutit, conſulit, tenta
& vbi nihil ſe per ſimilia videt proficere, tandem intra ſe cum *Seneca*,
Epiſt 85. hunc modum diſcurrit: *Quamvis Levia initia Morborum, ſerpunt, & ægra co*
pora interdum mergit acceſſio: quomodo ad id finiendum ſatis valeo, ad qu
prohibendum parum valui, cum facilius ſit excludere, quam admiſſa compr
mere? adit *Ovidium*, hic ait

Vidi ego quod primò fuerat ſanabile vulnus,
Dilatum longa damna tuliſſe mora.

Lib. 17. Annal. Conſulit *Tacitum*, qui reſpondet: *Nullus cunctationi locus eſt in eo co*
ſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum. Reperit apud *Iſidorum cum Dol*
De ſum bono Cap. 46. *ſunt abſcindenda, quæ leviter ſanari non poſſunt* Legit *Ciceronem* monente
quod parvis momentis magnæ temporis inclinationes fiant. *D. Hieronymi*
In illud Iſai. cap. 2. Si laveris te Nitro &c: animarum morbis, ad generoſum hunc curandi modum alludentis dicta h
repetit: Qui gravi peccatorum ſorde maculatus eſt, non levioribus purg
tur monitis, porro peccata graviora (tam in corpore quam in anima ſ
licet, alias enim comparatio non rectè procederet) quæ ad Mortem tr
hunt, nec Nitro, nec Barith dilui poſſunt, ſed gravioribus tormentis i
digent. Hæc & ſimilia gravia, graviſſimorum virorum dicta perpenden
Epiſt. ad Crat. tandem definitiva *Hyppocratis* ſententiâ motus, (docentis: *Cum in om*
Arte aliena ſit procraſtinatio, tum verò maximè in Medicina, in qua dilatio vi
periculum adfert, hoc *Naſonis* addito

Vt corpus redimas, Ferrum patieris & Ignem.)

Si occaſio ita ferat, pro rei gravitate & perſonæ alios Medicos, & Chyru
giæ peritos advocat, & finaliter reſoluit:

...... Immedicabile vulnus
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Ubi reliqua omnia membra, imò totum corpus, & ipſa vita in d
crimen adducitur, virili animo, & maſculè, non muliebriter cum timi
rate procedendum, fœminæ, puerique Tenerè, nos proximum noſtru
Fortiter amemus. Verum cum negotium hic, & lis contra Medicos inſ
tuitur, adeoque doctrinæ illorum levioris ponderis fortè invenirentur, ta

qua

quam qui in propria causa habentur suspecti, hactenus factum Sanctos P.P. Theologos, & Phylosophos, tanquam arbitros auscultemus indifferentes. Scribit *Euripides* *Apud Stoba.*,

Morosa res est additus morbo Dolor.

Respondet *Seneca*: *Nulla dura videtur curatio cuius salutaris videtur exitus.* Occlamat effeminatus quidam

..... Non hac patientia nostro *Tibull. lib. 3. eclog. 1.*

Ingenio, frangit fortia corda Dolor.

Replicat animosè *Ovidius*:

Perfer & obdura Dolor hic tibi proderit olim.

Atque hac sententia vincente, tam ex arte quam pietate, imò ex illa ipsa, qua proximo obligamur Charitate, ad membri alicuius Pertusionem, Abscissionem, Adustionem &c. Proceditur, & quamvis hoc etiam sua difficultate non careat, præstat remedium dubium, quam nullum, & vt ille ait: *Nullum periculum sine periculo vincitur*: & qui mentis compotes sunt ait *D. Chrysostomus*, probè intelligunt ægritudinem esse Sectione perniciosiorem, quemadmodum & sceleratum esse supplicio deterius est, hoc enim curari est, ac sanum esse, at illud perire, atque perpetuo esse in morbo. Ita vt intelligens Medicus, nec proprij animi teneritudine, nec patientium præcibus, nec adstantium calumnijs moveri debeat, si in conscientia necessarium fore iudicet: ad quod illum etiam *D. Ambrosius* instigat, *Plurimum interest*, ait, *quo animo quisque parcat, sicuti enim est aliquando Misericordia puniens, ita & Crudelitas parcens.* Quod non ita videntur intellexisse Romani qui *Archagatum Peloponens.* Lysaniæ filium primum è Medicis Romam venientem, L. Emilio & M. Livio Consulibus, congratulabundi ipsum Iure Quiritum, mox & tabernâ in Compito Acilio donarunt, imò mirè gratum eius fuisse adventum testatur *Plinius*: postea tamen, cum rudiora Chirurgiæ opera exercere cepisset, publicè Vulnerarium vocatum fuisse tradunt, à sevitia Secandi, Vrendique, transisse nomen in Carnificem, & in tædium Artis, omnes etiam Medicos. Ridiculum, & albis dentibus decachinandum, quod illi tanquam crudele existimant salutis gratiâ aliquod Membrum secare, qui tam vili civium suorum Corpus habebant, vt si ob æs alienum creditori debitor addictus foret, post distractum patrimonium re familiari destitutus, post Vincula, & Catenas, membra eius brevissimo laniatu ad Creditorum libidinem dividi ex lege iuberent: nos verò melius ab *Augustino* instructi, dicente: *Molestus est Medicus furenti Phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille Ligando, iste Cedendo, sed ambo diligendo*: *si autem* (nota) *istos negligant, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelis est.* Finio itaque cum conclusione *Doctoris Angelici*, docentis: Si

Hom. 9. ad Romanos.

Ad Tit. 4. pietas ad om. util.

Anno ab V.C. 535.

Lib. 29. cap. 1.

De Correct. Donatist. ad Bonif.

22. q. 65. art. 1.

membrum propter putredinem sit totius corporis corruptivum, tunc tum est, de voluntate eius cuius est membrum putridum, Membrum p scindere, propter salutem Totius Corporis: quia vnicuique propriæ sal cura comissa est: ex quibus vltimis verbis interri potest, quod non li solum Membrum extirpare, sed patiens etiam teneatur permittere, prop curam sui ipsius sibi commissam; quare addit; & eadem ratio est, inqu si fiat voluntate eius, ad quem pertinet curare de salute eius, qui ha Membrum corruptivum. Itaque cum *Ausonio* Rom. Consule, Summum Me cum deprecemur his verbis:

Omnipotens solo mentis mihi cognite cultu,
Non animo doleam, non corpore, cuncta quietis
Fungantur membra officijs, nec saucius vllis
Partibus amissum quidquam desideret vsus.

Respon. ad Argum. 1. Non redolere Crudelitatem, similes operatior sed indicare Morbi gravitatem, & Amorem operantis fortem, cum vt s ponitur, nullum aliud redimendi corpus prætium existat. *Michaeas* aut Propheta non de Chirurgis agit, sed Homicidis, vt ex Parabolis antecede tibus sufficienter colligitur, docens præterea non in homine, etiam C sanguineo, sed in solo Deo sperandum, & fidendum fore.

Ad 2. Legem antiquam de ijs loqui, qui id animo nocendi perpet bant, Medici autem faciunt iuvandi causa. Romanam verò *Legem* ideo *A ab Alexandro* Neapolitanus Legista *severam* & *duram* vocat, nam ex eod exemplo, humani Membri vilipendium colligi potest.

Ad 3. Quo animo Medicus ad illa sese debeat accingere, dictum conclusione, nempe eo fine, vt maius malum arceat, & proximo b faciat: cum enim idem *Seneca* alicubi dicat: *Respue Crudelitatem, & matr*
Lib de Morib. *crudelitatis Iram, nullo modo Crudele esse censendum est, quod ex Pietate p venit*: deinde quamvis per Mutilationem similem, Medicus reddatur Ir gularis, non ideo sequitur illam esse illicitam, quia Irregularitas, vt a ostensum est, non debet Censuris Ecclesiasticis annumerari, nempe q absque veniali etiam peccato incurritur, ita vt Medicis non pro pæna, impedimento est tantum, ipsos ad Clericatum inhabilem reddente.

22. q 65. art. 1. Ad 4. ex *D. Thoma*, nihil prohibere, quod id quod est contra Natur aliquam particularem, sit secundum Naturam vniversalem: sicuti mors corruptio in rebus naturalibus est contra particularem Naturam eius qu corrumpitur, cum tamen sit secundum Naturam universalem: ita etiam M tilatio se habet ad partem quam affligit, cum bono tamen totius, quod pr valet.

QVÆSTIO XXXV.

An Medico liceat Mortem accelerare, ut desperatus ager à Doloribus liberetur?

ARgum. 1. Medicus debet ordinariè adhibere meliora Remedia, sed teste Ecclesiasti. *Melior est Mors, quam Vita amara, & requies æterna quam languor perseverans*, ergo vbi nulla spes superest, sed continuus dolor videtur quod Medicus possit Mortem accelerare, importunius, quia non nisi post plures cruciatus, venturam. *Cap. 30. v. 17.*

2. Posset aliquis post Mediam horam v. g. in accensa turri comburendus licitè in aquam exilire quamvis natare non sciret, atqui talis tamen Mortem acceleraret, ergo licitum est Mortem mitiorem eligere non expectando crudeliorem, quia etiam talis *Mors*, secundum *Chrysostomum est Portus tranquillus, vera Requies, ad meliora Migratio, à malis Liberatio.*

SED CONTRA Facit 5. Præceptum Decalogi: *Non occides.*

CONCLVSIO.

Nullo modo Fas est, quantumvis desperati, & afflicti, vitam abbreviare.

NOn nisi militia est vita hominis super terram miserijs plena. In Sordibus generamur, in tenebris confovemur, in doloribus parturimur: ante exitum miseras oneramus matres, in exitu more vipereo laceramus, mirum quod ipsi non laceremur: primam vocem ploratum edimus, meritò quidem, vtpote vallem plorationis ingressi, inquit *D. Bernardus.* *In Sermo.*

Quid non adversum miseris mortalibus addit natura?

Rogat *Serenus Sammon.* brevissimè omnium *Menander*:

Homo: ista causa ad Calamitates est satis.

Et revera quodnam illud bonum est, quod homini sine malo potest contingere? an honestum? hoc Invidia comitatur. An Vtile? hoc Cupiditate acquiritur, curâ custoditur. An iucundum? delectatio cecidit & præterijt; vulneravit & transijt, miserum fecit, & abijt; infelicem reddidit, & reliquit ait *S. Ambrosius*, quia verè

..... Nulla est sincera voluptas *Ovid. In Lxio.*

Sollicitumque aliquid latis intervenit.

Quod divinum *Platonem* in hæc verba coëgit erumpere: *hoc tabernaculum*

lum (corporis nostri) *non sine malo circumdedit Natura, cuius lata quidem abstrusa sunt, & volucria, pluribusque doloribus admixta: tristia vero impro visa, diuturna prorsusque vacua gaudiorum. Valetudines nempe, sentientium membrorum Vlcera, Morbi interni &c*: & inter hos Morbos certè tam crudeles, tam horrendi prorsus hominem invadunt, vt constantissimi viri fortitudinem vehementer oppugnent, quid si teneras complexiones inveniant? quoties non audit Medicus (expertus loquor) Cruciatus intolerabilis est vel cultro finem impone, abbrevia vitam ipsa Morte peiorem, & simili quæ imbrobus dolor, vel ab invito extorquet? & quis tamen ille nequam & scelestus est Medicus, qui tam pusillanimum exaudiat? sit Cruciatus intolerabilis, sit Ardor combustivus, sit Dolor terribilis, *Terribilium omnium* adhuc *terribilißimum est Mors*, quam sive in hoc, sive in alio casu accelerare, homicidæ est; nam vt *Seneca Rhetor* ait. *Etiam vbi Remedium est Mors scelus est occidere.* Vel enim directè id fieret per violentum medium sive internè, sive externè applicatum: vel indirectè & negativè, subtrahendo illa quibus vitam prolongare posset, & neutrum sine lethali culpa fieri posse sustineo: nam cum divina potestas, humana desinente, incipiat, nec apud Deum quidquam sit impossibile, multi sunt, quos *Neque herba neque malagma sanavit, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia: Tu es enim Domine qui vitæ, & mortis habes potestatem.* Itaque *dicite Pusillamines confortamini & nolite timere ecce Deus vester vltionem adducet, retributionis Deus ipse veniet, & salvabit vos.* Itaque

Epit. Lib. 3. controvers. 9.

Sapient. 10.12.

Esai. 35.

Lucanus.

.....Cupias quodcumque necesse est.

.....Deus crudelius vrit

Quos videt invitos succubuisse sibi.

Tibullus.

Eccles.

Infirmitas gravis salvam facit animam. Hæc & similia sunt, quæ à probo Medico, & Christiano, inter Medicamina corporis, ægro animo inculcanda: Nam, vt *D. Hieronymus* docet: Corporis debilitas nimia, etiam Animi vires frangit, Mentis quoque ingenium marcessere facit; vndè sicuti in simili occasione corporis vires cardiacis restaurandæ, ita animi virtutes, verbali etiam solatio conservandæ.

In Epist.

At quid si pauperculus æger sit, & remedia necessaria, quibus non sine notabili vxoris, liberorumque detrimento gaudere possit? iudicarem etiam talem omnia in suum vsum & commodum, suique conservationem posse convertere, tanquam ad vivendum concessa: non tamen adhoc (nulla prorsus spe evadendi existente) in conscientia teneri, sed sufficere ad hoc vt indirectè mortem non acceleret, quod medijs vtatur minoris pretij, etiam minoris quamvis efficaciæ: nam tunc fortè illud *Plinij* locum haberet: *Vitam quidem non adeo extendendam censemus, vt quoque modo protrahenda sit*; dum-

In proœm. Lib. 28.

modo

modo tamen ea mente non omittat quidpiam, vt vitam abbreviet, quod nullo modo ipsi facere, nec Medico consulere est licitum; nam vt *Aretæus* ait: *Licet ijs qui miserè vivunt mori beatum sit; Medico tamen nobili Mortem inferre, aut docere nefas ducitur.* *Lib.6.c.6.*

Ex dictis iam ferè colligitur, quid respondendum roganti sit, num Paracenthesis, sive perforatio Abdominis in hydrope, sit remedium licitum, cum per illam videatur, cum parva omnino, aut nulla vitæ conservandæ fiducia, certò mors ipsa acciri, quia, secundum *Archistratem*, cum Morbus hic Hepar aut Apostemate, aut aquæ impregnatione reddat ponderosum, & Splen per hanc evacuationem contrahat Diaphragma, & alia Spiritualia instrumenta deorsum, tota virtus Vitalis tam vehementer percutitur, vt certa Mors imminere appareat: accedunt verba *Petri Aponensis*: Nos, inquit, iam vidimus multos quibus factum fuit Bezel. i. Incisio Ventris, & non evasisse nisi paucos ex eis. Respondeo horum aucthoritates ad hoc non sufficere, vt Paracentesis dicatur esse illicita; sed inde tantum inferri posse quod temerariè, & oscitanter adhibenda non sit, propter imminens periculum: quod autem pauci evadant, & ego confirmare possem, cum hactenus ex tribus personis (pluries fieri non vidi) nemo evaserit, verum hoc non tam remedij inefficaciæ, quam corporis imbecillitati adschribendum, omni robore destituti, & ægri iam desperati, nam tam diu quam aliquid spei affulget, Incisionem nemo vnquam admittit, quia itaque non nisi iam apto tempore, per frustraneorum adhibitionem elapso, non nisi in desperatis iam ægris admittatur, mirum non est multos, imò plerosque emori, & remedium apud vulgus tam malè audiri, vnde pro artis honore consilium sequendum *Albucasis* dicentis: Si non confert medicatio tua cum Medicinis, tunc considera: quia si infirmo iam consecuta est debilitas, aut est cum eo infirmitas alia præter hydropisim, sicut si sit cum eo tussis seu ventris solutio, & consimile, tunc cave ne mediceris ei cum ferro, quoniam sine periculo fieri nequit. Si autem vides infirmum exuberantis virtutis, neque cum ipso est, præter Hydropisim solam, ægritudo, & non est puer, neque senex, tunc incidendum. Hæc quamvis omnino medica sint ideo citare volui, vt temeritas multorum, & ignorantia crassa, qua hoc in casu peccare solent, evitetur. *Differ.244* *Method. Med. Lib.2.c.54*

Alia huic affinis est Quæstio an *Hydrophobi*. i. à Cane rabido morsi licitè possint suffocari, lectis & culcitris, vt fieri aliquando solet, ratio dubitandi esse posset, quod supra dictum sit, quod nullius vitam, propter intensissimos etiam dolores liceat abbreviare. Sed dicendum similes præfocationes fieri, non vt ipsi patientes à dolore, sed astantes à periculo liberentur: pro cuius maiore intelligentia sciendum, homines à Cane rabioso morsos,

Fen.6.tr. 4 c.17.

horribilia multa, & mira pati symptomata, raucescit enim illis vox, spasmantur Membra, latrant vt Canes, & quandoque referente *Avicenna* pinguedinem mingunt, in qua res carnosæ apparent mirabiles, quasi forent animalia, & Canes parvi. Maxima verò pernicies ex eo provenit, quod diutius in corpore Latens, tum tandem se prodat, vbi sanandi tempus effugit, nam quamvis intra Octiduum aliquando occidere possit, non ante Quadragesimum diem sese manifestare solet, etiam post medium, & integrum Annum, imò *Fabricius Hildanus* narrat se honestam matronam Doctoris filiam à Cane rabioso morsam curasse, in qua tamen singulis Septennijs horrenda accidentia recurrebant, vnde quamvis *Galenus*, *Avicenna*, *Capivaccius*, *Paræus*, alijque multa egregia remedia præscribant, tam altè interdum ante sui notitiam radices egit, vt omnem Medicorum virtutem eludat: vnde tandem omnium pessimum signum, timor aquæ (*Hydrophobia* Græcè vnde nomen accipiunt) accedit. quo viso, de omni sanatione desperandum: & præterea summopore timendum, ne plures ex vno inficiantur, nam, vt *Avicenna* docet, prompti sunt ad homines mordendum, & quod peius est, nec hoc requiritur, sed ex quavis levi causa sani corripiuntur Contagio: ab halitu Canis rabidi (& idem de homine dicendum) inficii posse quempiam scribit *Aretæus*: imò hoc se vidisse afferit *Cælius Aurelianus* & horum plura curiosus videre poterit apud *Surium In Comment rer. in orbe gest.* Andre. Baccium *in prolog. & Antidot.* Ioann. Matth. de grad *in Consil.* Fabricium Hildanum *cent. 1. observ. 86. Petrum Salium. Ioan. Pierium Valerianum &c:* Non itaque vt patiens à doloribus, sicut supra diximus, sed circumstantes omnes ab infectionis periculo liberentur, totum hoc cum subiecto suo malum è medio aufertur, non minus Cane, aut Angue timendum: Ille quoque Iuristarum honor & Decus Baldus interijt, à Canicula, qua cum luserit, leviter in labio morsus. Quod Ioannes 11. Pontifex (vel vt *Onuphrius* 10.) cervicali in os coniecto enecatus sit, in militari tumultu, non rabie Canina factum est, vt aliqui putant. His omnibus ita positis quomodo *Paulus Zacchias* dubitare aliquo modo possit num hi, aut civitate expelli, aut vinculis coërceri possint, miror summopore.

Observ. Chirurg. cent. 1. obs. Epist. Lib. 1. comp. Med. secund. gen. loc. cit.

Lib. 1. de sig. & caus. acut. Morb. Acut. Lib. 3. c. 9.

Respondetur ad Argum. 1. Illud debiliter procedere, quia ab infirmitate humana, & animi nostri imbecillitate: viro autem forti, nunquam licet facere mala, vt eveniant bona, vnde textus ille de Morte spontanea intelligendus est, vnde optari quidem Mors tali potest, non inferri.

Ad 2. In casu allegato, taliter se aquæ comittenti, propter varias circumstantias, notabilis evadendi spes affulget, vnde ex infallibili morte dubiam salutem; ex desperato malo, invitans malum, ex crudelissimo tormento, illud quod mitius est eligit: in casu autem nostro Medicu

delibe

deliberato animo occideret innocentem, quod nunquam, nisi hoc fortè casu licet, vbi quispiam à tali rabioso invaderetur, nec vllo alio modo posset evadere, adeo vt moderamen Inculpatæ Tutelæ eum excusaret.

QVÆSTIO XXXVI.

An Medicus debeat equalem curam genere circa omnes suos patientes?

ARgum. 1. Vita humana apud omnes est vna, eadem, & communis ergo & illam conservandi Cura debet esse vna, eadem & communis.

2. Secundum illud Levitici: *Non consideres Personam pauperis, nec honores vultum potentis*, non potest Medicus esse Acceptor Personarum, ergo tenetur æqualem Curam gerere circa omnes. Cap. 19. v. 15.

3. Ethnicus ipse *Plinius* hoc idem Medicis improperare videtur dicens: *Medici quamquam in ægritudine nihil Servi, aut Liberi differant, mitius tamen Liberos tractant*, ergo hoc à nullo Christiano Laudandum. Lib. 1.

SED CONTRA facit D. Augustinus in Gloss. super illud Cantic. 2. *Ordinavit in me Charitas: Primò*, dicit, *diligendus est Deus, secundò Parentes, inde Filij, post Domestici.*

CONCLVSIO.

Medicus æqualem circa æquales curam habere debet, non æqualem de omnibus.

CArdo in quo difficultas huius Quæstionis vertitur, est Exceptio Personarum, ad quod benè intelligendum, *Personam* modo mox explicando *Excipere*, non esse per se malum, quandoquidem tota eius malitia ex eo solummodo proveniat, quod oriatur ex irrationabili pathemate, ex intrinseco Odio, aut inordinato Amore: nam vbi hunc præ illo excipiendi ratio subest, illa tam vrgens esse potest, vt eligentem, etiam in conscientia ipsum cogat excipere, & præponere, vel post habere. Ratio hæc potest esse varia, vel enim Persona meretur plus generaliter loquendo, vel propter particularem eius præstantiam & vtilitatem: secundum primum, omnes in Dignitate Primores, cæteris paribus, his qui vilioris conditionis sunt, debent præferri: propter secundum viri Sapientes, Literati, etiam Opulenti propter divitias suas Reipublicæ necessarij, quantum ad hoc, Idiotis,

Laicis,

Laicis, & Pauperculis communitati invtilioribus, anteponendi sunt, qui vtroque concurrente, commune semper præstat particulari bono: Deinde Persona plus apud te mereri potest in particulari, ob Affinitatis, vel Consanguinitatis nexum, vel propter Beneficia in te collata: in priore casu D. *Augustinus* ipse Domesticos post Filios, illosque post Parentes ponit: in Secundo dicit alibi: Omnes homines æque diligendi sunt; sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatem constrictius tibi, quasi quadam sorte iunguntur. Vnde malè fundatè vulgus loquitur dicens: Si divites essemus, aut in honore positi, promptius, & melius hic inservire nobis; nam vt ex Augustino patet, etiam ordo Charitatis postulat, vt Consanguinei præponantur Externis: Deinde illi à quo plus accepi, amplius etiam debeo, ita vt non solum in Arte politica, sed & Theologia morali fundatum sit, cæteris paribus nos illis magis obligari, qui nos sibi beneficijs astrinxerunt: & cum beneficiorum collatio à Ditioribus, tum ob copiosiorem rerum commoditatem, tum ob maiorem in qua educantur humanitatem, frequentior fiat, nemini mirum videri debet, illos etiam cæteris paribus, in tribulatione existentes præponi, nempe qui dum valerent sibi Amicos fecerunt de Mammona Iniquitatis; addidi semper, *Cæteris paribus*, hoc est Morbus æquè gravis, Persona æquè Reipublicæ vtilis, periculum æquè præsens, & quando ambobus & Diviti, & Pauperi simul nequit subvenire; quæ si omnia non concurrant, sed Medicus soli lucro inhians, & omni Misericordia vacuus, Pauperem fortè, & reipublicæ vtiliorem gravius laborantem &c: propter Ditiorem dimittit, hic sine dubio legem Charitatis infringit, & à gravi Peccato non est excusandus; nisi forsan, & ipse Medicus indigeret summopore, & animus iuvandi quoque Pauperem non deësset. Atqui huius egregium exemplum habemus in Christo, qui vt *Beda* venerabilis advertit. Ad sanandum filium Reguli ire noluit, ne Divitias honorare videretur; ad servum vadit, ne servilem conditionem sprevisse putaretur: in hoc superbia nostra retunditur, qui in hominibus non Naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores, & Divitias veneramur.

Lib 1. de Doctr. Christ.

At quid si patiens inimicus sit? nec hoc certè sua difficultate caret, vnde hic quædam distinguenda, quædam supponenda. In primis iste casus non ita est obvius, quia non solemus petere *Auxilium ab inimicis nostris, nec de manu omnium qui oderunt nos*; quod si fiat, & æger ab inimico Medico opem petat, præterquam quod vnicuique prohibitum sit, Odium, Vindictam, aut Rancorem in Corde fovere, tunc maximè illum deponere tenetur in conscientia, vbi per similem actum adversa pars reconciliationis ini-

tium

tium, & occasionem subministrat; si verò & amico & hosti simul occurrere non possit, hostem (omni tamen malevolentiâ & vindictâ seposita) postponere licet, ab *Augustino* edoctus, *Bonos domesticos, malis filijs præponendos esse*: additque idem S. Pater, inimicos non diligere nos teneri sicut nos ipsos, sed simpliciter: sufficit enim quod Odio non habeamus ait: At verò si inimicus Medicus hoc à se impetrare possit, vt amico in pari casu relicto, exosum iuvet, duplice Laureâ coronandus, tanquam doctrinæ Domini sese conformans: *Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui Oderunt vos*: quod si æger inimicus à Medico opem petere recuset ex pertinacia, nec Medicum obligari puto, vt vltro ipsum accedat: aliud prorsus erit, si Medico, ipsum soli iuvare potenti, innotescat, eum necessariò sua operâ indigere, & tamen propter repulsæ timorem petere non auderet; nam tali in casu, Medicum iudicarem in conscientia teneri inimicum suum in simili necessitate visitare, & iuvare, nam secundum *D. Gregorium*: Facientis culpam habet qui, quod potest corrigere, negligit emendare. Itaque hostilem personam exuat, qui verè & Christianè Medicum agere desiderat: *Medicina*, enim vti benè monet *Scribonius Largus*, non Personis hominem æstimat, verum æqualiter omnibus implorantibus auxilia sua succursuram se pollicetur, nullique vnquam nocituram profitetur. Scribit *Theodorus Zuingerus*, quod Iustus Velsius improbum hominem non curandum esse dictaret, ne propter peccata immissum Morbum tollendo, videatur Medicus ire θεομαχεῖν, removendo id, quod Deus adesse volebat? Respondeo in primis, quod omnis Medici inimicus non necessariò sit improbus; præterea, cum venia *Zuingeri*, ego in scriptis Velsij, quæ legi (fateor tamen aliqua Opuscula potuisse oculum effugisse) nullibi me simile quid legisse memini, sed in *Commentar. quæ in Tabulam Cebetis* composuit, planè contrarium eius docet quod ipsi adscribitur, ita enim habet: Bonum appellamus Medicum, qui quam plurimos & commodissimè sanat, sintne autem Græci illi, an Barbari Græcorum hostes, quod ad Artem pertinet, nihil interesse putamus; ex quo sequitur, quod Medicus indignis æquè ac benè merentibus inservire possit, non autem quod ad hoc teneatur. Nam hoc absolutè falsum esse patet ex sequenti *D. Thomæ* doctrina, & *Artic.* 1. explicat quomodo Medicus inequalem, etiam curam habens omnium, non peccet contra Iustitiam Distributivam, quia æqualitas Iustitiæ Distributivæ, consistit in hoc, ait, quod diversis personis, diversa tribuantur secundum proportionem ad dignitates personarum. Si ergo aliquis consideret istam proprietatem personæ, propter quam id quod ei confertur, est ei debitum, non est Acceptio Personarum, sed Causæ (quod notandum) vnde Glossa super illud ad Ephesios. *Personarum Acceptio non est apud Deum*, dicit quod Deus

Gloss. in Cant. 2.

In Re.

Epist. ad Iul. Callist

In Prooem. Medic. c. 9.

Lib 4.

2. 2. q. 63.

Cap. 6.

Iudex

Iudex iustus Causas discernit, non Personas: & adfert idem D. Thomas po-
stea hoc exemplum: Si quis promoveat aliquem ad Magisterium, propte
sufficientiam scientiæ, ille attendet Causam debitam, non Personam:
autem aliquis considerct in eo, cui aliquid confert, non id propter quod i
quod ei datur, esset ei proportionatum vel debitum, sed solum hoc quo
est iste homo Petrus, vel Martinus v. g. hic est Acceptor Personæ: ex quibu
iam dicta nostra confirmantur, quando nempe Medicus ex Iustitia Distri-
butiva, etiam conditiones Personarum considerat, quæ attendendæ sunt
tanquam propriæ causæ, quia personæ proportionantur, & dignæ red-
duntur aliquibus, quæ eis conferuntur, propter aliquas res ad conditioner
eius pertinentes: si autem, inquit idem Doctor, considerantur Person
ipsæ, attenditur non Causa, vt causa, & idcirco est Acceptio Persona-
rum, quæ cum omnino iniusta, & illicita, & Lege Divina est prohibi
dicente: *Non accipietis Personam cuiusquam*. Non quod per illa verba (sicu
iam explicavimus, & de nouo ostendimus) significare intendat Dominus
vnum proximum, non fore magis nobis curæ, quam alium, hoc eni
esset contra ordinem Charitatis, qui ipsius Dei exemplo nobis inculcatur
non æqualiter omnia diligentis: quippe vt cum Theologorum Coryphæ
concludam; cum Amare (ex quo curam habere tanquam effectus necessa-
rius procedit) sit velle bonum alicui, duplici ratione potest aliquid magis
vel minus Amari: vno modo ex parte ipsius actus voluntatis, qui est ma-
gis, vel minus intensus, atque ita, cum Deo, non magis hunc, quam
illum Amare debemus, eiusque curam gerere, quia Deus omnia Ama
uno, & simplici actu voluntatis, & semper eodem modo se habente: se-
cundò modo, ex parte ipsius boni quod aliquis vult Amato, & sic posse-
mus aliquem magis alio Amare, & maius bonum velle, quamvis non ma-
gis intensa voluntate, & sic Deo æqualiter est cura de omnibus, non quo
æqualia bona sua cura omnibus dispenset, sed quia ex æquali sapientia, & bo-
nitate omnia administrat.

Deuteron. Cap. 1.

1. p. q. 20. a. 3.

Respond. ad Argum. 1. Vita humana per se quidem, & solitariè consi-
derata, vna & eadem est in quantum cum corpore hominem physicè com-
ponit, non autem moraliter, hoc est respectu huius & illius suppositi
quod ratione variarum proprietatum, & accidentium nos movet, vt plu
vni diligentiæ, quam alteri adhibeatur, ad quod Iustitia Distributiva sua
causas invenit, nullo etiam habito Personarum respectu.

Ad 2. Tantum abesse vt *Plinius* hoc tanquam malè factum improperet
vt in eo Medicorum discretionem laudet, iudicantium, homines non ni
ad labores natos, & iam duris assuetos Morborum, Dolorumque in com-
moda patientius ferre, quam qui delicatius enutriti, non nisi mollia &
suavia sunt experti: quare? quia nullum ictum fert illæsa felicitas, vndè cum

Medici sint ministri Naturæ, eius sorori Consuetudini, parumper indulgendum existimant.

QVÆSTIO XXXVII.

An Medico liceat Anatomisare corpora humana?

ARgum. 1. Secundum *L. Capital.* 28. §. *Famosos ff. de pœn. Lib.* 2. *ff. Arbor. furt. Cæsar.* damnatorum corpora dilaniari per frusta non possunt, nisi in quibusdam casibus propter atrocissimum scelus. Item *Barthelus* in *D. L. fin. de cad. fun.* dubitat an corpora Damnatorum tradi possint Anatomicis: *Imò Bonifacius* VIII. Pontifex Corpora defunctorum detestandæ feritatis abusu horribili Exenterantes, Decoquentes immaniter, Ossaque tegumento carnis excutientes, fulmine Excommunicationis ferit, ergo Anatomisare corpora humana est illicitum. *Extra comm. l.* 3. *tit* 6. *de sepult. cap.* 1.

2. Crudelitas est in Mortuos sævire, si frustulatim dissecentur, & Hebræi intra Biduum, aut Triduum inhumare cadavera iubebantur: imò teste *Iosepho* Lege cautum fuit apud Iudæos, vt qui Mortuos custodissent Septem diebus segregarentur à populo. Apud Romanos Exta humana aspici nefas, imò Morticina tractare, quare Vespillones Vrbe summovebantur. *De bell. Iudaic.*

3. Dominus Deus admirari quædam ex operibus suis tantum, non voluit cognosci, atque Ecclesiastes ait: *Ignoras quæ sit via Spiritus, & qua ratione compingantur Ossa in Ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui Fabricator est omnium.* Magna itaque videtur esse temeritas, Naturæ, & Aucthoris eius arcana scrutari. An enim mundi effector & fabricator Deus tanta obscuritate animalis fabricam involuisset, petit *Lactantius*, si suum scopum, atque consilium nota nobis esse voluisset? Non multum nocebit tibi ista transysse, quæ nec scire licet nec potes, inquit *Seneca*, quidquid enim nos meliores, beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proximo posuit. *Lib. de Opific. Dei.* *Lib de* 7. *Art. liberal.*

4. Deus diligit Creaturas Irrationales ex Charitate, diligit enim omnia quæ sunt, & omne quod diligit, se ipso diligit, qui est Charitas: ergo & nos debemus Creaturas Irrationales ex Charitate diligere, multo magis Rationales: nulla bestia tam fera quin sepulturæ fiet Studiosa. Apes Aucthore *Plinio*, defunctas progerunt, & more funerantium comitantur exequias: nempe hoc quoque brutis insævit Natura, inquit *Ælianus*, vt gentiles & cognatas animantes extinctas, mox è conspectu amoueant: quomodo ergo Medicus non peccabit contra illam quam brutis debemus Charitatem, qui corpus humanum dissecaverit mortua proijciunt, & viva dilacerant? *Sapient.* 11 *Lib.* 11. *Cap.* 18. *Lib* 5. *Animal. Cap.* 49.

SED CONTRA Facit illud Democratis Abderitæ, vt Hyppocrates refert in Epistola quadam ad Cratevam: *Animalia huius gratiâ reseco non quod Odio habeam opera Dei, sed Bilis naturam, ac sedem querens.*

CONCLVSIO.

Anatomia Medicis tam licita est, quam necessaria.

INsignis illa monitio NOSCE TE IPSVM Chiloni ab Appolline data, qui optimum esset sciscitanti, vt refert *Porphyrius*, quamvis à *Cicerone* ad solum Animum referatur, & Corporis quoque cognitioni propter duas rationes, easque gravissimas adaptari posse existimo, quarum prima est, vt ex artificiosissima eius efformatione, quisque suum Creatorem magnificet, qui hominem ad propriam Imaginem, & Similitudinem construxit, quemadmodum enim de humanis affectibus iudicium facimus ex Navi summa Arte constructa cognoscentes peritiam Artificis, ait *Galenus*, ita etiam de Divinis facere convenit, Corporisque nostri Artificem admirari, quicumque tandem is Deorum existat, etiamsi eum non videamus: & alibi: hos scopos (fines propter quos quælibet Corporis nostri pars efformata) haud quaquam ipse crediderim citra Sapientissimum, eundemque Potentissimum Opificem factos esse (addit vt Ethnicus, & lumine Fidei carens) quis verò his fit, pronuntiare non audeo, præ consilij inopia obmutescens. Certè quidni Artificiosa omnino & egregia esset forma illa, quæ in statu innocentiæ Divinæ Imagini assimilata, quâque in Natura lapsa ipsamet Deitas circumvestita? ita vt meritò, cadaveri fortè assistens, *Casserius Placentinus* exclamet *En tibi admirandam, & à bestijs alienissimam Faciem, figuramque externam, in qua adeo luculenter Divini Archetypi iubar effulget, vt vel exanime cadaver, spectatoris animo nonnihil pij terroris incutiat.* Secunda ratio est notitiæ nostri ipsius necessitas, & eorum Corporis nostri vitiorum scientia, quæ absque penitiori inspectione, ab extrinseco haberi non potest: nam vt *Galenus* ait: Ignorantia eorum, quæ per exquisitam Anatomem inveniuntur, in rebus quidem securis timidos, in periculosissimis autem maximè audaces quotidie reddit. Quot hominum occulto Morborum genere extincti, qui pluribus annis super vivere potuissent, si causæ Medicos non latuissent. Profectò si quibusdam casibus Mortem occumbere liceat, vt alter homo vivat, cur vnius cadaver insensile secare vetitum, vt multi superstites maneant

Quos iam fecerunt aliena pericula cautos?

Plura de præclarissimæ huius Artis vtilitate, præstantia, & necessitate, curiosus lector videre poterit apud *Guernerum Rolfinck*.

De Placit. Hypp. & Platon. l. 9. *Lib. de Fætus form.* *Lib. de Sensu Org.* *Lib. 2. de Anat. Administrat.* *Dissert. Anatom. Lib. 1. c. 2.*

Ma

Malè autem, laudandam hanc scientiam, cum detestabili Aruspicinæ specie confundunt quidam, quam *Anthropomantiam* Græci vocant, nempe quando homines vivos, vel in illum finem trucidatos Dijs suis immolabant, vt ex interaneis eorum, & Visceribus eventura præscirent, vel præsentia penitus novissent, sicuti *Heliogabulus* fecit, & Iulianus Apostata, qui, teste *Theodoreto*, etiam gravidarum Aluos exsecabat: & hunc crudelissimum sacrificandi ritum apud Tartaros fuisse docet *Crommerus*, apud Lusitanos veteres *Strabo*, & de Chaldæis qui honore illo suum Beelphegor afficiebant dicit Scriptura: *Immolaverunt filios suos, & filias suas Dæmonibus.* De Aruspicina hac detestanda sui sæculi scribit *Iuvenalis*:

Lib. 3.
Lib.8 hist. Polon.
De Situ orbis lib.3.
Psal.106.
Satyr.6.

Pectora pullorum rimatur, & exta Catelli,
Interdum Pueri.

Quæ vanissima, & maximè Superstitiosa Curiositas ab Ecclesiastico expressè inhibita, dicente: *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus non eris curiosus*, nam vt *S. Augustinus* monet. In consideratione creaturarum non est vana & peritura Curiositas exercenda. Aliter longè sese habet Ars ritè corpora secandi, illa nempe quam omnium primus invenit & exercuit Alcmæon, vti *Calcidius* refert, quam deinceps eius posteri, per manus accipientes pueros, non solum qui Medici, sed & qui Phylosophi futuri erant, edocebant, vti scribit *Hieron. Mercurialis*: dicit autem per manualem Traditionem accepisse, cum *Galenus* Anatomiam à nullo veterum, vsque ad Dioclis ætatem (quæ fuit circa Annum Mundi 3600. ante Christum verò natum 348.) scriptis mandatam fuisse referat. Et non abs re, quandoquidem ex oculari inspectione melius, quam litteris, & figuris habenda sit, quod sciens *Herophylus*, Septingentos in vita sua legitur exsecuisse, vt naturam scrutaretur, neque tamen hominem odisse, dicendum cum *Tertulliano*, vt eum nosset; quia vti iam diximus Scientia hæc tam est necessaria, vt *Hyppocrates* affirmet, esse planè impossibile Medicam Artem scire, qui non novit quomodo factus primum sit homo, & quomodo sit constructus: quare si aliunde cadavera defutura scirem, ex nunc corpus meum Chyrurgis per testamentum legarem, vt mortuum doceat, quod fortè ipse vivus ignoravi, neque hoc intelligenti viro mirandum, *nam vt ex Barba detonsos Capillos negligimus*, ait Seneca, *ita ille Divinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, Ignis illud exurat, an Feræ distrahant, an Terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quam Secundinas ad editum infantem*, intellige dum omnis piorum rituum Christianæ Religionis contemptus absit: hoc saltem ex his omnibus habetur, vtilissimam hanc corporis examinationem, nullius vitij, aut peccati esse arguendam; non Curiositatis, quia illa teste *Hugone* Cardinale, est superflua Investigatio ad se non

C.3.v.24.
De vera Religione.
Comment. Plat. in Timæo.
Lect. Antiq.Lib.2. Cap.10.
Lib. 2.de Administr. Anat.
Lib. de Anima c.10
Lib.de Veter.Medic.
Epist.92.

non pertinentium: plurimum autem nostrum omnium, ne dicam Medic rum, interest, nos ipsos novisse. *Ecce ad Olympia proficiscimini, vt Phi statuam videatis, & non magis curæ habebitis, vt vos ipsos videatis, qui & qua sitis?* rogat Sapientissimus *Epictetus*: & qui aliter facit, foras egreditur, exterius omnia considerat, inquit *S. Bernardus*, qui sic interna despicit, pr terita non respicit, præsentia non inspicit, futura non prospicit. Nec arg potest Crudelitatis, vti ex responsionibus ad Argumenta patebit; quibu & hoc addi potest, Scientiam, & Artem hanc non tam esse dissectricem quam benè dissutricem: nec Vanitatis postremò cum non nisi ex bono fi adiuvandi proximum, ac pio scopo, opera Dei magnificandi præfixo, v quam supponamus institui; nam ex Curiositate aut Ostentatione illam exe cens, fructu eius meritò privabitur; sed *Pius pulsator, plerumque inveni quod temerarius scrutator invenire non potest* inquit Mellifluus *Bernardus*. Si it que Deus creavit Medicinam, sicuti extra omnem controversiam est, n prohibuit illa media necessaria, sine quibus Ars illa haberi non potest, qu lia sunt Cadaverum Dissecationes, quarum necessitatem *Averrhoës* adverten Anatomiam Oculo comparavit dicens: Qualis est cæcus Faber in ded lando ligno, talis ad vnguem est Medicus, sine Anatomes peritia; *Fern lius* illam principijs Geometricis; *Aurelius Zeverinus* Cynosuræ, & Pyxi Nauticæ assimilat; *Montanus* Alphabetum Medicinæ indigetat: ex mente *Hy pocratis* verosimiliter *Lib. de Loc. in homine* Natura corporis Principium e sermonis in Arte Medica. Nec est quod quispiam operis huius Fæditatem, Turpitudinem objiciat, nam ex *Ciceronis* testimonio *Querendi defatigatio tu pis non est, cum id quod quæritur, sit pulcherrimum*: & *Aristoteles* sermonem illis instituens qui aversantur ignobiliorum Animalium inspectionem, ad illa eos Heracliti verbis inuitat, quibus in fumaria casa se calefacturus, ad accedere non audentes allocutus est, nempe: *Introite, nam & hic Dij sun* de quibus plures *Rolfinck*, *Schenkius* alijque.

Dissert. lib. 1. in Sermon

Serm. 2 1. sup. Cantic.

Lib. 1. de Finib.

Lib. 1. Part. Anim Cap. vlt.

Lib. 1. Dissert. Anatom. Cap. 2.

At verò per Artem hanc homo manifestat, quæ Deus occulta esse volui non alia ratione, quam in responsis ad Argumenta dicetur, non facilè, a sua spontè haberi voluit Omniscius, sed per Laborem, Diligentian Studiumque erui, humanæ industriæ libenter coöperans: nullus enim ha secreta revelat, abscondita detegit, incognita invenit, ignorata doce nisi Dei afflatu percitus & Numine adiutus. Vnde putas *Phylistus*, *Empe docles*, *Hyppocrates*, *Herophylus*, *Erasistratus*, *Possidonius*, *Asclepias*, alij que Ethnici nobis tam præclara in hac Arte reliquerunt? *Dedit illis Scientia Altissimus*, nam *sine ipso*, sive à gentili, sive Christiano *Factum est nihil quo factum est*. Quare ipse Homerus, non solum heroibus, sed magnarum rerun Inventoribus, ingenij acumine, & solertiâ præditis, suos singulis adstite

Eccles. 38.

adiunxi

adiunxit Deos, Apollinem, Mercurium, Minervam, vt sic omne Grande, & Magnificum, non humana industriâ, sed ope ac instinctu Divinis acquiri demonstraret, & superbus homo hoc sciat cum Poëta:

Si posita ante pedes nescit, quo iure videbit
Quæ Deus & Natura sinu occuluere profundo?

Nam vt *Fortunatus Plempius* ait latinissimè: multa multiformis illa parens Natura molitur, quorum causas in sanctiore recessu abstrusas, non detegit humano intellectui. Vnde Christiani Phylotomi intricatissimi artis huius inquisitioni incumbentes, quales felicissimis hisce nostris temporibus sunt nuperque fuerunt *Gabriel Fallopius*, *Andreas Vesalius*, *Constantius Varolius*, *Gaspar Asellius*, *Ioannes Riolanus*, *Walleus*, *Harvæus*, *Veslingius*, *Bartholinus*, *Highmorus*, *Glissonius*, *Pecquetus*, *ab horne*, *Rudbequius*, *Deusingius* & hoc sæculo novarum in hac arte rerum feracissimo, mirabilis & dexterrimus Dominus Nobilitate, & inaudita Corporum Conditurâ clarus *D. Ludovic. Bils*, cum Clarissimo & omniscio viro Domino N. *Goedskoven* Lovanij publicè cum laudè, tum admiratione summa Anatomiam profitente & illustrante; hi inquam ad naturæ Aucthorem, ad fontem Sapientiæ cum humilitate accedunt, à *D. Augustino* edocti, quod multo facilius invenit Syderum Conditorem ipsum (& in eo omne Scientiarum penu) humilis Pietas, quam syderum ordinem superba Curiositas. Hi omni temeritate seposita portam illius pulsant qui *Sapientiam præstat parvulis, & cui vult, revelat: & vbi vult spirat*, quare & illis indubiè, Naturæ gazophilacium aperietur, & Secretorum involucrum explicabitur, de quo illos congratulatur *Ludovicus Granatensis* vir & Doctrinæ, & Sanctitatis nomine recolendus, cum Vesalio Fortunatos nominans, quibus inspiciendæ Animantium fabricæ studium feliciter obtigit. His omnibus non obstantibus, *Leonardus Fioravanti* Empyricus Bononiensis, postquam anilibus discursibus, & puerilibus planè rationibus, Anatomiam frivolam, invtilem totaliter, imò stultam planè scientiam fore, dixit; duplici præterea modo peccare scribit: primò contra ordinem Naturæ, quia Deus & Natura omnes humani corporis partes fecit vnitas & coniunctas, & illas Anatomia separat: secundò contra Conscientiam, quia Lupi, nunquam vexant corpora mortua Luporum, nec Canes, Feles, Pisces, Aves cadaveribus sui generis nocent, inquit; quæ certè tanquam responsione indigna, exsibilanda potius, quam refellenda esse iudico, præterquam quod ipsemet.

Serm. de Eclyp. Solis.

Psalm. 18.

Matt. 11. cap.

Lib. 2. Chirurg. Cap. 9 10, 12.

.... Castiget turpia, cum sit
Inter Socraticos notissima fossa cinædos.

Nempe desse gloriatur quod non Mortuos tantum, sed & Vivos secaverit quod non minus crudelium, quam impiorum lanionum & carnificum est,

Ibid. Cap. 8.

ex

ex quorum genere *Iacobus Carpus* fuit, qui Hispanis infensus, geminos eis Morbo Gallico laborantes, Vivos incidit, vti refert *Fallopius*, qua ob rem Patriâ profligatus, exul Ferrariæ obiit, vivere indignus dupl peccato Horrendo & proditione, nam sese ipsius curæ apparenter comm serat, & homicidio deliberato contaminatus, Mortisque innocentiu reus.

Lib.6.de Morb. Gall.76.

Quæri hic meritò posset, vtrum reorum & Capite Damnatorum corp ra viva Medicus Anatomisare posset? Respondeo quamvis Medicus Ch ritatem, neque Iustitiam absolutè loquendo fortè non offenderet, in Fo Medico peccaret gravissime, cum (verbis vtor *Scribonij Largi*) Scien Sanandi, non nocendi sit Medicina: deinde indecentissimè, & indeco prorsus sese gereret in Foro Politico, dum ex homine privato & honesto publici Tortoris officio fungeretur, Capitalem sententiam exequendo. M dico nobili Mortem inferre, aut docere nefas ducitur apud *Aretæum*: deq his alibi plura. Ita tamen casus formari posset, vt & Medico honestum, reo beneficium foret, sicuti dum Ludovicus Secundus Galliarum Rex M dicis Parisiensibus indulsit, vt in milite Capite Damnato, Calculo lab rante, Lithotomiam facerent, id est per Perinæi sectionem Calculum ex merent, & sic meliorem secandi modum addiscerent: nam pro certa Mo te ipsi spes & vitæ, & sanitatis surrogabatur, de quo vide *Ioannem Riolanu* Alias cum æqualem fructum in viuis brutis, quam hominibus dissecandis h beri possit, dubitare inciperem, non, vtrum Medicus exequi tam Barb ram sententiam, sed Iudici etiam ferre liceret. Imò quidam de viva brut rum sectione dubitare possent, his rationibus moti: *Qui ordinationi Dei* *sistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*, secundum Apostolum, sed per o dinationem Divinæ providentiæ omnia viventia conservantur secundum lud: *Producit in montibus fœnum, & dat iumentis escam ipsorum*, ergo occ dere animalia & secare est illicitum, maximè vbi non nutritioni, vt Can & Feles, sed Curiositati hominum solummodo inserviunt: Sed negatur lud quod subsumptum est, nam ex Divina ordinatione conservatur vita A malium non propter se ipsa, sed propter hominem: vndè, vt *Augustin* ait Iustissima ordinatione Creatoris, & Vita, & Mors eorum (brutorum nostris vsibus subditur; atque ideò *D. Thomas* vlterius hoc modo concludi Nullus peccat ex hoc quod vtitur re aliqua ad hoc, ad quod est; in reru autem ordine imperfectiora sunt propter perfectiora: sicut etiam in gen rationis via Natura ab imperfectis ad perfecta procedit, & inde est, qu sicut in generatione hominis, prius est vivum, deinde Animal, vltimò a tem homo: ita etiam ea quæ tantum vivunt vt Plantæ, sunt communit propter Animalia, omnia autem Animalia sunt propter hominem: & id

Lib.6. Cap.6.

Antrop. lib.1. Cap. 11.

Psal. 146.

Lib.1.de Civitat. Dei Cap. 20.

22.q 74. a.1.

si homo vtatur Plantis, ad vtilitatem Animalium, & Animalibus ad vtilitatem hominum, non est illicitum.

Respond. ad Argum. 1. Aliud longè esse ex Crudelitate, Contemptu, aut Vindicta dilaniari, vt Iura ibi loquuntur, aliud ex arte dissui: corpora, & cum modestia separari, prius enim sicuti iniquum, ita posterius æquum & iustum esse, docent passim Legum Periti *Dom. Lancelottus, Curtius, Anthonius Gomesius* narrat Carolum V. Imp. Anno 1550. super hoc negotium consuluisse Vniversitatem Salmaticensem, & respondisse Vniversitatem, omninò licere, cui subscripserunt *Bertrachius In repert. verbo Cadavera v. 5.* Iulius Clarus *Lib. 5. recept. sent. §. final. q. 100. n. 2. & alij.* Ad Bonifacium Papam quod attinet optimè respondet *Guernerus Rolfinck* ipsum non Medicorum Anatomiam, sed inhumanam eius & nostri sæculi consuetudinem damnasse, nam si quisquam genere Nobilis, vel Dignitatis titulo insignitus in exteris locis obierat, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis affectu exenterabant, ac illum membratim, vel in frusta concidentes aquis inmersum decoquebant, tandemque ad Patriam tegumento carnis spoliata ossa tumulanda mittebant, quod tanquam horrendum, inhumanum, & hominibus abominabile detestatur *Bonifacius.*

Dec. in L. Imp. col. 2 ff de iuris dict. om. Iud. ibid. Comm. vari. resol. Tom. 3. cap 14. n. 9 Lib. 1 Dissert. Anat. Cap. 2.

Ad 2. Nullo modo potest esse Crudelitas, vbi Ira quæ mater eius est, nunquam adfuit, secundum *Senecam*, nec animi Atrocitas in exigendis pœnis: deinde in veteri Testamento vetitum erat Iudæis cadaver hominis attingere, nisi Immunditiam Legalem contrahere voluissent, imò ne vel os eius, aut sepulchrum, & quod legem illam observare fuerint obligati, est extra omne dubium: *Tu mandasti* (dicebat Psaltes Regius ipsi Deo) *mandata tua custodiri nimis.* Nunc autem nobis Christianis Lex Mosaica quoad Præcepta Ceremonialia & Iudicialia abrogata est, nec amplius obligat, vt benè docet *Martinus Becanus* ex hoc Apostoli: *Lex Pedagogus noster fuit in Christo. At vbi venit Fides iam non sumus sub Pædagogo.*

Lib. 1. de Clement. ad Neron. Num. 19. v. 11. Ps. 118. 4 Anagol. c. 5. quæst. 8. Ad Gal. 3. 24.

Ad 3. Quodnam ex operibus suis occultum manere, aut cuinam illud manifestare Dominus Deus decreverit, ideo ignoramus, vt omnes quæreremus sollicitè, vt intellectum humanum in continuò exercitio detinens, omnem ab eo torporem excuteret: *Sapiens* autem illo loco inquirendi diligentiam non arguit, sed intellectus nostri imbecillitatem ostendit, vt homines fermento Doctrinæ turgidi, & scientiæ Superbiâ inflati detumescant. Contra *Lactantij* verba, hoc modo argumentari possemus, multa in Animalium fabrica ante hac occulta, per sedulam inquisitionem indies innotescunt, ergo illa non sunt quæ nota nobis esse noluit. *Seneca* autem tantum illa ab hominibus malè indagari insinuat, quæ non nisi in Deorum consistorio sancita, ne vt Scriptura minatur, *Scrutator Maiestatis opprima-* *Prov. 25.*

matur à gloria, nam quæ supra nos, nihil ad nos, Anatomicam aut scientiam non ex illis esse, ex eo evidens fit, quod illam licet scire, & pos mus, imò nos meliores reddat.

Ad 4. Creaturas irrationales ex Charitate Deus diligit, in quantum
22.q 25. vtilitatem hominum spectant, & eadem ratione, vel ad honorem Dei
a 3. conservare possumus, vel ad illum vti: alias, vt *D. Thomas* conclud Amor ad irrationales creaturas non extenditur, vt ad id cui bonum velimu sed vt ad bonum quod hominibus à nobis ex Charitate dilectis volumus.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Medicus teneatur assistere Hæresi, & Contagio infectis?

ARgum. 1. Fides, & Religio planè impertinens est ad Medicinar cum hæc salutem Animæ, illa tantum Corporis sanitatem respicia ergo sive æger huius Religionis, Sectæ, vel Fidei fuerit, proximus ce sendus est, adeoque & circa illum Medicus debet fungi officio suo, qu est Corpus curare, non Animam.

Sapient 12 2. Deus non vult Mortem peccatoris, sed secundum Scripturam; *locum pœnitentiæ, & bonæ spei fecit filios suos, quoniam iudicans dat loc in peccatis pœnitentiæ*: itaque Hæreticus tempus, & procrastinationem ctus, potest sese ante Mortem convertere, & clamare ad Dominum cu
Iob. 10. Propheta: *Nuncquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte e*
v. 20. *me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reverta ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ &c*: er non est delinquendus à Medico, ne fortè ex temporali Morbo, in æterna damnationem deijciatur.

3. Medicos etiam Contagio, imò Peste infectos visitare debere, patet
De Mor- *D. Cypriano* dicente *Quid illud fratres dilectissimi, quale est, quam per*
talit. c. 5. *nens, quam necessarium, quod Pestis ista, & Lues quæ horribilis & feralis vi tur, explorat Iustitiam singulorum, & mentes humani generis examinat? an firmis serviant sani, an propinqui cognatos piè diligant, an misereantur servor languentium Domini, an deprecantes ægros* (nota) *non deserant Medici.*

SED CONTRA faciunt illa Ieremiæ Cap. 48. v. 6. *Fugite, salvate anim vestras* & illud S. Hieronymi: *Resecandæ sunt putridæ, Carnes, & scab sa Ovis ab ovili repellenda est..... Arrius in Alexandria vna scintilla fui sed quia non statim oppressus est, totum Orbem eius flamma populata est.* hoc S. Gregorij in Reg. *Melius est vt pro multorum salute vnus condamn tur* (moriatur) *quam quod per vnius licentiam multi periclitentur.* Quo

si ex his sequatur hæretico à iudice debere occidi & repelli, facile inferetur Medicos illis assistentiam denegare posse.

CONCLVSIO.

Medicus non semper tenetur aßistere Hæreticis, aut Contagio infectis.

MUltis scatet hæc Quæstio dubijs, & Distinctionibus, sed ne in eo prolixi simus, quinam Hæretici censendi sint, videatur apud *Sotum in 4. d. 22. q. 2. art. 3.* Azorium *Lib. 8. Cap. 10. q. 5.* Caietanum *22. q. 11. art. 3. Canon. dixit Apostol. & Can. qui in Ecclesia.* Nos hic de talibus tantum loquimur, qui peccato Hæreseos peccant interius & exterius, hoc est cum non solum in Corde contra Fidem errant, sed exterius etiam aliquid contra illam faciunt, sive coram alijs, sive nullo alio præsente: nam hi sunt per latam sententiam per primam Excommunicationem in *Bulla Cœnæ Domini* excommunicati: Ex quo oritur non contemnenda difficultas; nam eadem illa Excommunicatio, ibidem contra Hæreticorum Receptatores Defensores, & Fautores fulminatur, sed nulla potior Defensio, aut Favor datur, quam in ordine ad vitam conservandam, ergo Medicus illo casu incurrere videtur eandem pœnam; sed neganda est hæc Consequentia contra mentem Bullæ illata, nam vt *Caietanus*, benè intelligenda ista sunt de Defensoribus, Receptoribus & Fautoribus Hæreticorum, vt Hæretici sunt, sive quatenus tales, hoc est de tuentibus illos hac ratione, & ideo, quia hæretici sunt. Vndè Si quis hæreticum reciperet, & domi suæ retinens curaret quia infirmus, nullo modo Excommunicatur in Cœna Domini, nisi alia feratur ab Inquisitoribus Excommunicatio generalior. Itaque ex illa parte saltem clarum fit, quod Medicus non teneatur derelinquere infirmum Hæreticum; quod illi possit assistere, est extra dubium, nulla hactenus Lege, aut Decreto, quod sciam, id vetante: nam in primis ita dictare videntur tam Artis politicæ, quam humanæ Societatis regulæ: deinde quamvis Religione tenus, sint inimici nostri, & illos diligere suadet Dominus, & non nisi perfecto odio odisse, quod est, inquit *Caßiodorus*, homines diligere, & eorum vitia horrere: nam in illa parte qua creatura Dei sunt, amandos esse non dubium est: in illa iniquitate horrendi sunt, in qua se polluerunt. Deinde vt proximum nostrum agnoscamus, in quemcumque inciderimus ope nostra indigentem, eumque iuvemus pro viribus præcipit, Christus *Lucæ 10. cap.* Docens in Parabola eius, qui in latrones inciderat, quis noster proximus sit, nempe omnis Miser, & opem nostram

Verb. Excomm. c. 1.

Super illud Psal perfecto odio oderam illos.

ſtram implorans, nam vt benè reſpondet, Iuriſperitus ibidem: *Ille ver proximum egit, & agnovit, qui fecit miſericordiam in illum.*

Quod autem Medicus ad viſitandum hæreticum non teneatur, ex eo pa tet; quod ſemper, & vbique opera Miſericordiæ exercere non ſit Præ ceptum, ſed pium Conſilium; multi enim pauperes & miſeri occurrun indies, quibus abſolutè loquendo poſſemus ſuccurrere, ſed non ſempe expedit, & ideo durum eſſet ad hoc ſemper aſtringi: deinde tam longè no men proximi extendatur quam poteſt, ille verè inimicus meus eſt, q ſciens & volens me à via ſalutis æternæ, quantum in ſe eſt, conatur diver tere, & vt *D. Auguſtinus* nuper citatus, Si inimicos non diligamus poſitivè ſufficit ſimpliciter illos Odio non habere: iam autem non omnes illos Odi habere dicetur aliquis, circa quos toties non exercet opera Charitatis, quo ties poteſt. Imò illud ipſum inſinuare nobis ipſe Chriſtus videtur loco citato noluit enim ab Apoſtolis ſuis infirmos curari niſi hos, qui illos cum Do ctrina, & Fide ſua ſuſcepiſſent: cum enim Apoſtolos inſtruxiſſet hoc mo do: *In quamcumque Civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos ..... curate in firmos.* Poſtea addit: *Si non ſuſceperint vos, exeuntes &c:* certum autem, evidens eſt, quod hæretici Apoſtolos, id eſt veram Apoſtolicam Doctri nam, quæ Romana eſt, non ſuſcipiant, adeoque & dimitti poſſint, abſque curatione in ægritudine derelinqui.

In Gloſſ. ſup. Cant. Cantic. 2.

Luc. 10. Cap.

Notandum nihilominus, quod quamvis abſolutè loquendo ad Hære ticorum viſitationem Medicus in rigore non obligetur, ſalutarius conſiliu fore, ne vel tales omninò derelinquere, quia Meſericordiam (quæ Ar Medicæ adæquatum obiectum) magnopore offendit: Neque *Hyppocra* exemplo hic ſeſe quiſpiam tueatur, ſicut benè monet *Henricus Meyboom*, q ad Regem Perſarum magnis etiam muneribus invitatus ire noluit, ne (ipſus ait) Barbaros à morbis liberaret, qui Græcorum eſſent hoſtes, ſ à lucri ſordibus alienus magnificis hoſtis pollicitationibus patriam prætul aliud enim longè eſt, proprium Natale ſolum deſerere, eique omnem i vaminis influxum ſubtrahere, & prætio conductum hoſtibus acceder quam vnum, aut alterum inimicorum, ſalvis patriæ rebus, Arte ſua i vare. Malè itaque putat *Iulius Alexandrinus* errare Medicum, ſi hoſti aux lium ferat; & beneficientiam ab officio ſuo recedere imò maleficam evad re, ſi in inimicos exerceatur: nam, vt alias ex *Scribonio largo*, retulimu Medico quidem licet, quia bonus civis eſt re poſtulante hoſtes perſequi qua Medicus autem, non perſonas æſtimare, ſed æqualiter cuivis implo ranti auxilio ſuo ſuccurrere, quod optimum conſilium eſſe diximus, no obligans præceptum.

In Orkok Hyppocrat Epiſt. ad Hyſtan. Helleſp. præfect.

Hæc de hæreſi, quæ cum non malè peſti aſſimiletur, & plura de materi ian

iam agitata alibi dicta fuerint, non abs re erit sequentia de Contagio Quæstioni huic annectere, & vtrum Medicus Contagiosos etiam visitare teneatur, discutere.

Dico primò si Medicus ordinarius est, in tota arte Medicinæ versatus, & in huius qualitate plurimi eius operâ vtantur, & indigent, hic quandoquidem per consilia è longinquo, & colloquia parum periculosa proximum notabiliter iuvare possit, nullo modo, cum tanto aliorum quos circum ambulat periculo, paucos Pestiferos tenetur visitare: & certè zelus ille vel Indiscretionem, vel Avaritiam sapit, & inordinata prorsus est Charitas, vni vel paucis salutem, multis autem perditionem procurare velle, aut saltem in discrimen adducere; ideo *Cavendum est*, inquit providens Seneca, *ne corruptis iam corporibus, & Morbo flagrantibus assideamus; quia periculo trahemus, afflatuque ipso laborabimus*; quia vt Italis in Proverbio est: *Pice inquinatur, qui pice inquinatum abstergit*, quod si verò in illo eodem loco plures Medici fuerint, alijs ægris sufficientes, secedat unus è turba, si velit loricâ Fidei & Charitatis zelo munitus Peste infectos accedat, & opus summum operabitur, Animam ponens pro proximi sui salute: scuto consolationis *D. Hieronymi* confisus: quod non meminerit se legisse mala Morte mortuum, qui libenter opera Charitatis (maximè tam ardua) exercuit: habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum præces non exaudiri.

De Tranqu. Anim Cap. 7: *Epist. ad Nep.*

Dico 2. Si Loimiater fuerit, sola curandi Pestem arte præditus, illamque de facto profitens, &, vt fit, ad hoc prætio conductus, tam ex lege Charitatis, quam Iustitiæ, quos posset, adiuvare tenetur & visitare: ad quod ordinarium Medicum nullo modo obligari supra ostendimus, sed ille tam ad suæ propriæ, quam aliorum familiæ conservationem, sese cavere potest, & ab omni Peste infecti visitatione abstinere, cuius nempe consortium ita periculosum esse iudicatur non tantum apud Medicinæ, sed etiam Iuris peritos, vt *Ripaldus*, *Mascardus*, *Pravidell.* pluresque alij non solum excusent à Præsidentia, Appellatione, Mora, Contumacia &c: sed Deum tentare illos dicunt, qui locum affectum accedunt, vel immorantur. Quod magis est, Constitutio Pij V. apud *Navarrum*, *Rodericum*, *Barbosam* & alij concedunt ipsis Monialibus licentiam ingrediendi aliud monasterium, si sint in manifesto periculo.

Dubitari quis hic posset, vtrum Medici, Loimiatri, Apothecarij, Chirurgi, Vespillones &c: scientes domum aliquam Peste infectam, hoc subticere possint, an verò Magistratui teneantur revelare. In foro fori saltem hic Antverpiæ silentium horum notabili pœnâ pecuniaria multatur, & antequam Loimiater, sive Libitinarius ad Pestiferorum servitium admittitur, post rigurosum examen, à nobis Medicis Pensionarijs factum, ad solenne Iu-

Tract. de Pest. part. 1 n. 8. Concluf. 763. n. 13. De pest. part 1. part. 9. n. 14. De Reg. com. 4. n. 47. Quæst. canon. tom 1. q. 49.

Iuramentum, tam citò ac rescierit, ad cubiculum deferendi, cogitur. Quod internum forum attinet, nisi infecti à Turba, hominumque commercio secreti habitent, & curantes sive assistentes similiter sese ab aliorum consortio subtrahant, illos contra Charitatem proximi peccare iudico, si quibus eius negotij cura commissa est, sive per se, sive per alios non indicent, idque propter periculum, cui prupter vnius, aut alterius interesse ingentem sanorum multitudinem exponent: nam vt *S. Ambrosius* monet: Peccatum vnius quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imò omnes qui norunt, & non devitant, aut cum possunt arguere dissimulant, quæ quamvis de Animæ ægritudine dicta sciam, non incongruè etiam Corporis malis applicantur: vnde hæretici quidam verè deridendi qui pueros ab Aqua, ab igne, à præcipitijs propter imminens periculum longius abesse iubent, non à Peste infectis, cum par sit ratio vtriusque, cum non semper à Deo immittatur, sed vt Lepra, Scabies, Phtisis alijque Morbi naturaliter per contagium communicetur, & vt à Deo propter peccata immitatur, cuilibet licitum est, & iratum Deum placare, precibus pœnam depræcari, & quantum potest fugâ & cautelâ illam antevertere, quod docet nos tragicus hussita his verbis: *Fugite ergo à facie gladij* (Iræ Divinæ) *quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.*

Sup. Epist. ad Corint. ad illud modicũ fermentum &c.

Iob cap. 19 vers. 29.

Resp. ad Argum. 1. Hæresim esse impertinentem quidem ad ipsam Medicinam, non ad Medicum Catholicum; cuius Romanæ fidei, ipsa hæresis directè opponitur, itaque non pars parti, sed totum suppositum supposito comparandum: deinde ex illo tantum inferri posset Medicum hæreticos visitare posse, & esse licitum, quod & nos in corpore conclusionis approbavimus, imò consuluimus, non autem quod ad hoc obligetur in conscientia.

Ad 2. Veneror & concedo Sacra verba allegata, promisit, fateor, Deus veniam pœnitenti, sed non in crastinum differenti, vnde si aliqualis conversionis sit apparentia, spesque affulgeat vt *reversurus sit ad percutientem se*, tunc fortè Charitatis dictamini non satis faceret Medicus ille, qui tam salutari eius proposito non cooperaretur quantum in se est, emendationis tempus prolongando: secus verò si cum tanta pertinacia errorem tueatur, de facto talia dicit & facit, vt nullo modo sperandum sit ipsum ab eo non deductum iri, Medicum obligari non puto, cum moraliter certum sit, eum ex numero illorum esse, quibus Dominus ait: *Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.*

Esai. 9.

Ioan. 8. 24.

Ad 3. *S. Cyprianum* bene hic explicare, quomodo Pestilentialis fervor, Christianum Charitatis teporem prodat: at non omnis omissio operis charitatis, quale est, *Dare Animam suam redemptionem pro multis*, peccatum censenda est,

Matth. 20. 28.

du-

durum enim esset, nos semper ad summum Charitatis gradum obligari, nam teste *Ioanne, maiorem hac dilectionem nemo habet, vt Animam suam* (id est vitam) *ponat quis pro amicis suis*, quid ergo si indifferentes nobis, aut inimici fuerint?

QVÆSTIO XXXIX.

An Medicus procurare debeat, vt Moribundi extremis Sacramentis muniantur?

ARgum. 1. Commune, in vulgari Proverbio, consilium est, *Ne Sutor vltra crepidam, nec Falcem quis ponat in messem alienam*, vnde cum obiectum Medicinæ corpus humanum sit, circa illud tantum versari debet, ergo Medico nihil cum anima.

2 Tam adequatè Animarum cura sacerdotibus commissa, vt per Excommunicationis interminationem ab arte Medicinæ, & corporali cura arceantur, sicuti alibi ostendimus, ergo à paritate rationis, quibus solum Corpus, eiusque sanatio committitur, ab omni animarum cura videntur liberi, si non arcendi; quippe si Corpus & anima quoad curam, & sanationem aliquid communis habeant, malè ab ea removentur Ecclesiastici, sive in ordinibus constituti, sin minus, malè hoc onus Medicis imponitur.

SED CONTRA illud D. Augustini: *Qui sine Salvatore salutem vult habere non sanus, sed ager ;, non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit.*

CONCLVSIO.

Tenetur omnino Christianus Medicus pro patientis animæ salute esse sollicitus.

M*Edici boni dant operam, vt ægrotantibus prosint, si queant, vlteriorem probibent lapsum* inquit Marcus Anthonius Natta: & quis, amabo, lapsus horrendior illo est, quam Corpore molliter in sacrophago quiescente, quæ immortalis est, Animam *rudentibus inferni detrahi in Tartarum cruciandam.* Quod autem non corporalis dumtaxat, sed & spiritualis Medico cura incumbat, ab *Ecclesiastic.* insinuari apparet, dum ait loquens de medicis: *Ipsi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem, propter conversationem eorum*: in quibus verbis per Medicorum præsentiam, duplex quasi beneficium ægris pollicetur; propter *Deprecationes eorum*, *Requiem*, animæ scilicet sempiternam, propter *Conversationem* verò *Sanitatem* corporis

Lib. 5. de Pulchrit.

Petri 2. 4.

Cap. 38. v. 14.

ri. nempe temporalem: hæc autem vt appareant clarius ſupponendum cum
Homil. 37. *Chryſoſtomo*, quod Morbi ex peccatis plerumque generentur: & vt ille

Nunquam rubenti fulmen intorquet manu,
Nunquam ſonantes increpat Nimbos Deus,
Vbi culpa non eſt.

Undè *Ioannis* 5. dicitur *Sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne de-terius aliquid tibi contingat*: ad quæ verba, ſua aurea addit *Chryſologus*, *qui mirum*, inquit, *ſi ægrotationes quoque multæ inde naſcantur, vnde & ipſ-ægrotandi facilitas emanavit*, nempe peccato. At quid hæc omnia ad Me-dicos? reſpondet pro nobis *D. Chryſoſtomus*: Præſtantiſſimi Medici, inquit,
Homil 10. init. ad Rom. ægritudinum radicem curioſius ſemper indagant, atque ad ipſum mali fon-tem ante omnia accedunt: quia nempe nunquam melius effectus, quam cum ſua cauſa tollitur; vndè ſicuti contra Artem peccat, qui neglecto inter-na viſcera depopulante incendio, ad extrinſecum Ruborem, aliaque le-viora Exanthemata ſuam curam convertit: ita Charitatem offendit, qui ca-ducum & tranſitorium curare ſatagit, immortali poſt habito. Ideò *Concilium*
Cap. 21. *Lateranenſe* intolerabili huic malo remedium præſcripſit his verbis: *Cum in-firmitas Corporalis nonunquam ex peccato proveniat ..... decreto præſente ſtatui-mus, & diſtrictè præcipimus Medicis Corporum, vt cum eos ad infirmos voca-contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, quod Medicos advocent An-imarum, vt poſtquam infirmis fuerit de ſpirituali ſalute proviſum, ad corpora-Medicinæ commodum ſalubriter procedatur, cum cauſa ceſſante* (ſcilicet pec-cato) *ceſſet effectus*. Et hoc ipſum decretum *Pius* V. Anno 1566. ſub gra-
Die 8. Martij. vioribus pœnis renovavit. Ut verum fatear non parvam mihi interdum cau-ſavit anxietudinem, hoc verbum, *inducant*, cui *Hoſtienſis* tantam virtutem adſcribit, vt neceſſariò ſibi efficaciam adiunctam habere debeat, & ſemp-ſortiri effectum; ſed cum hæc verba *inducere*, & *perſuadere* hic idem plan-nihil ſignificare videantur, & poſterius ad explicationem prioris tantu-fuiſſe additum, neutri horum realem effectum competere debere, iudica-donec aliundè mihi de Concilij mente conſtet; & duram opinionem ha-
Part. 3. tit. 7. dicit *S. Antoninus*, cum in periculo conſtitutis, quantumcunque etiam ob-ſtinatis, ſit ſubveniendum ſecundum ordinem Charitatis. Maius lumen h-nobis accendit *Angelus*, quando dicit: Adverte, quod debeat admone-& inducere cum effectu, nihilominus ſi infirmus (addit) nollet confite-non credo quod propter hoc Medicus debeat deſiſtere à medicamine, qu-intelligendum eſt inducens, effectualiter, quantum eſt ex parte Medic-non ex parte infirmi, quia ſi dimitteret eum, fortè moreretur deſperatu-qui ſanatus poterit poſtea converti, & ſic præceptum Eccleſiæ videretur e-contra Præceptum Dei de Charitate proximi. Uterque ergo hic Aucth-

ſuf-

sustinet Medicum vi Capituli, non teneri ægrum derelinquere, nos enim voluntatem nostram Divinæ conformantes, debemus nolle Mortem peccatoris. Utrum autem nollentem confiteri possit dimittere sine offensa? negant *Hostiensis*, & *Angelus*, quia opinantur ipsum contra Charitatem proximi peccare, quod mihi tamen difficulter persuaserim, tum propter rationes *in Quæstione precedente*, & alibi allegatas, tum propter doctrinam **Ruardi Cancellarij**, quæ sic se habet: Medicum non agere contra Charitatem si propter vniversalem Legem quæ est in re optima, & rationabilis, deserat ægrotum pertinacem in exemplum aliorum. Non enim est contra Charitatem, quod est pro Charitate, quæ omnes respicit, constitutum. Huius quoque sententiæ apparet fuisse **D. Gregorius**, nam cum quidam frater, etiam Medicus (solebant enim & Monachi olim per Medicinæ Artem temporalis vitæ stipendia sectari) nomine Iustus, tres Aureos in Medicamine abscondisset, idque postea innotuisset, vide, inquit Gregorius, vt nullus ex fratribus, se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex alicuius ore percipiat &c: postea addit: in his vtrisque rebus, vnam morienti, alteram volui prodesse fratribus viventibus, vt & illum amaritudo Mortis à culpa solubilem faceret, & istos Avaritiæ tanta damnatio terreret, atque à culpa prohiberet, quod ita factum est, hæc Gregorius. Quidquid sit, si mea coniectura hic quidquam valeat, salvo meliore, putarem Medicum tuta conscientiâ, talem obstinatum, & visitare posse, & deserere, donec ab Apostolica Sede, vnde huius dubij decisio expectanda videtur, aliter resolutum, & decretum fuerit; quod ad me tamen attinet, in triplici, aut quadruplici casu, qui mihi sese obtulit, malui Charitatis erga talem proximum visitando, quam severitatis exemplum deserendo, exhibere.

In Sum. Silvestrina

Lib. 4. Dialog. cap. 55.

Alia circa idem Quæstio à casuistis movetur, vtrum illa monitio à Medico fieri debeat in quacumque infirmitate? & tenent communiter cum *Angelo*, sufficere in morbo Periculoso & gravi, nisi mos, aut particulare mandatum Medicos ad hoc obliget, vti fit in alijs, in nostris verò partibus non Item. Pro resolutione optima, optimè *Caietanus* dicit: Non in qualibet ægritudine tenetur Medicus ad hoc, ne in derisum monitio veniat (adde ne Mortis, vel maioris mali apprehensio anxium ægrum deijciat) nec expectanda est periculosa ægritudo, quoniam sic non præveniretur infirmus, quod intentio textus clarè requirit, sed media viâ inducendus est infirmus in Infirmitate ex qua meritò de cum bit, qualis est, quæ non ex Delicijs, nec ex Podagræ impedimento, sed ex se lectum ægritudinis exigit: & tunc non debet hoc Medicus per se facere præcisè, sed sufficit, ait *Navarrus*, si iuxta receptam observationem, Parochum, aut qui ægri curam gerunt, admoneat vt ei Sacramenta dentur Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis, nam hæc

Cap. 25. man. n 61.

non ad animæ solum, sed & Corporis quoque sanitatem instituta, vn
mirum videri non debet, si Medici pro illis, tanquam remedijs ad fine
obtinendum obligentur esse solliciti, nam ad illam quoque intentionem p
Cap.1 De. c et. de eod sacram Iacobum Apostolum posterius Sacramentum fidelibus fuisse comendatum
promulgatum, declarat *Consilium Tridentinum*, idque per hæc verba Iacol
Cap 5. v. 14.15. *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, v*
gentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio Fidei salvabit infirmum,
allevabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Huiusque Sacr
tissimi Olei symbolum haberi videtur in Scotia, vbi *Fons* quidam *Olei* dict
est, quia in eius Aqua Oleum supernatat, quod nec addito augetur, n
In Scotia sua dempto minuitur, quo plurimi ægri sanantur, vti refert *Hector Boëtius*. In
tantæ Virtutis in ordine ad Corporalem sanitatem est hoc Sacramentun
Lib. 11. cap. 5. eiusque adiunctæ præces tam efficaces, vt *Nicephorus Callistus* scribat qu
Parthenius Urbis cuiusdam in Hellesponto Episcopus per has, ijsque sim
Lib. 6. les præces mederetur: & *Zozamenus* dicit sub Imperio Valentis Monachu
nomine Beniamin fuisse, qui sola Inunctione Sacra, & præcibus ægros
Sess. 14. c 2 nabat. Quare *Consilium Tridentinum* supra laudatum docet in hunc modum
hujus Sacramenti res est, gratia Spiritus Sancti, cuius Vnctio delicta,
quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti An
mam alleviat, & confirmat, magnam in eo Divinæ Misericordiæ fiducia
excitando, qua infirmus sublevatus, & Morbi incommoda, ac labor
levius fert, & tentationibus Dæmonis calcaneo insidiantis facilius resistit,
sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitu
Serm 33. Hoc idem D. *Chrysologus* confirmat dicens; *Christus non infirmantibus, s*
Fides deëst, nam multò magis modo in nobis manens, poterit Vulneratos (a
alios ægrotantes) *curare, qui latentem mulierem* (Hemorrhoissam) *præt*
riens sic curavit. Quare hoc vnum ex illis remedijs est, quæ teste Seneca
non demonstranda solum, sed quibusdam etiam inculcanda; & qui ha
contemnunt, eorum Corporibus parum Medicamenta prosunt, dum D
vinam animo respuunt Medicinam: imò si cuiuspiam aures à Deo per Mo
bum vellicentur, & non auscultet, nec revertatur ad percutientem se, sci
ex *Valerio Maximo*, toto Ethnico vt erat, quod *Deorum spreti præmonit*
excandescant, & humana consilia castigentur, vbi se cælestibus præferunt. Qu
Lib. 5. Decretal. de Penit. & Remiss. cap. 13. de causa *Pium* V. Pontificem Maximum, de quo supra, postea decrevis
inveni, vt Medici in morbis acutioribus ægros suos admonerent, vt ad S
cram Exomologesin faciendam sese componant, & nisi ægri intra prox
mum Triduum iudicio Sacerdotis perfecerint, à Medicis prohibet visitari
& Medicos secus facientes infames haberi vult Pontifex, accepto honor
gradu deijci, à Medicorum Collegio proscribi, & pecuniaria demum po
n

nâ mulctari. Quod magis est, refert doctissimus vir *Henricus Caykius* Librorum Censor Pontificius & Regius, in litteris Clarissimo Domino Viringio missis, quod huius Constitutionis suæ pondus, idem ille Pontifex, ad Academias omnes, omniaque medicorum Collegia perferri voluerit, & ad faciendam imposterum Medicinam, & Medicæ promotionis suscipiendum gradum, præcludi omnibus aditum, nisi Iureiurando se ad huius Constitutionis Apostolicæ inviolabilem astrinxerint observationem. Eos denique Medicos qui gradu antea sunt insigniti, nisi iuratam hanc Legem subiverint, gradu accepto vult spoliari, omnibus exui Privilegijs, ab vtroque Magistratu, donec resipuerint, ab Ecclesiæ foribus propelli, suamque hanc constitutionem inter perpetuò valituras extravagantes referri, atque hic mos in Italia, vt intelligio, in observatione est, verum in hisce partibus similis constitutio vigorem suum vel nunquam fortè habuit, vel lapsu temporis obsoleta, vndè si quis scrupulosior sit, inquit *Ioann. Molanus*, adeat ordinarium loci, eumque consulat, an velit infirmum fratrem curari, an verò ob bonum publicum eum deseri, quod si Episcopus, eiusvè Vicarius non fuerit ad manum, eum Medicum satis fecisse putarem, qui prudentià Parochi, aut alterius viri Ecclesiastici vteretur, quamquam mihi talis esse videatur hæc dubitatio, vt meritò à Concilio Provinciali, ad supremam Cathedram sit transmittenda, vt ab ea decidatur, hæc Molanus. Pro corollario advertant laxiores Medici, ex admonitione *Hieronymi Bardi*, quod Christus Dominus fortè ideò semper antequam ad Morborum curam accederet, *Loquebatur eis verbum*, teste Evangelista *Marco*, vt Medicos doceret, prius Animarum curam, posterius verò Corporum habendam esse.

In Diar. Medic.

§. 25. n. 6.

Cap. 2. v. 2

Resp. ad Argum. 1. Proverbia illa locum tum habere, vbi quis officij limites transgreditur, hic autem, quamvis vt tali præcisè nihil cum Anima sit, totum tamen hoc Medicus Chrstianus, non solum ex Charitate erga proximum tenetur de æterna eius salute esse sollicitus, nam & quoad hoc custos fratris sui est, sed etiam ex mandatis ecclesiæ cui subiacet, expressis, vt in conclusione ostensum est.

Ad 2. quod cura Animarum ad Personas Ecclesiasticas, Corporum, & eorum sanitatis ad Medicos spectat primariò & principaliter; sed generaliter & absolutè loquendo vtriusque cura, vtrisque personis commissa, cum de adiuvando proximò agitur; ita vt in necessitate, etiam non valde vrgente ad vnumquemque spectat, vt vtroque tempestivè, & debito modo prospiciatur, cum nemo obligatione Charitatis ergo proximum sit exemptus, quæ Charitas totum suppositum respiciens, pro cura vniuscuiuslibet partis debet esse sollicita, vt illa nempe adhibeatur ab illo, cuius particulare est munus.

QVÆSTIO XXXX.

An Medicus rogatus Medicamentorum Vires poßit Subticere, vel negare?

ARgum. 1. vel Medicus mala fide procedit & tunc Carnifex est, & H micida; vel bonam intentionem habet, & media quibus ad illa obtinendam vtitur, honesta sunt & salutaria, ergo illa nullo modo su cælanda.

2. Nec artificioso ingenio, nec simplice verbo licet quemquam deciper quia quo lubet modo mentiatur quis, offendit; ait *S. Isidorus* neque respo deri potest, hic neminem decipi, quia vti *Chrysostomus*: Mendacia si n habeant quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur, sicut ait Psalmista, *Ment est iniquitas sibi.*

De Cõsilii. Viti r. & virtut.

SED CONTRA illud D. Augustini super Psalm 5. *Sunt Mendacia, quæda pro salute, vel commodo alicuius, non malitia, sed benignitate, vt stetrices quæ dixerunt pro filijs Israël falsum Pharaoni. Hæc autem Mend cia non re, sed in dolo laudantur, & qui sic mentiuntur, merebuntur a quando ab omni mendacio liberari.*

CONCLVSIO.

QVandoquidem in Morborum curationibus, non rarò contingat tal casus & symptomata occurrere, in quibus debellandis Medicus cogitur remedijs Aversionem, Nauseam, Vomitum, Ventris Tormina ca santibus, omnibus adhuc Chirurgiæ operationibus, rarò sine dolore a hiberi solitis, exceptis; mirum esse non debet, in dubijs ægris, tim rem, imo & resistentiam interdum causari: nam sicuti tepidi, & modi fidei Christiani ideo afflictiones huius mundi gravius ferunt, quia tribul tiones presenter existentes, de facto percipiunt, Regnum autem Cælor quod nec Oculus vidit, nec Auris audivit, nec sub vllo sensuum cadi tanquam futurum dumtaxat promittitur, ita & in delicatulis ægris conting qui Pharmaci ingratitudinem & remedij Dolorem actu sentientes, ægrè so promissione solantur sanitatis: fortes autem fide in vtroque casu, quo cumque arduum & durum, pectore spe firmato, & agunt, & pativutu in album salutis semper collimantes. Verum cum prioris generis homin inveniantur quam plurimi, Medicumque oporteat omnibus omnia fier nunc salutari stratagemate patientium teneritati succurrit, & vt *Plinius innic*

Lib. 1.

M

Medici salubres, sed voluptate carentes cibos, blandioribus eloquijs prosequuntur: idemque facere solent, quoties operatio dolorosa quædam occurrit, ne ægri vel absolutè sanari renuant, vel saltem ne bis miseri sint; semel scilicet per vivam doloris apprehensionem de futuro, semel dum actu patitur. Deinde si remedia ipsis planè innotescant, ansa obstrigilandi suggeritur, & efficaciam illorum revocandi in dubium, ne cogantur assumemere, & vt *Plinius Senior* Minus credimus quæ ad salutem nostram pertinent si intelligimus. *Lib.29.*

Verum hic nobis aliquis *Augustinum* obijciet dicentem: Perfectis non convenit mentiri, nec pro temporali vita. Veneror dicta Augustini. Neque ego Mentiri Medicis suadeo, vel quod mihi idem est Restrictione Mentali vti, sed per Ambages, Extravagationes, Diverticula aliaque licita media ægrum consopire & solari: quod nec ipse Augustinus improbat, sed clarius sese illo ipso loco in favorem nostrum explicat his verbis *Aliud est Mentiri, aliud est Verum occultare, sicut aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere.* Sed ponamus patientem tam sagacem & argutum, vt se per intricatos sermones diverti non patiatur, sed categoricè sibi responderi petat, ita vt sine Mendacio involvendus nullo modo sit? Si, vt remedium persuadeat ex cuius intermissione notabile sanitatis damnum, aut vitæ interitus imminet, aliqualiter etiam contra scientiam suam, mentemque loquatur, à graviore culpa illum medicum excusandum puto; quia similis locutio Mendacij naturâ, & fine est destituta: nam vt *Cicero* Mendacium definit, est falsa verborum prolatio, cum intentione fallendi, tantum hic abest vt fallere meditetur, vt omni conatu & industria, etiam contra patientis voluntatem ipsum iuvare intendat. Quod magis est Phreneticos quocumque modo ad salutem illorum possumus decipere, nemine quod sciam Theologorum refragante, ergo & illi qui propter ingratum Gustum ipsa sanitate; aut propter Dolorem vitâ etiam carere vellent, nam & hi ex genere quodam Phreneticorum sunt, Sapientis etiam testimonio dicentis: *Altissimus creavit de terra Medicinam, & (nota) vir prudens non abhorrebit eam.* Sed instet angustioris conscientiæ Theologus, quomodocumque pallietur, revera subesse Mendacium. Si ita vocare libuerit, per me licet, sed tunc ex genere levissimorum esse dicendum cum *Augustino, Mihi autem absurdum videtur*, ait, *omne Mendacium esse peccatum, sed multum interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur, non enim ita peccat qui consolandi, sicut qui nocendi voluntate mentiatur*: & adhuc explicatius pro illis qui nobis hic obijcere vellent, non esse facienda mala vt eveniant bona, de hac re discurrit *Sanctus Gregorius*, Omne mendacij quoque genus perfecti viri summopore fugiunt, nec vita alicuius pro eorum fallacia defendatur, ne suæ animæ noceant, dum præ-

Sup. illud Psalm 5. Perdes omnes qui loquuntur mendaciū.

Ibidem.

Eccles. 38.

In Enchirid

Lib. 1. Moral.

 stari

ſtari nituntur carni alienæ. Quamquam hoc peccati genus facillimè credamu relaxari (nota) nam ſi quælibet culpa ſequenti ſolet pia operatione purgar quanto magis hoc facile abſtergitur, quod mater boni operis, ipſa pieta admittit, hæc Gregorius. Vnde illi Medici cum obſtetricibus Ægyptiac

Exodi cap. 1.

excuſandi veniunt, quibus mentientibus, ait idem *Gregorius* ſcriptum eſt quod ædificavit Dominus domos, in quo magis recompenſatio cognoſcitur quam mendacij culpa mereatur, nam benignitatis earum merces quæ e potuit in æterna vita retribui, præmiſſa culpa mendacij, in terrena eſt re compenſatione declinata, ita ille. Quod autem hic par ratio ſit, & exemplum quadret, ex vtriuſque caſus fine apparet, qui eſt vitam innocentis ſal vare.

Notandum denique caſum hunc in Medicina occurrere duplici modo nam ſicuti citra veritatem facilitari poteſt, & parvi fieri omnis remedij ve ingtatitudo, vel dolor, vt æger illud facilius admittat, nam quædam nor

Lib 3. de Ira cap. 40

niſi decepta ſanantur, inquit *Seneca*, ita ex alia parte Morbus, eiuſque periculum vltra veritatem exaggerari poteſt, & ante oculos ægrorum poni de formiore larvâ indutus, quo perterriti, ſaltem neceſſaria admittant. *Quædam præcipimus vltra modum*, ait idem Philoſophus, *vt ad verum, & ſuum*

Lib. 7. Benefic. cap. 22, 23.

redeant. Quoties parum fiduciæ eſt in his quibus imperas, amplius eſt exigendum quam ſatis eſt, vt præſtetur quantum ſatis eſt. Concludendo itaque cum pijſſimo *Zenone*, oſtendere ægro magnitudinem morbi, & per hoc concitare eius ſolicitudinem, pars videbitur Medicinæ: verum ſi in hoc eum reliqueris gradu

Sermone de Livore.

nec remediorum oſtenderis viam, nihil aliud eſt, quam ſalutem perdidiſſe languentis. Atque hæc tum locum habent, quando Medicus bona fide & intentione procedit, ſi autem id fecerit, vt quorum ſcire intereſt, fallat, aut plus nummorum extorqueat, falſarius & nequam cenſendus eſt, qu cum nolit teſtari quod æquum eſt, audet exigere quod iniquum eſt.

Reſpond. ad Argum. 1. Abſolutè, & in rigore loquendo totum eſſe verum, in caſu autem noſtro in quo nudæ veritatis confeſſio, notabilem infirmantibus timorem incutit, & ſalutare, imò neceſſarium, vel ſaltem magis conducibile remedium repulſæ periculo exponit, oſtendimus in concluſione licitum eſſe ſuſpectam veritatem aliquo modo eruditè palliare, vel per ſilentium celare.

Ad 2. hoc in caſu nec quemquam decipi (nam hoc damnum in decepto ſupponit) nec vllum fortè ſubeſſe Mendacium; mens enim, & intentio Medici eſt ægrum, optimo quo poteſt modo, & Medicamen toſanare. Au-

Sup. Pſal. 5.

cthoritatem quod attinet, præter alias in concluſione allegatas, illi *Auguſtini* aucthoritatem oppono, dicentis: aliud eſt Mentiri, aliud verum occultare, &c: de quibus plura in corpore concluſionis.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXXI.

An Medicus interrogatus teneatur indicare periculum Mortis?

ARgum. 1. Medicus tenetur in conſcientia infirmos ſuos admonere, vt Sacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis muniantur, vti *Quæſtione* 39. hic dictum eſt, atqui hoc nunquam magis locum habet, aut efficacius perſuadetur, niſi per Mortis periculum, eiuſque indicationem, ergo illud Medicus nunquam poterit ſubticere.

2. Medicinæ finis eſt, hominis vitam quantum in ſe eſt prolongare, & per conſequens omnia Mortem accelerantia impedire: ſed per horribile Mortis Prognoſticum ingens in hominibus terror naturaliter incutitur (vel ipſius Chriſti patientis exemplo) Mortem promoturus, ergo Medicus nunquam mortis periculum indicare poteſt.

3. Mors hominis, eſt merum futurum contingens, cuius prædictio ad illicitam divinationem ſpectat, nam hominem occulta præſcire, & futura prædicere non poſſe abſque Dæmonis ope, docet benè *Vairus*, & D. *Bernardus*; *Quid in rebus humanis certius eſt Morte, quid incertius horâ mortis invenitur?* ergo Medicus illam non poteſt annuntiare, quia vteretur medio illicito. *De faſcin. lib. 2. c. 3.*

SED CONTRA Facit illud Zenonis Sermon. de Livore: *Oſtendere ægro magnitudinem Morbi* (ex qua Mors) *& per hoc concitare eius ſolicitudinem pars videbitur Medicinæ.*

CONCLVSIO.

Tenetur omninò Medicus rogatus fideliter periculum Mortis cum diſcretione indicare.

IN primis quandoquidem præter Dei decretum, tam multa & varia ſint humanæ perſpicaciæ abſcondita, quæ fragilis huius vitæ filum abrumpunt, meritò hic dubitari poteſt, An ſub ſcientia Medicinæ cadat Mortis prædictio, quippe Aucthor Naturæ terminos poſuit, quos nemo præterire poterit, horamque illorum idcirco Dominus noſter voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, inquit *Gregorius*.

Deinde per nequitiam & peccata homines ſtatutum hunc Terminum poſſunt antevertere, nam ſic mali & impij, tolluntur, ne diutius bonos ſequantur ait *Auguſtinus*; & *Iob* peccatori præmaturum interitum prænuntiat his *Lib. de Vita Chriſtian. Cap. 15*

his verbis: *Antequam dies eius impleatur, peribit: & virtus illius arescet, lædetur quasi Vua florescens Botrus eius, & velut Olea projciens florem suum.* Idem Dominus Deus Sacerdotibus, & optimatibus Ephraim minitatur per
Cap. 22. *Isaiam: Væ coronæ superbæ flori decidenti & defluo, & erit flos deciduus, & quasi temporarius ante maturitatem.* Idem fit *Esai.* 18. *Psalmo* 57. & alibi sæpius: Aliquando etiam vocantur ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxijs; cumque Deus id per varia media peragere possit, si illa sub scientia naturali non cadant, nullo modo à Medicis præuideri mors eorum poterit aut prædici, sin ita, tunc à docto Medico tempus Mortis moraliter certò prænuntiari potest: neque hoc Superstitiosæ Divinationi, sed sagacitatis acumini, etiam futura aliquo modo penetranti, adscribendum. Gentem quidem nullam videmus, inquit *Cicero*, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque Barbaram, quæ non significari futura, & quibusdam intelligi, prædicique posse censent. Ita Medici ex Arte, & naturali hominum Temperamento prædicunt propensiones ac passiones, & consequenter Morbos imminentes ex ijs pronuntiant eventus, Mortes, Recidivas, Abscessus, Crises &c: neque omnia hæc Prophetiæ, sed Coniecturæ potius vocari debent: vndè *Hyppocrates*: Ego autem Medicos Vates esse nolo, sed signa describam, ex quibus quis sanos fore, aut morituros homines Coniectura cognoscat: & clarius *Cicero* supra laudatus: Si quid vnquam in medendo evenit, quod Medicorum prædictionibus respondeat, id quidem omne per coniecturas assecuti sunt, & per accidens, de hinc eo modo evenit, non ex ipsius Artis prædicendi certitudine, & hæc de potentia.

Lib. 1. de Divinat. in init.

Lib. 2. Prædict.

Loc. cit.

Posito nunc quod oculatus, & expertus Medicus in ægro suo Mortem moraliter certam possit prædicere, Quæstio præsens erit vtrum ad hoc obligetur in conscientia? Dico, si non ipsi decumbenti, cuius malum forte Mortis apprehensione, omnium terribilium terribilissimæ, adaugeri posset, ad minus adstantibus vel per se, vel per alium indicari debere, maximè quando (vt ordinariè fit) probabiliter credit talem prænuntiationem multum infirmo vtilem fore, puta vt peccata confiteatur, aut vt Testamentum condat, quo multas lites præcidat, alioqui, dicit *Ioannes de Neapoli*, peccat mortaliter contra Charitatem: quia multum damnificat proximum quo ad salutem animæ, aut quoad res temporales dum damnum non impedit cum potest, & debet: quod etiam locum habet dum dubitat. In dubio enim probabile damnum proximi cum potest quisque vitare, tenetur; & huic subscribit *Ioannes Molanus*, addens quod igitur Galenum scripsisse non pauci asserunt infirmo semper sanitatem promittendam esse, non est præceptis Christianæ religionis (à qua ipse alienus fuit) consonum. Sed pace magni illius

Quod lib. 11.

Diar. Medic. cap. 25 §. 12.

illius viri, & tam benè Medicis affecti dixero, Galenum non ita absolutè vnquam loqui, quod memini, vt certa semper evasio, & vitæ assertio polliceatur, sed intentionem aliquoties explanans, vult patientes iuberi bono animo esse, ne eo simul cum viribus deiecto succumbant, adeoque non vult invrbanè, & rotundè Mortis nuntium illis intimari; nec ego illum Medicum pro discreto haberem, cum hoc nullo modo requiratur, sed sufficere existimo, si dicat illum notabili discriminè versari, convenire, vt cum tempus habeat aliud non expectet; vt non solum quæ terram cum amicis, sed præcipuè quæ conscientiam & Deum spectant, componat, & ita cum omni discretione illum de salute sua reddat sollicitum, vt tamen animo non destituat; quod ab imprudentibus nonvnquam factum esse serò deploratum est, quando nempe infirmus inopinato timore perculsus, per Febrium exacerbationem, Mentis perturbationem, Animique deliquia, ad quæ hortabantur alij, reddebatur ineptus: sed huius omnino contrarium locum habet, vbi Medicus ægrum sibi nimium abblandientem, & securum viderit, nam indiscretum silentium, eos qui erudiri poterant in errore relinquit, ait *D. Gregorius*, & *Ioannes Molanus* Regius Theologiæ Lovanij quondam Professor: Ab *Esaia* discant Medici, inquit, vt si non videatur dicendum esse ægro, quod ipse Ezechiæ Regi expresso Dei mandato dixit. *Dispone domui tuæ: morieris tu, & non vives*, saltem durioribus verbis reticitis, dicant: *Dispone domui tuæ* moneantque eum melius à Morbo convaliturum, si non minus Animæ, quam Corpori suo Medicinam adhibeat. Nec his contrarius est eloquentiæ pater scribens in hunc modum: *Hoc ne quidem probi faciunt*, inquit Cicero, *vt amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi effugere nullo modo possint: at Medici quamquam intelligant, sæpè tamen nunquam ægris dicunt, Morbo eos esse hoc morituros, omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adiungitur.* Quorum verborum sensus hic esse apparet: si Calamitates istæ tam necessariæ sint, & inevitabiles, vt quidquid homines moliantur, infallibiliter equidem futuræ sint, nec vlla ratio assignetur, quare passuro indicaretur, & scientia illa non nisi ad eius perturbationem inserviret, tunc non expedit similia præsagire, ne afflictus in fieri tantum, reddatur afflictus de facto: sed hoc rarius in Medicina evenit; vix enim homo tam quoad æterna, quam quoad temporalia, ita exactè & accuratè omnia disposuit, vt tali imminente casu nihil addi aut detrahi desideraret, & hæc ratio plus quàm sufficiens.

In Pastoral. Cap. cit.

Lib. 2. de Divinat.

Resp. ad Argum. 1. etiam tunc sufficere, vt per Parochum, aliumvè tertium ipsum moneri curet, horum enim dicta pro consilio laudantur, Medici verba pro prognosticatione timentur, quare coram infirmo similare aliquo modo posset, & periculum celare ad sanitatem corporis, & indicare adstantibus pro salute animæ.

Ad 2. ex eo tantum inferri, quod Medicus suaviter, cum magna d
cretione, & modestia Mortis nuntius esse debeat, & non tumultuariè p
tientem terrere, quod si ne vel sic mali apprehensio in ægro vitari neque
non propterea omittendum iudico, terreatur æger, & transfigat Domin
timore carnes eius, vt anima in æternum vivat.

Ad 3. Divinationem esse enuntiationem inordinatam eorum quæ per n
turam cognosci non possunt, sed illa Prædictio non est inordinata, q
ordine & discursu vnum infert ex alio, deinde ex naturæ deficientia, q
via ad interitum, solers Medicus sinistrum eventum potest cognoscer
Lib. 4. instruct. Sacerd. c. 15. vnde sicut Dæmon, docente *Toleto*, ita & expertus Medicus secret
morbum alicuius intuetur, & cognoscit Naturale tempus Mortis, quod
teri prænuntians videtur contingens dicere, quod revera tale non est.

QVÆSTIO XLII.

An Medicus de Vulnere, grassante morbo, & similibus interr gatus, teneatur dicere Veritatem?

ARgum. 1. Medici finis est tueri Corpus humanum ab omni ægritudi
& dolore, & maximè à Morte quantum in se est, sed per simile M
dici testimonium, Vulnerans sæpe gravibus Supplicijs, imò Morte affi
tur, ergo poterit Veritatem subticere.

2. Sicuti Iudex ex Iustitia hanc Veritatem tenetur inquirere & deteger
si possit, ita Medicus ex Charitate obligari videtur, illam in proximi fa
tem celare, non minor enim Misericordia virtus est, quam Iustitia, vt
Serm. 11. sup. Cant. *S. Bernardus* benè ait: *Noli iudicare proximum, sed magis excusa.*

3. Neque refert Medicum mentiri, sunt enim Mendacia hæc pro co
modo & salute proximi non ex malitia, sed benignitate prolata, qualia o
stetricum olim erant quæ dixerunt pro filijs Israël falsum Pharaoni, & h
in dolo laudantur apud *Augustinum*: atqui si obstetrices pro salute filior
Israël mentiri potuerint, ergo & Medici ad rei vitam defendendam.

Sed Contra Facit illud Petri Chrysologi super Matth. *Non solum p
ditor est Veritatis qui Mendacium pro veritate loquitur, sed qui non li
rè pronuntiat Veritatem, quam pronuntiare oportet.*

CO

CONCLVSIO.

Medicus, à suo Iudice legitimè interrogatus, tenetur Veritatem dicere.

QUæstio hæc procedit, de interrogato à suo Iudice vel Superiore legitimè, nam teste *D. Thoma*, si requiratur eius Testimonium non au- 22.q.70.
cthoritate Superioris (cui obedire tenetur) tunc distinguendum est, quia art.1.
si Testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab iniusta Morte, seu pœna quacumque, vel à falsa Infamia, vel ab aliquo damno, tunc tenetur homo ad testificandum, & si eius Testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est, vt Veritatem denuntiet alicui, qui ad hoc possit prodesse, dicitur enim in Psalmis. *Eripite pauperem, & egenum de manu* Psal. 81.
peccatoris liberate, & alibi: *Erue eos qui ducuntur ad Mortem* .... Super his verò quæ pertinent ad condemnationem alicuius, non tenetur aliquis ferre Testimonium, nisi cum à Superiore compellitur secundum ordinem Iuris, quia si circa hoc Veritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur, ita *D. Thomas*. In duobus autem, tribusvè casibus præcipuæ Quæstio hæc locum obtinet: primò vbi quispiam ab alio graviter Vulneratus Mortis periculo exponitur, vel quis occisus esse præsumitur, quamvis enim aliquando quasi indubitatum sit, plurimaque adsint Veritatis indicia, nihil ominus fieri posset, quod læsus tali Intemperie, Corporis difformatione, aut Morbo ante læsionem laborasset, vt Vulnus iuflictum huius tantum certo respectu, & merè per accidens, & non in corpore naturaliter disposito, Lethale foret. Et quia res hæc maximi momenti est, dum Iudex apud illos qui in arte periti sunt causam examinat, quorum delationi & Testimonio sese in condemnando vel absolvendo reo conformet, Lethalium Vulnerum cognitio, tum omni Medico & Chirurgo, tum & maximè qui Vrbis aut Diocesæos pensione honoratus, aut Iuramento adstrictus, ex Magistratus decreto de Vulneribus in prohibito conflictu aut illicita pugna acceptis (vt Tagaultius loquitur) rectum & æquum iudicium ferre com- *Instit.*
pellitur apprimè est necessaria: & cum etiam insigniores Aucthores de Le- *chirurg.*
thali Vulnere agentes quidam obscurè, alij prolixius, alij etiam erroneè *lib. 1. c. 3.*
scripserint, alij in locis assignandis, in singulis enumerandis impediti, dubiam hanc rem magis reddiderint, ita vt expertos & provectioris etiam ætatis Chirurgos in ea errasse, non semel audiverim, dico paucis omne & solum illud Vulnus Lethale fore ex quo natus est homo mori, sive quod est capax, quantum in se est, homini mortem adferre: tale Vulnus non

est simplex in carne v. g. continuitatis solutio, nam quamvis & per corp ris intemperiem, & Chirurgi aut Medici Incuriam, & patientis neg gentiam tale quid ei possit accidere (Gangræna v. g. Mortificatio) rati ne cuius postea æger moriatur, propterea ipsum vulnus de quo agimu sive continui solutio, nullo modo Lethalis dici debet aut potest, vtpo quod, iam in aliud planè mutatum, esse desijt illud quod à vulnerante ctum & inflictum fuit, & semper illethale mansisset, nisi alius morbus sese (quia etiam sanæ parti superveniens, quod benè notandum) Leth lis accessisset, sicuti si leviter vulneratum, iamque decumbentem Pest Febres Petechiales, Angina &c: invadat, non ideò precedens vulnus Leth le vnquam fuit aut erit. Tota disparitas inter hæc duo tantum in eo con stit, quod in priore casu Vulnus tanquam occasio Gangrænæ seu mor ficationis incusari posset, & hoc tunc tandem & solum notabilem aggr vantem circumstantiam superaddere, quando tali Vulneri aliquando Ga græna supervenire posset, & semper vel ordinariè fieri natum non sit, qu tunc ab initio Vulnus Lethale censendum foret, nos autem de hoc Vulne hic agimus cui per accidens mortalis morbus, qualis mortificatio est, acced non autem de illo cui per se ordinariè vel semper advenire solet. Quo occisum iam attinet, & hic quoque Apoplexiæ, morbo Comitiali, H moöphtoidi, deliquijs Animi, & similibus passionibus potest esse sub iectus; ita vt Vulnus non causa Mortis præcisè, sed aliqualis occasio ta tum fuerit, per quod nempe iam nominatorum Morborum invasio, & P roxisimus fuerit promotus: atque hæc cum non parvam casus mutation adferant, & tales circumstantiæ sint quæ rem notabiliter vel allevare, aggravare coram Iudice possint, valde distinctè explicari debent.

Quæritur præterea sæpius de ægro vtrum Leprâ, Peste, similivè pessi contagio infectus sit qui cum omne humanum consortium, Liberos, A cos & assueta munia cogatur deserere, iustam conquerendi causam haber si Medicus super hac re consultus, levi pede tam momentosum negoti transiliret.

Denique vbi de Pharmacopolæ, Chirurgi, Loimiatri, Obstetric vel etiam empyrici Circulatoris capacitate inquiritur, quorum examen M dicis incumbit, cum personarum similium inhabilitate & ignorantia Mi interdum hominum Mortis periculo exponantur, non leve onus Medic rum humeris imponitur: & quo negotium, seu res de qua agitur maic consequentiæ, damni, aut periculi fuerit, eo plus in conscientia studij, indaginis Medicus adhibere debet: imò pro rei gravitate à magno delic excusandus non est, qui per ignaviam & negligentiam propriam, ma

ec

edoctus, & instructus, iudicem non benè informat, ex quo iniustum iudicium expectandum.

His ita positis in presente Quæstione petitur, num Medicus quoad casum iam probè instructus & informatus, tenetur categoricè, & adæquatè ad interrogatum respondere? ad quod conformiter doctrinæ **D. Thomæ** supra allegatæ dicendum; ante omnia necesse est, vt Medicus à **S. Hieronymo** edoctus, diu consideret quid loquendum sit, & adhuc tacens provideat, ne quid dixisse peniteat: deinde rogatur ab aliquo vel curioso, vel cui interest particulari persona, & tunc non obligatur semper veritatem dicere, sed tunc **D. Augustini** consilium, vel doctrinam saltem, sequi potest dicentis: ***Si quis non vult hominem ad Mortem perdere*** (qui v. g. Lethali Vulnere alteri inflicto, pœnæ talionis subijciendus esset) ***Verum taceat, sed non falsum dicat***, vel rogatur à competente & proprio Iudice, & tunc vbi de graviter Vulnerato, aut occiso est quæstio, omninò fideliter, & secundum suam scientiam, & conscientiam veritatem confiteri tenetur, ne cum aliorum scandalo, & bonorum nocumento, malo parcat, & Iustitiæ obicem ponens, ***Pro Corpore alterius*** (vt Augustinus ait) ***Animam suam occidat***: Si autem de Peste, aut Elephanthiasi infecto quæstio sit, dico cum ***Francisco Valeriola*** vel æger tantum dispositus, & pronus est ad hoc, illudvè contagium, & tunc impietati proximum videtur, quem consilio regere, fide tueri, arte servare debes, ac potes, hunc exilij reum mendacio facere, maximè mali insimulare, famâ spoliare, & vulgo contemptibilem facere. Sed æger ille ex ***Meybomij*** consilio à Medico secretò admonendus, vt sibi sapiat & caveat, Medici dictis audiens sit, & præceptis eius parens, à Deo omnipotente Medico auxilium, & sanitatem expectet. Quod si verò per certa signa ipsum verè simili contagio laborantem deprehenderit, sub mortali tenebitur illud Magistratui indicare, si super Veritate fuerit interrogatus, nam, inquit benè ***Valeriola***, vt Impietatis est nondum lapsum (./. plane infectum) noxæ dare; sic certè proditæ fidei, iam inquinatum, iam Elephantiacum factum (idem prorsus dicas de Peste) non ab hominum cetu removere, ne maiorem privati hominis, quam Reipublicæ curam habuisse videri queat, præsertim cum Medici Iureiurando à Superioribus astringantur, & eo seposito, nihilominus obligantur in conscientia id proferre quod sentiunt, nam salus Reipublicæ suprema lex esse debet, & Amplissimus Antverpiensis Magistratus hic Medicos suos Pensionarios habet, antequam id muneris obeant, solemni Iuramento obstrictos, quorum operâ in casibus allegatis vti solet.

In Epistol.

Super Psalm. 5.

Ibid.

Enarrat. Med. lib. 6. enarrat. 5.

In Orkock Hypp.

Loc. cit.

Dixi in his aut similibus Contagionis casibus, nam si præter illos Iudex, sive per Denuntiationem, aut Inquisitionem procedens, de secretis illis, quæ æger secretò Medicis, aut Chirurgis detexerit, consilium petat, nul-

Instit. Moral. part. 3. lib. 7. c. 29. dub. 11. lo modo ad testificandum obligantur, & est *Azorij* ratio, quod silentiu hoc in Iure Naturali fundetur, obligationem servandi secretum inducen quoties per revelationem Fama proximi, aut honor pateretur, & maius vinculum Iuris huius Naturalis servare secretum, quam parere iudici inte roganti. Iudex enim si legitimo modo interroget, nihil quod contra I Naturale sit interrogare debet, & eum omnium minimè quem (quod *Hy pocrates* omnibus & singulis Medicinæ tironibus expresso mandato imposuit iure iurando ad silentium servandum iam antea norit obstrictum: de quib *Silv. nupt. lib. 3 n. 45* legendus *Ioannes Nevizanus*; & ne Medicus à Iudice interrogatus anxius h reat, quidnam silere aut revelare teneatur, ad generalem Doctoris Ang *22. q. 69. a. 2.* lici Rubricam recurrat, vbi dicit: Nullo modo ei licet vel Falsitatem dicere, v Veritatem quam confiteri tenetur, tacere, vel quoquo modo mentir quænam autem Veritas illa sit, quam profiteri tenetur, exprimit clarius corpore eiusdem Articuli his verbis: Aliud est Veritatem tacere, aliud Falsitatem proponere, quorum primum in aliquò casu licet: non eni aliquis tenetur omnem Veritatem confiteri, sed illam solum, quam ab potest, & debet requirere Iudex, secundum ordinem Iuris, ita D. Th mas de quibus plura *Quæst; sequent.*

Rom. 13. Respond. ad Argumentum 1. Iudex legitimus habet *Potestatem desupe Patre datam*, cui vnusquisque subijcitur respectivè, nec sese à debita ob dientia potest subtrahere, vel Christi exemplo edoctus, qui Iudici etia nequam categoricè respondebat, ex quo Mors ipsa ei imminebat, quod tertius, nempe reus inde patiatur, sibi imputet.

Ad 2. Non illa salus, aut vitæ conservatio est, quæ ad Medicina spectat, sed Sanitas corporea, Mortisque à morbis adducendæ, quantu fieri potest, dilatio: neque per iustam revelationem *D. Bernardi* consil contraveniet, si quod ipse addit, ex Charitate prosequatur, nempe. *E cusa intentionem, si opus non potes, putà Ignorantiam, puta Surreptionem, pu Casum &c.*

Ad 3. Dico nullam hic esse casus paritatem, nam Pharao contra promissio nem Iosepho factam fratribusque eius, ipsos insequebatur hostiliter, qu amicè susceperat, idque Tijranni instar, cui nemo obtemperare tenetu aliud longè est vbi Superior & Iudex iustè procedit, & legitimè, vti hic su ponimus, coram quo mentiri non licet, nec pro temporali vita, inqu *Augustinus*, cuius Morte, sua vel alterius occiditur Anima.

QVA

QVÆSTIO XLIII.

An Medicus interrogatus possit, vel debeat revelare Morbos Secretos?

ARgum. 1. Bene vel malè valere quid indifferens est ad famam, cuius conservatio sola videtur Medicum ad silentium obligare, nam sicut Sanitas nihil honoris, ita Morbus nihil ignominiæ adferre potest, ergo nulla ratio subest, quare Medicus Morbum honestum, coram aliquo subticeret, aut similaret.

2. Ordinariè interroganti interest, quare ipse fraudàri non potest, nam cum & interrogans, & patiens equè sint proximi Medico, equè ad vtrumque ab omni nocumento præseruare præcepto Charitatis astringitur, ergo non potest vni obesse, vt alteri prosit,

SED CONTRA est admonitio D. Hijeronymi epist. 3. ad heliodor. *Officij tui est*, inquit, *visitare languentes, nosse domos matronarum, ac liberos earum, & nobilium virorum custodire secreta. Officij tui est non solum Oculos tuos Castos servare, sed & Linguam. Nunquam de formis Mulierum disputes, nec quid agatur in alia, domus alia per te noverit. Hyppocrates* (nota) *adiurat discipulos, antequam doceat, & in verba sua iurare compellit, extorquet Sacramento Silentium, Sermonem, Incessum, habitum, Moresque praescribit.* Hæc Hijronymus.

CONCLVSIO.

Medicus, nisi ob gravissimas rationes Morbum alicuius, aut defectum Secretum, non potest revelare.

PRæcedenti proximè affinis est Quæstio, de qua agitur in presenti, ratione cuius sciendum; *Hyppocratem* nostrum Silentium & Taciturnitatem, non solum futuris Medicis omnibus comendasse, sed ad eandem illos Iuramento obstrinxisse his verbis: *Quæ inter curandum, aut, etiam Medicinam minimè faciens, in communi hominum vita, vel videro, vel audiero, quæ in vulgus efferri non decet, ea arcana esse ratus, si religiose observem, nec violem, prospero successu, tam in Arte, quam vita mea fruar, & gloriam immortalem vbivis gentium consequar: quod si idem transgrediar, & peierem, istis contraria mihi obveniant.* Sciebat nempe illud Ovidij:

Eximia est virtus prastare silentia rebus.

Hanc

Lib 18. de Civit. cap. 5. Stromat. lib. 5.

Hanc ob rem refert D. *Augustinus* Ægyptijs in Isidis, & Serapidis templ Præsidum, apud ipsos, Deorum Medicinæ, Harpocratem silentij Deur labia digito comprimentem adorare. *Clemens Alexandrinus* Anacharsin Scytham dormientem scribit sinistra manu continvisse Pudenda, Os dexte râ; vt significaret vtrumque quidem, maius tamen esse Linguam cohibere quam Voluptatem:

.... Comissa tacere
Qui nequit, hic miser est, hunc tu Romane caveto.

Lib. 1. Sat. 4. Lib. 4. delle Infermita Cortegiana In Trin: Act. 1. Scena 11.

Ait *Horatius*: vnde *Ludovicus de Avila*, Medicus, inquit, debet esse d ligens, Studiosus, bonæ conscientiæ, Honestus, & instar Confessar secretus; nempe qui vt *Plautus* ait

.... Quod sua concreditum est
Taciturnitati clam fidei, & fiduciæ,
Non enuntiet cuiquam nec faciat palam.

In Collation. lib. 1. method. mulier. per venesect. cap. 7. Aened. 12. Cap. 19. in orb.

Et quamvis *Fulvius Vrsinus*, *Ioannes Raphaël Moxius*, *Mercurialis*, *Tir quellus*, *Zacutus Lusitanus*, alijque hos de lapide Medico versus:

Ille vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Ita explicent, ideo Artem medicinæ *Mutam* appellari, quod Operâ po tius, quam Verbis vti debeat; cum *Meybomio*, ideo etiam *Mutam* appella ri existimo, quod Taciturnum Medicum esse oporteat, & cum primis S lentio ea premere, quæ ab ægris ipsis concreduntur, quæque secreta hi e se cupiunt, cui subscribere videtur *Plautus* dicens:

Plus oportere scire Medicum, quam loqui,

Mostellar. Act. 3. scena. 5. in Sermon. Cap. 20.

Verum teste *Valerio Episcopo*, & loqui, & tacere perfectio est. Est auten vtriusque partis causa, verborum tenuisse mensuram. Aliquoties nimia Ta citurnitas Sultitiæ adscribitur, sicut & Verborum nimietas ad Furorem re fertur, secundum illud Sapientis: *Est tacens non habens sensum loquelæ, & e tacens sciens tempus apti temporis*; Vnde quomodo hæc in Medico Christiano politico observanda sint, præsentis inquisitionis est.

Queritur itaque in primis, quod in praxi nostra non raro occurrit, vtrun arcanum Morbum, aut Defectum revelare teneatur, si pars cum qua pa tiens Matrimonium iniret v.g. vel Monasterij Superior à Medico petierit, hæc, vel illa persona integræ sanitatis sit. Respondeo vel Morbus eius levio est, qui nec Matrimonij iugo, nec Monasterij muneribus patientem f ciet succumbere, quamvis ipsi difficultatem quamdam moveat: vel talis de fectus est, qui Matrimonium dirimat, vel ægrum ad Regularum Ordin observantiam reddat planè impotentem & incapacem, vel ad Sacros ordin

su sc

suscipiendos irregularem, vel saltem inidoneum, quamvis posterior casus multum à primò videatur discrepare, in neutro tamen, Medicum secretum morbum revelare debere, dicerem, etiam rogatum; non in priore casu, nam tota manifestandi ratiò esset, quod hic status, patienti quidem, quam reliquis esset difficilior, & quod in eo tam multum servitij præcisè, quam alius præstare non posset, atque hæ rationes non sufficiunt, vt illud à Medico reveletur ad quod Iure Naturali ad tacendum est obstrictus: & quod non parum ad dicti mei confirmationem facere videtur, ideo *Rota Cardinalium* decrevit fatuos primi generis, quibusdam Iurisprudentibus *Maccarones* dictos ./. tardos ingenij, simplices, & ad perdiscenda puerilia quædam disciplinarum rudimenta ineptos (innocentes, vt modo dicitur) nullo modo ab ingressu religionis prohiberi, & per consequens nec à Matrimonio, quamvis ad vtrumque statum constet esse minus aptos: Nec etiam in casu secundò, cum varijs modis obstaculum poni possit, & ex alterius parte, quam ex morbo illo occulto, impedimentum adferri, per quod Religionis ingressus eius occludatur; nam Medicus (& ad hoc ipsum in conscientia teneri iudico) candidato notabili Secreto Morbo afflicto omnes tam religionis, quam Matrimonij occurrentes difficultates ante oculos ponere potest, malum eius aucturas, vt illis terrefactus, & edoctus ab incepto desistat: Quod si in proposito persistat, & nihilominus perseveret, vel per se, vel per tertium compartem, vel Superiorem cui interest, sub sigillo silentij naturali admonere potest, non quod absconditum malum est precisè specificando, sed in genere dicendo hanc, illamvè personam ad statum istum esse inidoneum, & ita, salvo meliore, iudicarem Medicum etiam à Superiore, vel comparte interrogatum conscientiæ satisfacere: neque Medicum semper, sed illo in casu dumtaxat ad hoc obligari iudico, in quo Morbus tam gravis esset, aut Defectus, vt vel Matrimonium, vel Ingressionem Religionis impediret, aut contractum, & professam dirimeret. Ex quibus est illa Dementia, inquit *Rota*, quæ omnem rationis vsum auferat: & secundum *Riccardum* etiam Morbus Contagiosus, sed tunc, cum pace dixero, Morbus ille magis specificari deberet, nam cum plures morbi contagiosi sanabiles sint satis levi modo, status alicuius susceptionem impedire non debent, qualis est Scabies, Ophtalmia, Scorbutum &c: ex quibus colligitur, non malè consuluisse *Franciscum Valeriolam*, dum ait: Quæ Medicus in morborum curatione viderit, quæque retecta, notam sunt ægro allatura, seu arcanum contineat, nec cuiquam prodat, Ignominiæ nempe est plenum, ægri famam prodere, & fidei suæ commissa continere non posse: addo præterquam quod contra præceptum Charitatis erga proximum notabiliter prævaricetur etiam tale quid subesse possit, vt mortaliter Deum sua

In noviss. decis. 384. n. 5. part. I tom. I.

Decis. 134. n. 1. part. 2 Collect decis. 530.

Enarrat. Mid. lib. 4. enar. 10.

ſua loquacitate offendat. Undè non ſatis vrbanè aut politicè Medici au de ægrorum ſuorum ſtatu nimis curiosè indagando aliquis fatigat, qu qualivè hic, aut ille morbo affligatur, quod ne ab Uxore, alijſvè d meſticis Medicus vnquam pati deberet, ex natura ſua tam propatulis qu curioſis.

Reſp. ad 1. Aſſumptum non eſſe vniverſaliter verum, multi enim Mo ſunt quorum cauſa infamis, Petulantiæ, Temeritatis, Scortationis & h iuſmodi vitiorum ſuſpecta: alij Morbi quamvis in ſe verè indifferentes ſin propter Contagium non ſolum evitantur patientes ab omnibus, ſed & à v go deſpectui habentur: alij magnum damnum afflictis afferre, & bon fortunam poſſent avertere, quæ omnia quantum in ſe eſt evitare tene Medicus, in illo præcipuè qui omnem, poſt Deum, fiduciam & ſpem in ſum reijcit. Quomodo autem, quandovè revelare debeat, in Concluſio dictum eſt.

Ad 2. Interſit, dummodo eius Superior non ſit, aut Iudex, lex Cha tatis ſtrictius Medicum cum patiente ligat, qui ſe eius curæ, & fideli commiſit, quam cum interrogante, præterquam quod etiam Iure Natu ad ſilentium cogatur.

QVÆSTIO XLIV.

An Medicus poßit relaxare Ieiunia, & concedere ab Eccleſia Vetita?

Matth. 16. ARgum. 1. Ad hoc eſt Eccleſiæ, eiuſque in terris Caput Petri ſucc ſor, & miniſtri eius, quibus illa *Poteſtas ligandi & ſolvendi* eſt de gata, atqui tales ſunt locorum Ordinarij, Paſtores, alijque Sacerdo charactere inſigniti, ergo Diſpenſatio hæc, ſaltem ordinariè, non ſpectat Medicos.

2. Medicus non poteſt ſe ipſum à Ieiunij, & aliorum obſervandor obligatione diſſolvere, hoc tamen facere poſſet, maximè ſi eædem in ip rationes militarent, ergo nec poteſt in alijs.

3. Omnis, & ſola relaxationis ratio eſſe hæc poſſet, quod Abſtinen ægris cauſet moleſtiam, & difficulter tolerent, atqui hæc ratio non ſuffic nam moleſtia, Difficultas, Dolor, Fames, Vigiliæ ſunt media neceſſari ſeu cauſa ſine qua non poteſt haberi effectus, & finis Ieiunij, qui teſte Serm. de ieiun. *Auguſtino* eſt, vt purget Mentem, ſublevet Senſum, Carnem ſpiritui ſub ciat, Cor faciat contritum & humiliatum, Concupiſcentiæ nebulas abſt gat Libidinum ardores extinguat, ergo ratione huius nullus æger debet cuſari, ne privetur meritis Ieiunium conſequentibus.

4. Senes & Fœminæ, secundum Medicos, ideò facilius, quam Viri, & Pueri Ieiunium tolerant, quia calor Naturalis in illis debilior, & maior crudorum humorum copia, atqui illa etiam inveniuntur in ægris, ergo à Ieiunio non sunt excusandi, nempe quod sine molestia ferunt:

SED CONTRA Facit illud Apostoli ad Roman. cap. 14. *Regnum Dei non est Esca & Potus, sed Iustitia, & Pax, & Gaudium in Spiritu Sancto.*

CONCLVSIO.

Potest Medicus cum discretione, ac Vrgente necessitate, & non alias, Ieiunia relaxare, & concedere Vetita.

QVanta incommoda Corpori causant Intemperantia & Crapula, tanta Frugalitas & Ieiunium Animæ adferunt emolumenta: & sicut homo infrunita sua Gulâ passiones excitat, Sensum hebetat, peccata accumulat & demerita, ita Deus *Corporali Ieiunio Vitia comprimit, Mentem elevat, Virtutem largitur & Præmia.* Quia itaque in prima Vere, novo Solis accessu, Caro viget, Sanguis fervet, Semen turget, & totus homo luxuriosis adimpletur spiritibus, ideò Divinorum interpres Ecclesia, generale Christi de Ieiunio mandatum determinans, circa Equinoctij Hyemalis principium Quadragesimam instituit: & secundum *Cap. solent. de consecrat. Ieiun. dist.* 1. per Quadraginta dies continuos, exemplo Christi, ieiunare deberemus, nisi pia, & indulgens Mater Ecclesia naturæ humanæ conscia & miserta, semel de die refici permisisset.

Quod iam ad Abstinentiam substantiæ Ciborum attinet, secundum *D. Thomam* in omni Ieiunio cavendum est, ab esu Carnium vniversaliter, at verò à Lacticinijs & Ovis, non nisi in Quadragesima, intellige, nisi Consuetudo, aut Dispensatio aliter obtineat, vti in his nostris partibus solet, in quibus (4. dumtaxat diebus exceptis) Abstinentia à Lacticinijs, pro tota Quadragesima parva elimosina redimitur. Ut iam sciamus quinam ad hoc Ieiunium obligentur, quædam ex communi Theologorum consensu sunt præmittenda. In primis Abstinere à Carnibus, & Abstinere à Lacticinijs, habent se vt magis & minus communia, magisque commune est debere Abstinere à Carnibus: Item esse Ieiunium, & Abstinere à Carnibus, quorum posterius est magis commune, quia nunquam Lacticinia sunt interdicta, nisi etiam & Carnes, non tamen è contra, nam diebus Veneris & Sabathinis licitè comeduntur Lacticinia, & non Carnes; & vt in eodem exemplo patet, interdicuntur Carnes illis diebus, & tamen non est Ieiunium. Præterea omnis qui excusatur ab Abstinentia Carnis, excusatur etiam

22. q. 147 art. 8. ad 3

Verbo Ieiunn. n. 11. Lib. 1. Instruct. Confess. §. 10. 4 dist. 16. q. art. 3. Lib. 7. n. 13. 4. dist. 15. disp. 8. con. 6. Lib. 1. Instit. mor. c. 7. q. 3. Lib. 6 cap. 3. 4. dist. 16 Lib. 4 de Iur. & Iust c. 2. 4. Ethim. 22. q 147. a. 8. Cap de ieiun. q. 5. 22 q 147. a. 4. Lib. 4. resp. mor q. 46. Sum. part. 1. c. 24. & in Bull. Cruciat. §. 6. dub. 3. Lib. 2. de ieiun c. 17. Loc. c. q. 9. C. 17. q. 4. In instur. Hypp. Lib. 2. de Ani. tex. 3. Lib. 2. de Veter. Med. Li. de. Differ. Febr. cap. vlt. Lib. de vsu Theriac. & alib.

à Ieiunio, & Lacticinijs, nisi aliter expressè à dispensatore condition tur. Hanc sententiam, quamvis alij negent, alij affirment, vtraque probabilis, inquit *Emanuel Sa*, Sed ego pro affirmante nostra sententi præter rationes postea allegandas plures reperi, quorum hi præcipui *B tholomæus Medina*, *Gabriel*, *Henriquez*, *Michaël de Palatio*, *Azorius*, *To tus*, *Franciscus de Ovando*, & forte alij, limitat hanc sententiam *Leonar Lessius* hoc modo, tunc aliquem à Ieiunio absolvi negat, quando id tantum excusatur, quia à Piscibus abhorret, vel putatur nocere Tempe mento, tunc, ait, causa non subest cur gemina refectio concedatur; sed pa tanti viri, simplex horror à Piscibus, si excuset, plurimi à Ieiunio solventur, nam plerique à tali Cibo abhorrent, cuius Iusculum in quo lixus est, fetet, vndè horror iste, meo iudicio debet esse ingens, & qu Naturalis Antipathia: deinde supponi deberet ipsum alia esculenta, vt O & quæ ex ijs multa bona & nutritiva fiunt, facile sibi comparare non po tale autem Temperamentum cui Pisces obsint, ordinariè stomachum inv lidum sibi habet adiunctum, qui cum simul & semel tantum cibi in vn refectione capere non possit, quantum corporis totius æconomiæ requir partim, & frustulatim nutrire oportet, tunc enim illud *B. Isidori* locum bet: *In multo contristatur Natura, in Mediocri autem gaudet*, ita vt in su tali non geminæ, sed septenæ etiam refectiones de die institudæ: vero à Carnibus quidem, sed non ab Ovis, & Lacticinijs abstinere possu illi, nisi maior ratio subsit, vnica debent refectione esse contenti dicit *ietanus*, quod Medicis bene annotandum. Si quis scrupulosior Medi sententiæ huic non acquiescat, propter *Ioan. Medinam*, *Victoriam*, *Co tolum*, *Emanuelem*, *Rodriquez*, *Aut. Gaugericum*, *Vivaldum &c:* cont rium sustinentium, Sequatur consilium *Theodori Peltani* dicentis: Qui Ie nij legem relaxant, non debent secundum totum relaxare, sed eam t tum partem, quam supplex ferre non potest.

Quod autem Medici illam à Ieiunio excusandi facultem habeant, null quod sciam, Theologorum, aut Casuistarum negat. Preter Prælatum, cit, *Medina* viri quorum iudicium homo sequi potest in hoc casu, sunt p prius Sacerdos si doctus sit, Medicus si causa ad Morbum attineat, vir doctus, & harum rerum peritus, ita etiam *Azorius*. Ratio est, q in Diæta ritè observatà, Corporis, atque Animæ vinculum consistat, tæque sustentaculum, vt loquitur *Memnias*; imo magis dicit *Aristoteles*, cundum quem Vita nihil aliud est, quam Consistentia per alimentum; Qu ti autem intersit, vt Diæta rectè instituatur, pulchrè docet mirabilis C noster, & non tantum subscribit *Galenus*, sed sine hac, omnia alia medía, quantumvis generosa, irrita esse dicit. Quod animadverte

Romani, vt Diæta ipsis bene verteret, & in ea non peccaretur, Victam & Potuam peculiares Deas coluerunt, vti refert *Arnobius*: ex quibus maximus error *Bombasti Paracelsi* manifestatur, qui Diætam in omni Morbo improbavit vt noxiam, ægrosque suos, Si *Solenandro* credimus & *Oporino*, nullâ Victus ratione præscripta, aut observata, sed noctes diesque, cum ipsis potando, pleno Ventre, vt glorlabatur, curabat. *Lib.3. contra Gent. Epist. ad Wier. de vita Paracelsi.*

Sed cum plerique Theologorum maioris certitudinis ergo, ægros ad loci Ordinarium mittant, vt & hic suam Aucthoritatem interponat, quod omnino conveniens esse censeo & laudabile; querere hic quisquam posset, vtrum illa Episcopi, aut eius Vices gerentis assensus sit absolutè necessarius, an verò ijs non absentibus, Medicus etiam licitè infirmantem excuset, & æger ei fidere, & in conscientia obtemperare possit? dum super hoc dubium *Azorium*, & *Lessium* consulo, respondent quod Parochi Aucthoritas videatur ex consuetudine sufficere, etiam non absente Episcopo, vt quis ex causa præceptum Ieiunium solvat: atqui hoc idem dicendum videtur de Medico, cum à Theologis, quoad hanc potestatem ponantur pares, nam supponuntur esse Viri docti, & (vt loquuntur) istarum rerum, etiam plus quam ordinarij Parochi, periti. Quod si quispiam ex *D. Thoma* regerat, omnem Dispensationem ab Ecclesia dumtaxat fieri, & illis, quibus potestas illa ab Apostolica Sede delegatur? nullo modo refragor, sed totum hoc libens sine vlla restrictione concedo, nam vt optime *Toletus* & alij, penes hos duos, Episcopum scilicet & Prælatum, sola est Dispensandi potestas, sive per delegationem Pontificis expressam, sive per tacitam eius ratis habitionem: Parochi autem, Confessarij, Medici, alijque istarum rerum periti, declarant tantum hunc, vel illum à Ieiunio excusari, qua declaratione audita, Ordinarij non dispensare, sed illam approbare solent; vnde Illustriss: Cognatus noster Gaspar Nemius, nunc Cameracensis Archiepiscopus, dum Hic Antverpiæ cum ineffabili laude Præsulem ageret, tam ecclesiasticos quam laicos dispensationem postulantes ad nos mittere solitus erat, vt scripto declararem, num à Ieiunio essent excusandi; nec mirum hoc cuipiam videri debet, cum Vnicuique in sua Arte credendum: neque Ecclesiasticis ægreferendum est, penes laicos nos illam potestatem & Aucthoritatem inveniri, nam declaratio illa primariò, & principaliter ad medicos, ad illos tantum secundariò, & permissiuè pertinet; aliud planè foret si hoc per modum Dispensationis fuerit, quod falsum esse iam dictum est, & latius declaro. Dispensare propriè est quempiam à Lege qua tenebatur, absoluere, & eximere, nos autem, vti & Parochi, & omnes illi qui potestatem dispensandi non habent, siue illi Episcopi, aut Prælati fuerint nec ne, tantum declaramus, attestamur, & affirmamus talem æ- *Cap. 18. q. 3. dub. 6. in fin.* *1. 2. q. 97. a. 4. ad 3.* *Lib. 6. Instr. Sacerd. cap. 4.*

 grum,

grum, hic & nunc Legi Ieiunandi, vel à Carnibus abstinendi non subije ac per consequens Dispensatione ei opus non esse, imo nullo modo illa fieri posse ratione materiæ deficientis, quamvis, dico, omnino congrue & plus quam landabile esse sentiam, Episcopum, aut ecclesiam agnosc re, etiam testimonio à Parocho, aut Medico obtento.

Loc. cit. Quæ cum ita sint, Advertant Medici, inquit *Toletus*, ne sint prodigi hac parte, ante enim debent perpendere causas, & non quamvis levi ratio ne concedere facultatem, seu declarare subesse causam, ad solvendu Ieiunium, sufficientem, aut vtendum Cibis prohibitis: nam propter r diora tempora, quibus Medici maximè erant Ethnici, Gentiles, Iud vel tepidè Christiani, vt benè notat *Molanus*, tota interdum Medicina m lè audivit, tanquam omne frenun Ecclesiasticum excutiens, vel effringen vnde D. *Ambrosius*: Contraria divinæ conditioni præcepta Medicinæ sun à Ieiunio revocant, lucubrare non sinunt, ab intensione meditationis al ducunt; nunc verò vbi Ars magis polita, à Christianis in his partibus e ercetur, religiosa satis esse comprobatur, & Ecclesiæ intentioni confo mior, & vt hoc de facto pateat, illas causas hic enumerabo, quas propt Medicus patientem suum à Ieiunio possit absolvère, reliquis ad Theologu præcisè spectantes omissis.

Dier. Medic. cap. 50.

Sup. Psal. 130.

Omnis Medico, & tota ratio debet esse Infirmitas, & illa quide talis, vt æger sine notabili sanitatis detrimento Ieiunare non possit. P quo, antequam ad particularia descendamus, notandum, Infirmitatem sive Morbum non debere esse de facto, sed sufficere Præteritum, vt me lius nempe, citiusque reconualescens sese recidivæ periculo eripiat: etia Futurum, vt si quis gravi alicui curationi sese committere meditetur, v.g. l borans Lue Venerea in Quadragesima, quamvis etiam meliusculè se h habeat, nec gravia sijmptomata vrgeant, cum modus curandi hunc Mo bum satis molestus sit, Corpusque robustum requirat, à Ieiunio, salte à Dominica Lætare excusari potest ille, qui immediatè post Pascha, qua do nempe tempus propter aërem benigniorem opportunius est, curam i stituere decrevit: ideo enim cum militibus, etiam vegetis & robustis d spensatur, vt adveniente Æstate ad iter, pugnamque fortes sint, & meliu dispositi.

4. Dist. 16. 4. 3. Quod ad Infirmitatem præsentem Attinet, illa à *Gabriele* satis Medicè d stinguitur quadrupliciter, nempe in Infirmitatem *Languoris*, quando a Febris, aut alius Morbus de facto adest: in Infirmitatem *Complexionis* cum quis facile in Morbum labitur, vt tenelli, & valetudinarij, quib inedia vehementes Capitis dolores, aut Somachi causat, aliudve notabil incommodum adfert: in Infirmitatem *Ætatis*, cum nondum Annum 2

comple

compleverunt ; aut ſenes ſint &c. quod ad Medicos non attinet : denique in Infirmitatem *Conditionis*, qua variè quiſpiam laborare poteſt, & in primis omnes Mulieres gravidæ, & Lactantes, quæ pro ſe, Fætu, & Infante copioſo alimento indigentes, à Ieiunio excuſantur ; atque his, Medici liberè Lacticinia concedunt, Carnes non ſemper, & promiſcuè, ſed notabili ratione vrgente, ita *Navarrus*, *Azorius*, *Caietan. Toletus.* Sed de Gravidis Queſtio expreſſa *in 2. part.* *N 16. qu. 6. verbo Ieiun.* *Lib.6 c.4.*

Preter Infirmitates, & aliæ rationes ſuperſunt, propter quas meritò aliqui à Ieiunio excuſantur : In primis ſi Coniunx per immoderata Ieiunia, imo moderata, impotens efficitur, ad Debitum Coniugale perſolvendum, ſuadendum ipſi, vt Ieiunium mitiget, nam quando aliquid prohibetur (ſicut hic, negatio debiti) interdicitur ſimiliter omne id, per quod pervenitur ad illud ; ita docent *Paludanus*, *D. Antoninus*, alias, cum materia hæc gravis ſit, & ad Iuſtitiam pertinens, culpam lethalem fore, docet *Abulenſis* ; & confirmat clarè *D. Hyeronimus* dicens. Sic ieiunare debes ne ſolito quid minus facias. Quod magis eſt, Si vxores per Ieiunium deformes fiant, ac ideo maritis reddantur exoſæ, tenentur non Ieiunare, ne fortè anſam adulterandi ſubminiſtrent, ita tenent *Armilla*, *Sotus*, *Ledeſma*, *Sanchez*, *D. Antoninus*, *Silveſter &c.* Quin imo, ſi Virgo, vel Vidua nubere volens, ieiunio deformis efficiatur, ita vt propterea minus deſideretur, à Ieiunio illam *Ludovicus Lopez* excuſat, cum hoc notabile damnum eſſe cenſeatur. *L. oratio ff. de ſponſa lib.* *4. Diſt. 32. q. art. 2. n. 18.* *3 p. tit. 1. c 20. § 10.* *C.6 Matt. q. 149.* *Loc. cit. verbo Debit. n. 2. 4. diſt. 329.* *vn. art 1.*

Hi caſus præcipui ſunt, in quibus excuſatio à Ieiunio Medicos concernit : in quibuſdam inſuper advertendum, quod Medicus notabile ſanitati damnum inferri videns, non ſatis faciat Lacticinia, & Carnes præſcribendo, ſed præterea, ſi cervicoſum, aut ſcrupuloſum nimis patientem præ manibus habeat, admonere tenetur ipſum, ad hoc in conſcientia obligari, ne Vitam abbreviet, & pro gravitate materiæ aliquando lethaliter peccet, quod nos docent *Ioannes de Medina*, *Sayr*, *Caietanus*, *Covarruvias.* Rationem *S. Bernardus* allegat his verbis : Corpore molli reddito, & delicato, neceſſe eſt, & Animam participare ex corporis morbo. Delicatioribus autem & valetudinarijs, quia de facto non ægrotant, frequentem per diem refectionem à Medico imperatam recuſantibus, ait *S. Hyeronimus* : Prudenter vult Deus ſibi ſerviri, non vt nimietate debiles fiant, & poſteà Medicorum ſuffragia requirant. Temperandum enim eſt, vt ſi fieri poteſt, ceptum obſequium gradatim provehatur potius, quam inconſiderantiâ minuatur. Qui autem Vinum bibere iuſſi, ex indiſcreta, devotione recuſant, audiant *Doctorem Angelicum*, hoc modo tales inſtruentem : Vitium quod ebrietati opponitur innominatum eſt, & tamen ſi quis ſcienter in tantum à Vino abſtineret, vt Naturam multum gravaret, à culpa immunis non eſſet, cuius ratio, *2 p. 4 q. 17 a. 2.* *2. p. Inſtruc de Ieiun. cap. 3.* *q. 13. de Ieiun.* *Lib. 7. cap. 9. num. 28.* *22. q. 147. a. 2.* *1. Var. cap. 2. num. 10.* *Hom. 1. de Advent. Domini.* *Sup 1. ad Timoth. cap. 5.* *22 q. 150. ar. 1. ad 2.*

tio, præter alias allegatas, & hæc meo iudicio esse potest, quod præcept
Genes. 2. primo homini ad conservationem individui per actum nutritiuæ facultatis d
tum, adhuc vnumquemque de facto obliget.

Respon. ad 1. Argum. concedendo totum, quia vera omnis dispensat
ad Ecclesiam pertinet, declaratio simplex autem, vtrum æger ad hoc, v
Quæst. 9. illud, hic & tunc obligetur, spectat ad Prælatum, & Medicum, ita *M*
q. 4. c. 27. *dina*, *Azorius*, *Toletus*, & est communis Theologorum.
lib. 6. c. 4. Ad 2. Negando Assumpt. nam vnusquisque in evidenti necessitate,
Dub. 6. in fin. habet *Lessius*, dum Superiorem adire nequit, cibis Vetitis, sine Superio
ris dispensatione vesci potest: in dubio autem casu, consultum est Ordin
rium, aut Parochum accedere, ne philautia fortè conscientiæ imponat, h
rum si copia non detur, faciat quod timorosa discretio dictat.

Ad 3. Negando Consequentiam, nam Ieiunium à Christo Domin
institutum est vt Carnem domet, non vt extinguat, sufficienter autem C
ro in ægritudinibus mansuefit, in quibus ordinariè similia vitia pro illo s
tem tempore satis sopiuntur & morborum difficultates cum patientia toler
tæ, copiosa mæritorum sit messis.

Ad 4. Negando Consequentiam, ideo enim quia parum appetunt, a
quid magis sapidi, & nutritivi ipsis offerre oportet, & quidem frequente
vt Orexis sopita excitetur: deinde quod parum molestiæ inde habeant, h
ipsum Morbosum esse censetur, vndè sicuti in Fame Canina non omn
concedenda sunt ægro quæ appetit, ita in deiecta appetentia, & Bulim
non omnia subtrahenda quæ despicit, cum in vtroque casu notabile inde n
cumentum ægris accederet.

QVÆSTIO XLV.

An Medico pro cura liceat recipere Honorarium?

ARgum. 1. Medici tantum dicere possunt, cum Regibus Galliarum
Angliæ Strumas tactu & benedictione sanantibus: *Ego te tango*, *De*
autem te sanat ergo rectè Hispani idiomatis sui proverbio hoc Medicis in
properat: *Quod Deus sanet, & Medicus accipiat pecunias.*

Lib. 4. Benef. cap. 1. & 9. 2. Dicitur in Quæstione 2. Part. 2. quod Medicina res honesta sit, atq
rerum honestarum prætium in ipsis est, ait *Seneca*, & quod honestum, prop
ter nullam aliam causam, quam propter ipsum sequamur; & ad rem no
Epist. 77. stram alibi clarius his verbis: Quid autem sit vir bonus (& conscientiosus
dicam, bonum, quod honeste se facturum putaverit, faciet sine pecunia
si laboriosum erit, faciet etiamsi damnosum sit, ergo nec Medici deber
quidquam recipere.

3. *Plinius*, Ethnicus vt est, laudans Romanum agendi modum, quod Civium servatori tantum ex frondibus Quercinis confecta daretur Corona exclamat: O mores æternos qui tanta opera (nempe servare Cives) honore solo donaverunt, & cum reliquas Coronas Auro comendarent, salutem Civis ijs in prætio esse noluerunt, clara professione, servari quidem hominem nefas esse lucri causa, ergo &c.

SED CONTRA est illud Ecclesi. cap. 35. *A, Deo est omnis Medela, & à Rege accipiet Donationem.*

CONCLVSIO.

Medicus nullo modo tenetur omnibus servire gratis.

NE litteræ sorderent, discentibus addicta sunt præmia: tam soporosus enim est hominum zelus, tanta ignaviâ torpet mortalium Animus, vt nec calcar honoris, nec ipse virtutis stimulus ad illum excitandum satis valeat, & vt valeat, certè tam raro prætio, corruptis hisce sæculis, suos mundus iam alit, vt

Rarius emergant, quorum virtutibus obstat *Iuvenal.*
Res angusta domi. *Satyr.3.*

Quippe nulla artium gratis addiscitur, vndè deficientibus *Mecenatibus*, deesse & *Marones* necesse est: & nisi Pontificia pietas, & Regia Maiestas honestis Professorum stipendijs obviassent, iam non liberales artes, sed pecuniariæ nominandæ forent: indoctum enim vulgus, vbi ad doctrinæ fastigium ascendere non potest, contemptui habet, ne incapacitatem omnibus prodat: vel si honestiores illam parvi facere pudeat, saltem.

...... Didicit iam dives Avarus
Tantum admirari, tantum laudare Disertos, *Idem sat.7*
Vt pueri Iunonis avem.

Vel si hoc ab ipsis impetrare Natura, vel necessitas extorquere possit, vt quæ ignorant, à doctioribus addiscant,

Scire volunt omnes, Mercedem solvere nemo.

Et quod peius est, cum inexpertum eorum iudicium neque de sermonibus doctorum virorum, neque ipsis Artificum operibus illos sententiam ferre sinat; corticem contemplantes, quam penetrare nequeunt, ex eo quod extrinsecus est, iudicat & internum; ex quo provenit, quod

Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus
Creditur à Mille, quamvis Idiota sit ille. *Lib.de*

Cui sese accomodans callidus *Hyppocrates*, suadet, vt opinionem captet *Medico.*

ret apud vulgus Medicus, Vestitu decoro sit. His omnibus benè consid
ratis, Silio Rom. Consuli designato, similes artes gratis, & absque vi
remuneratione exerceri volenti respondebat Suilius, aut Cassutianus apu
Lib.11. Annal. *Tacitum*: Usui, & rebus subsidium præparari, neque tamen eloquentia
(multo minus Medicinam) gratuito contingere: omitti curas familiares,
quis se alienis negotijs impendat. Multos Militia, quosdam exercendo
gros tolerare vitam; nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus ante pr
viderit..... sublatis, studiorum Prætijs, etiam Studia peritura, vt min
decora. Ita ille. Qua de causa ab omni tempore honestam Medicis Merc
dem fuisse destinatam & asscriptam, patet ex antiquis Iurisconsultorum C
dicibus: *Scevolæ L. 41. ff. de Fideicommiss. libert.* Papiniani *L. 10. ff. de a
nuis leg.* Iustiniani *L. 3. C. Commun. de legat.* Dempsterij *Paralipom. ad c
17. lib. 2. Ioan. Rof. de antiq. Rom.* quia grave nimis est, vt fructu laboris
fraudetur industrius, ait *Caßiodorus*: & benè dicit, *Industrius*, quid eni
Li.2 Epist. tandem erit mali, si Mercedem auferrent his quis Medicinæ opera malè a
ministrant? rogat *Hyppocrates*.

In præcepti Sed Simoniam sapere videtur, quandoquidem Christus Dominus Ap
stolis suis sanativa gratiâ donatis, hoc inculcavit expressè, ne quidqua
Matth.10. reciperent, dicens. *Gratis accepistis, gratis date.* Sed respondeo in prin
22.q.100. art.2.in corp. ex *D. Thoma*, acciperé aliqua ad sustentationem eorum qui Sacramen
Christi ministrant (multo minus qui Remedia) secundum ordinatione
Ecclesiæ, aut consuetudines approbatas, non est Simonia, neque pecc
tum, non enim sumitur tanquam prætium Mercedis, sed tanquam stipe
1.ad Timoth.5. dium Necessitatis: vndè & in Medicos quadrat illud Glossæ *D. Augusti*
Accipiant sustentationem necessitatis à populo, Mercedem dispensationis
Domino. Deinde Apostoli non habuerunt artem & scientiam magnis sum
tibus & labore acquisitam, imò ne Artem quidem, sed Virtutem quandar
seu potestatem sanandi languores, illamque divinitus infusam, adeoqu
spiritualem, & cælestem gratiam gratis datam; & nihilominus, ipsi etia
ex Apostolatu, divinoque quo fungebantur officio, si quæstum non fa
1.Corinth. cap 9. rent, saltem victum, vitæque necessaria quæritabant, vndè Apostolu
Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metam
Quamvis hæc de spirituali ministerio intelligenda sint, atque ideò *Pelag*
ipse, aut Pelagianus quidam apud *D. Hieronymum* neget S. Lucam, Pat
num nostrum, post vocationem suam, Medicinæ praxi vlterius oper
Coloss.4. dedisse, addens ad hæc verba *Salutat vos Lucas Medicus*, Evangelista
Medico erat, sicuti Matthæus iam Apostolus adhuc dicitur Publicanu
Lib.2. cent.1. melius certè, & similius vero testimonium, quamvis in reliquis advers
nostri *Magdeburgenses* Historici de ipso perhibent dicentes: Non modo a

Ap

Apoſtolicam vocationem Artem Medicam profeſſus eſt, ſed etiam poſtea circumferens ſalutarem Animæ Medicinam, ſimul corporum Medicinam pro neceſſitate, & tempore exercuit, ſicut hæc verba Pauli *ad Coloſſ.* 4. videntur innuere *Salutat vos Lucas Medicus chariſſimus.* Non alia tamen ratione id fecit, quam Paulus Tapeta contexuit. Erant initia Evangelij inter gentes ſatis aſpera: erat & abſtergenda Avaritiæ macula, ne putarent homines emunctiones crumenarum prætextu veræ doctrinæ quæri. Ideò Medicinæ profeſſione, vbi vſus poſtulavit, victum acquiſivit, ita *Magdeburgenſes*; atque hanc doctrinam veriſſimam eſſe iudico, & ab adverſarijs noſtris (quamvis & huic Melli ſuum Venenum admiſceant, fortè alias prodendum) tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, in noſtrum vſum vindicandam, maximè cum non tam illorum ſit, quam in Sacrarum Litterarum contextu nobis exhibita, & ex *Actorum cap.* 20. *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* 4. *Epiſt.* 2. *ad Theſſalonicenſ. cap.* 3. alijsque ſcripturæ locis facile intelligenda. Priſcis quidem illis temporibus, humillimus quisque in Arvis, aut Militia, nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatisque patriæ erat, ait *Saluſtius*: Nos vero nnnc carius vivimus, nam teſte *Plinio*, addidêre vivendi prætia Deliciæ Luxusqus: & vt hæc abſint, panis quotidianus, vitæque neceſſaria ſunt illis, vxori, liberisque non ſolum comparanda, ſed & contra fortunæ tela, & lubricitatem ſtabilienda: quod advertens magnus politicus noſter *Galenus*, integrum tractatum compoſuit, vt iuventutem *ad bonas artes addiſcendas* hortaretur, nam *præclarum eſt*, inquit, *Artem ſcire, quæ fracta navi, ſimul cum Domino emergit*, quæ artes hodie, quandoquidem non ſine magnis in Academijs expenſis, in peregrinationibus ſumptibus, in itinerum periculis, & ſtudiorum lucubrationibus addiſcantur, æquum & iuſtum eſt, illa omnia, forti iam vſu in Magiſterio provectis, refundi, quia damnum quis pati non debet, inquit *S. Gregorius*, qui pro communi bono aliquid expendit: neque hoc eſt vendere ſcientiam invendibilem, ſed locare operas ſuas ait *L.* 11. *de Orig. Iuris*, ita vt Medico, vt Medicus eſt, non rei quam communicat, ſed operæ quam locat, prætium ſolvitur, Salus enim hominis nullo beneficio penſatur, inquit *Ammian. Mercellinus*, & doctrinam prætio nummario eſtimari non poſſe, docet *Vlpianus*, omnium verò clariſſimè, & elegantiſſimè ad rem noſtram *Seneca* his verbis: Emis à Medico rem inæſtimabilem, Vitam, ac Valetudinem bonam: à bonarum artium præceptore, ſtudia liberalia, & animi cultum. Itaque his non rei prætium, ſed operæ ſolvitur, quod deſerviunt, quod à rebus ſuis avocati nobis vacant, Mercedem non meriti, ſed occupationis ſuæ ferunt, ita ille.

In Reg.

Lib. 14.

L. 1. §. 5. *D de extrordin. cognit.*

Ex quibus abundè patet, Medicos non ſolum honeſtè, ſed & in conſcien-

QVÆSTIO XLVI.

An Medicus teneatur pauperibus servire gratis?

ARgum. 1. Non qui pauca habet Pauper est, sed qui plura desiderat atqui in plerisque hominibus hoc locum obtinet, cum nemo sua sor contentus, ergo plerisque, si non omnibus, gratis suam operam debere Medicus impendere.

2. Videtur quod Medicus ad hoc non teneatur ex Charitate, quæ si be ne ordinata sit, incipit à se ipsa, ac per consequens à proprio commodo neque ex Iustitia, quæ vnicuique permittit sua sibi reservare, ergo Medicu ex nullo capite Pauperibus obligatur.

Lib. de vilit condit. hum. 3. *Innocentius* Pontifex pauperum calamitates enumerans, exclamat hunc modum: ô Miserabilis conditio Mendicantis! & si petit pudore con funditur, & si non petit egestate consumitur, sed vt mendicet, necessita compellitur. Deus causatur iniquus, quod non rectè dividit; proximus cr minatur malignus, quod non plenè subveniat: indignatur, murumrat, in precatur, vnde *Salomon*: *Melius est mori* (nota) *quam indigere.* Quibus *Æschylus* subscribit apud *Stobaeum*: *Eccli. 40.*

Ne, ne tuum, oro, Mors repellas supplicem,
Tu sola desperata medicaris mala,
A te receptos nullus attingit dolor.

ergo Pauperibus, beneficium curando non fit, sed eripitur à Medico quod non licet.

4. Dicitur Exodi 23. *Si videris Asinum odientis te iacere sub onere, non pertran sibis, sed sublevabis cum eo*, atqui magis hoc locum habet in Paupere iacent sub Morbi onere, ergo Medicus tenetur illum sublevare, nam Præceptu de Misericordiæ operibus adimplendis, cum sit affirmativum, obligat pr tempore, & loco, quod maximè est in necessitate.

SED CONTRA est illud Ambrosij super Psalm. Beati immaculati: *Hoc occidere hominem, vitæ ei subsidia denegare. Cave ne inter loculos tuos cla das salutem Inopum, & tanquam in tumulis sepelias vitam Pauperum.*

QVÆ

CONCLVSIO.

Medicus in communi necessitate tenetur Pauperibus servire gratis ex Charitate, in extrema, etiam ex Iustitia.

IN vestibulo huius Quæstionis offendimus circa dubium illud, quinam pauperes illi censeri debeant, de quibus Quæstio. *Hugo* distinguit tres Pauperes specie diversos: vna enim Paupertas est, inquit, Mediocritas, quam Phylosophi vocant Frugalitatem, quæ est voluntaria: quidam rebus temporalibus egent, sed inviti, & hæc vocari Paupertas solet, egent enim rebus, & egent bona voluntate, qua ditius nihil esse potest: alij rebus abundant, sunt tamen Pauperes Spiritu, & hæc est aurea Paupertas, quia licet affluant Divitiæ, Corda tamen nolunt apponere; his vltimis omissis, de prioribus nobis restat Quæstio; nam in prima Paupertatis specie etiam constitui debent omnes Anachoretæ, Monachi, Eremitæ, Religiosi, & Moniales illi, qui propter Deum, Mundum & Mammonam iniquitatis relinquentes, secuti sunt Christum, præcipuè autem hi, quibus non sunt Census aut Reditus annui, vel tam tenues; vt vix illis sese sustinere queant: non autem illi quibus de re omni ita vndique provisum est, vt eo solum Pauperes nuncupentur, quod in particulari persona sua, nihil proprij possideant, sed communibus medijs, gaudeant in communi: neque ab his omnino excludendi sunt, quibus mediocria quidem media quædam suppetunt, sed ratione Nativitatis, vel Officij, honestiorem familiam alere coguntur, ita vt omnibus parcè expensis, nihil, nisi necessaria supersint, quod bene cordatis Medicis annotandum. Nam quamvis hæc aut illa bona divitiæ vocandæ sint absolutè, respectivè tamen verè Paupertas est nuncupanda; vnde nunquam secundum externa sola, vtpotè fallibilia, iudicium de cuiusque statu ferendum est, nam vt optimè *Seneca*: Sepe horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, & gravis & suppuratata tristitia: & eo quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter ærumnas Cor ipsum exedentes necesse est agere felicem. Ab alia partè quidam ita pecuniarum suarum inveniuntur tenaces, vt nec ipsæ calamitates, quantumvis graves, nummulorum aliquot expensionem extorquere queant, sed & in opulentijs absconditis, tanquam viles & pauperes æstimari malunt, sordidamque Paupertatem simulare, vt & illa gratis accipiant, quæ nullis divitijs compensari possunt; quorum fraudes ita leges oderunt, vt cuilibet vafritiem illorum detegere, & an non simulent, investigare permittant, vti docet *Ripa*. imo tanquam falsarios puniendos esse asserit idem aucthor, &

Lib. 1. de Claust. Ani cap. 9.

Epist. 78.

Tract. de Peste part. 5. n. 176.

grum, hic & nunc Legi Ieiunandi, vel à Carnibus abstinendi non subijc ac per consequens Dispensatione ei opus non esse, imo nullo modo illa fieri posse ratione materiæ deficientis, quamvis, dico, omnino congrue & plus quam landabile esse sentiam, Episcopum, aut ecclesiam agnosc re, etiam testimonio à Parocho, aut Medico obtento.

Loc. cit. Quæ cum ita sint, Advertant Medici, inquit *Toletus*, ne sint prodigi hac parte, ante enim debent perpendere causas, & non quamvis levi ratio ne concedere facultatem, seu declarare subesse causam, ad solvendu Ieiunium, sufficientem, aut vtendum Cibis prohibitis: nam propter r diora tempora, quibus Medici maximè erant Ethnici, Gentiles, Iud vel tepidè Christiani, vt benè notat *Molanus*, tota interdum Medicina m lè audivit, tanquam omne frenun Ecclesiasticum excutiens, vel effringer vnde D. *Ambrosius*: Contraria divinæ conditioni præcepta Medicinæ sun à Ieiunio revocant, lucubrare non sinunt, ab intensione meditationis al ducunt; nunc verò vbi Ars magis polita, à Christianis in his partibus e ercetur, religiosa satis esse comprobatur, & Ecclesiæ intentioni confo mior, & vt hoc de facto pateat, illas causas hic enumerabo, quas propt Medicus patientem suum à Ieiunio possit absolvere, reliquis ad Theolog præcisè spectantes omissis.

Diet. Medic. cap. 50.

Sup. Psal. 130.

Omnis Medico, & tota ratio debet esse Infirmitas, & illa quide talis, vt æger sine notabili sanitatis detrimento Ieiunare non possit. Pr quo, antequam ad particularia descendamus, notandum, Infirmitatem sive Morbum non debere esse de facto, sed sufficere Præteritum, vt me lius nempe, citiusque reconualescens sese recidivæ periculo eripiat: etia Futurum, vt si quis gravi alicui curationi sese committere meditetur, v.g. la borans Lue Venerea in Quadragesima, quamvis etiam meliusculè se h habeat, nec gravia sijmptomata vrgeant, cum modus curandi hunc Mor bum satis molestus sit, Corpusque robustum requirat, à Ieiunio, salte à Dominica Lætare excusari potest ille, qui immediatè post Pascha, qua do nempe tempus propter aërem benigniorem opportunius est, curam in stituere decrevit: ideo enim cum militibus, etiam vegetis & robustis d spensatur, vt adveniente Æstate ad iter, pugnamque fortes sint, & meliu dispositi.

4. Dist. 16. 4. 3. Quod ad Infirmitatem præsentem Attinet, illa à *Gabriele* satis Medicè di stinguitur quadrupliciter, nempe in Infirmitatem *Languoris*, quando a Febris, aut alius Morbus de facto adest: in Infirmitatem *Complexionis* cum quis facile in Morbum labitur, vt tenelli, & valetudinarij, quibu inedia vehementes Capitis dolores, aut Somachi causat, aliudue notabil incommodum adfert: in Infirmitatem *Ætatis*, cum nondum Annum 2 comple

compleverunt ; aut senes sint &c. quod ad Medicos non attinet : denique in Infirmitatem **Conditionis**, qua variè quispiam laborare potest, & in primis omnes Mulieres gravidæ, & Lactantes, quæ pro se, Fætu, & Infante copioso alimento indigentes, à Ieiunio excusantur ; atque his, Medici liberè Lacticinia concedunt, Carnes non semper, & promiscuè, sed notabili ratione vrgente, ita *Navarrus*, *Azorius*, *Caietan.* *Toletus*. Sed de Gravidis Questio expressa *in 2. part.*

Preter Infirmitates, & aliæ rationes supersunt, propter quas meritò aliqui à Ieiunio excusantur : In primis si Coniunx per immoderata Ieiunia, imo moderata, impotens efficitur, ad Debitum Coniugale persolvendum, suadendum ipsi, vt Ieiunium mitiget, nam quando aliquid prohibetur (sicut hic, negatio debiti) interdicitur similiter omne id, per quod pervenitur ad illud ; ita docent **Paludanus**, D. **Antoninus**, alias, cum materia hæc gravis sit, & ad Iustitiam pertinens, culpam lethalem fore, docet *Abulensis* ; & confirmat clarè D. *Hyeronimus* dicens. Sic ieiunare debes ne solito quid minus facias. Quod magis est, Si vxores per Ieiunium deformes fiant, ac ideo maritis reddantur exosæ, tenentur non Ieiunare, ne fortè ansam adulterandi subministrent, ita tenent *Armilla*, *Sotus*, *Ledesma*, *Sanchez*, D. *Antoninus*, *Silvester &c.* Quin imo, si Virgo, vel Vidua nubere volens, ieiunio deformis efficiatur, ita vt propterea minus desideretur, à Ieiunio illam *Ludovicus Lopez* excusat, cum hoc notabile damnum esse censeatur.

Hi casus præcipui sunt, in quibus excusatio à Ieiunio Medicos concernit : in quibusdam insuper advertendum, quod Medicus notabile sanitati damnum inferri videns, non satis faciat Lacticinia, & Carnes præscribendo, sed præterea, si cervicosum, aut scrupulosum nimis patientem præ manibus habeat, admonere tenetur ipsum, ad hoc in conscientia obligari, ne Vitam abbreviet, & pro gravitate materiæ aliquando lethaliter peccet, quod nos docent *Ioannes de Medina*, *Sayr*, *Caietanus*, *Covarruvias*. Rationem S. *Bernardus* allegat his verbis : Corpore molli reddito, & delicato, necesse est, & Animam participare ex corporis morbo. Delicatioribus autem & valetudinarijs, quia de facto non ægrotant, frequentem per diem refectionem à Medico imperatam recusantibus, ait S. *Hyeronimus* : Prudenter vult Deus sibi serviri, non vt nimietate debiles fiant, & postea Medicorum suffragia requirant. Temperandum enim est, vt si fieri potest, ceptum obsequium gradatim provehatur potius, quam inconsiderantiâ minuatur. Qui autem Vinum bibere iussi, ex indiscreta, devotione recusant, audiant *Doctorem Angelicum*, hoc modo tales instruentem : Vitium quod ebrietati opponitur innominatum est, & tamen si quis scienter in tantum à Vino abstineret, vt Naturam multum gravaret, à culpa immunis non esset, cuius ratio,

N 16. qu. 6. verbo Ieiun.
Lib. 6 c. 4.
L. oratio ff. de sponsa lib.
4. Dist. 32. q. . art. 2. n. 18.
3 p. tit. 1. c 20. § 10.
C. 6 Matt. q. 149.
Loc. cit. verbo Debit. n. 2. 4. dist. 329. vn. art 1.
2 p. 4 q. 17 a. 2.
2. p. Instruc de Ieiun. cap. 3.
q. 13. de Ieiun.
Lib. 7. cap. 9. num. 28.
22. q. 147. a. 2.
1. Var. cap. 2. num. 10.
Hom. 1. de Advent. Domini.
Sup 1. ad Timoth. cap. 5.
22 q. 150. ar. 1. ad 1.

tio, præter alias allegatas, & hæc meo iudicio esse potest, quod præceptu
Genes. 2. primo homini ad conservationem individui per actum nutritiuæ facultatis d
tum, adhuc vnumquemque de facto obliget.

Respon. ad 1. Argum. concedendo totum, quia vera omnis dispensat
ad Ecclesiam pertinet, declaratio simplex autem, vtrum æger ad hoc, v
Quæst. 9. illud, hic & tunc obligetur, spectat ad Prælatum, & Medicum, ita M
q. 4. c. 27. dina, Azorius, Toletus, & est communis Theologorum.

Lib. 6. c. 4. Dub. 6. in fin. Ad 2. Negando Assumpt. nam vnusquisque in evidenti necessitate,
habet *Leßius*, dum Superiorem adire nequit, cibis Vetitis, sine Superio
ris dispensatione vesci potest: in dubio autem casu, consultum est Ordina
rium, aut Parochum accedere, ne philautia fortè conscientiæ imponat, ho
rum si copia non detur, faciat quod timorosa discretio dictat.

Ad 3. Negando Consequentiam, nam Ieiunium à Christo Domin
institutum est vt Carnem domet, non vt extinguat, sufficienter autem Ca
ro in ægritudinibus mansuefit, in quibus ordinariè similia vitia pro illo sa
tem tempore satis sopiuntur & morborum difficultates cum patientia toler
tæ, copiosa mæritorum sit messis.

Ad 4. Negando Consequentiam, ideo enim quia parum appetunt, al
quid magis sapidi, & nutritivi ipsis offerre oportet, & quidem frequente
vt Orexis sopita excitetur: deinde quod parum molestiæ inde habeant, ho
ipsum Morbosum esse censetur, vndè sicuti in Fame Canina non omni
concedenda sunt ægro quæ appetit, ita in deiecta appetentia, & Bulim
non omnia subtrahenda quæ despicit, cum in vtroque casu notabile inde no
cumentum ægris accederet.

QVÆSTIO XLV.

An Medico pro cura liceat recipere Honorarium?

ARgum. 1. Medici tantum dicere possunt, cum Regibus Galliarum &
Angliæ Strumas tactu & benedictione sanantibus: *Ego te tango, De*
autem te sanat ergo rectè Hispani idiomatis sui proverbio hoc Medicis im
properat: *Quod Deus sanet, & Medicus accipiat pecunias.*

Lib. 4. Benef. cap. 1. & 9. 2. Dicitur in Quæstione 2. Part. 2. quod Medicina res honesta sit, atqu
rerum honestarum prætium in ipsis est, ait *Seneca*, & quod honestum, prop
ter nullam aliam causam, quam propter ipsum sequamur; & ad rem no
Epist. 77. stram alibi clarius his verbis: Quid autem sit vir bonus (& conscientiosus
dicam, bonum, quod honeste se facturum putaverit, faciet sine pecunia
si laboriosum erit, faciet etiamsi damnosum sit, ergo nec Medici deben
quidquam recipere.

3. *Plinius*, Ethnicus vt eſt, laudans Romanum agendi modum, quod Civium ſervatori tantum ex frondibus Quercinis confecta daretur Corona exclamat: O mores æternos qui tanta opera (nempe ſervare Cives) honore ſolo donaverunt, & cum reliquas Coronas Auro comendarent, ſalutem Civis ijs in prætio eſſe noluerunt, clara profeſſione, ſervari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa, ergo &c.

SED CONTRA eſt illud Ecclesi. cap. 35. *A, Deo eſt omnis Medela, & à Rege accipiet Donationem.*

CONCLVSIO.

Medicus nullo modo tenetur omnibus ſervire gratis.

NE litteræ ſorderent, diſcentibus addicta ſunt præmia: tam ſoporoſus enim eſt hominum zelus, tanta ignaviâ torpet mortalium Animus, vt nec calcar honoris, nec ipse virtutis ſtimulus ad illum excitandum ſatis valeat, & vt valeat, certè tam raro prætio, corruptis hiſce ſæculis, ſuos mundus iam alit, vt

Rarius emergant, quorum virtutibus obſtat *Iuvenal.*
Res anguſta domi. *Satyr. 3.*

Quippe nulla artium gratis addiſcitur, vndè deficientibus *Mecenatibus*, deeſſe & *Marones* neceſſe eſt: & niſi Pontificia pietas, & Regia Maieſtas honeſtis Profeſſorum ſtipendijs obviaſſent, iam non liberales artes, ſed pecuniariæ nominandæ forent: indoctum enim vulgus, vbi ad doctrinæ faſtigium aſcendere non poteſt, contemptui habet, ne incapacitatem omnibus prodat: vel ſi honeſtiores illam parvi facere pudeat, ſaltem.

...... Didicit iam dives Avarus
Tantum admirari, tantum laudare Diſertos, *Idem ſat. 7*
Vt pueri Iunonis avem.

Vel ſi hoc ab ipſis impetrare Natura, vel neceſſitas extorquere poſſit, vt quæ ignorant, à doctioribus addiſcant,

Scire volunt omnes, Mercedem ſolvere nemo.

Et quod peius eſt, cum inexpertum eorum iudicium neque de ſermonibus doctorum virorum, neque ipſis Artificum operibus illos ſententiam ferre ſinat; corticem contemplantes, quam penetrare nequeunt, ex eo quod extrinſecus eſt, iudicat & internum; ex quo provenit, quod

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à Mille, quamvis Idiota ſit ille. *Lib. de*

Cui ſeſe accomodans callidus *Hyppocrates*, ſuadet, vt opinionem captet *Medico.*

ret apud vulgus Medicus, Vestitu decoro sit. His omnibus benè consid
ratis, Silio Rom. Consuli designato, similes artes gratis, & absque vl
remuneratione exerceri volenti respondebat Suilius, aut Cassutianus apu
Lib.11. Annal. *Tacitum*: Usui, & rebus subsidium præparari, neque tamen eloquentia
(multo minus Medicinam) gratuito contingere: omitti curas familiares,
quis se alienis negotijs impendat. Multos Militia, quosdam exercendo
gros tolerare vitam; nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus ante pr
viderit..... sublatis, studiorum Prætijs, etiam Studia peritura, vt min
decora. Ita ille. Qua de causa ab omni tempore honestam Medicis Merc
dem fuisse destinatam & asscriptam, patet ex antiquis Iurisconsultorum C
dicibus: *Scevolæ L. 41. ff. de Fideicommiss. libert.* Papiniani *L. 10. ff. de a
nuis leg.* Iustiniani *L. 3. C. Commun. de legat.* Dempsterij *Paralipom. ad ca
17. lib. 2. Ioan. Ros. de antiq. Rom.* quia grave nimis est, vt fructu laboris
fraudetur industrius, ait *Caßiodorus*: & benè dicit, *Industrius*, quid eni
Li.2 Epist. tandem erit mali, si Mercedem auferrent his quis Medicinæ opera malè a
ministrant? rogat *Hyppocrates*.

In præcepti Sed Simoniam sapere videtur, quandoquidem Christus Dominus Ap
stolis suis sanativa gratiâ donatis, hoc inculcavit expressè, ne quidqua
Matth.10. reciperent, dicens. *Gratis accepistis, gratis date.* Sed respondeo in prim
22.q.100. art.2.in corp. ex *D. Thoma*, acciperé aliqua ad sustentationem eorum qui Sacramen
Christi ministrant (multo minus qui Remedia) secundum ordinatione
Ecclesiæ, aut consuetudines approbatas, non est Simonia, neque pecc
tum, non enim sumitur tanquam prætium Mercedis, sed tanquam stipe
1.ad Timoth.5. dium Necessitatis: vndè & in Medicos quadrat illud Glossæ *D. Augustin*
Accipiant sustentationem necessitatis à populo, Mercedem dispensationis
Domino. Deinde Apostoli non habuerunt artem & scientiam magnis sum
tibus & labore acquisitam, imò ne Artem quidem, sed Virtutem quandar
seu potestatem sanandi languores, illamque divinitus infusam, adeoque
spiritualem, & cælestem gratiam gratis datam; & nihilominus, ipsi etia
ex Apostolatu, divinoque quo fungebantur officio, si quæstum non fac
1.Corinth. cap 9. rent, saltem victum, vitæque necessaria quæritabant, vndè Apostolu
Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamu
Quamvis hæc de spirituali ministerio intelligenda sint, atque ideò *Pelag*
ipse, aut Pelagianus quidam apud *D. Hieronymum* neget S. Lucam, Patr
num nostrum, post vocationem suam, Medicinæ praxi vlterius opera
Coloss.4. dedisse, addens ad hæc verba *Salutat vos Lucas Medicus*, Evangelista
Medico erat, sicuti Matthæus iam Apostolus adhuc dicitur Publicanu
Lib.2. cent.1. melius certè, & similius vero testimonium, quamvis in reliquis adversa
nostri *Magdeburgenses* Historici de ipso perhibent dicentes: Non modo ar

Ap

Apoſtolicam vocationem Artem Medicam profeſſus eſt, ſed etiam poſtea circumferens ſalutarem Animæ Medicinam, ſimul corporum Medicinam pro neceſſitate, & tempore exercuit, ſicut hæc verba Pauli *ad Coloſſ.* 4. videntur innuere *Salutat vos Lucas Medicus chariſſimus.* Non alia tamen ratione id fecit, quam Paulus Tapeta contexuit. Erant initia Evangelij inter gentes ſatis aſpera: erat & abſtergenda Avaritiæ macula, ne putarent homines emunctiones crumenarum prætextu veræ doctrinæ quæri. Ideò Medicinæ profeſſione, vbi vſus poſtulavit, victum acquiſivit, ita *Magdeburgenſes*; atque hanc doctrinam veriſſimam eſſe iudico, & ab adverſarijs noſtris (quamvis & huic Melli ſuum Venenum admiſceant, fortè alias prodendum) tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, in noſtrum vſum vindicandam, maximè cum non tam illorum ſit, quam in Sacrarum Litterarum contextu nobis exhibita, & ex *Actorum cap.* 20. *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* 4. *Epiſt.* 2. *ad Theſſalonicenſ. cap.* 3. alijsque ſcripturæ locis facile intelligenda. Priſcis quidem illis temporibus, humillimus quisque in Arvis, aut Militia, nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatisque patriæ erat, ait *Saluſtius*: Nos vero nunc carius vivimus, nam teſte *Plinio*, addidêre vivendi prætia Deliciæ Luxusque: & vt hæc abſint, panis quotidianus, vitæque neceſſaria ſunt illis, vxori, liberisque non ſolum comparanda, ſed & contra fortunæ tela, & lubricitatem ſtabilienda: quod advertens magnus politicus noſter *Galenus*, integrum tractatum compoſuit, vt iuventutem *ad bonas artes addiſcendas* hortaretur, nam *præclarum eſt*, inquit, *Artem ſcire, quæ fracta navi, ſimul cum Domino emergit*, quæ artes hodie, quandoquidem non ſine magnis in Academijs expenſis, in peregrinationibus ſumptibus, in itinerum periculis, & ſtudiorum lucubrationibus addiſcantur, æquum & iuſtum eſt, illa omnia, forti iam vſu in Magiſterio provectis, refundi, quia damnum quis pati non debet, inquit *S. Gregorius*, qui pro communi bono aliquid expendit: neque hoc eſt vendere ſcientiam invendibilem, ſed locare operas ſuas ait *L.* 11. *de Orig. Iuris*, ita vt Medico, vt Medicus eſt, non rei quam communicat, ſed operæ quam locat, prætium ſolvitur, Salus enim hominis nullo beneficio penſatur, inquit *Ammian. Mercellinus*, & doctrinam prætio nummario eſtimari non poſſe, docet *Vlpianus*, omnium verò clariſſimè, & elegantiſſimè ad rem noſtram *Seneca* his verbis: Emis à Medico rem inæſtimabilem, Vitam, ac Valetudinem bonam: à bonarum artium præceptore, ſtudia liberalia, & animi cultum. Itaque his non rei prætium, ſed operæ ſolvitur, quod deſerviunt, quod à rebus ſuis avocati nobis vacant, Mercedem non meriti, ſed occupationis ſuæ ferunt, ita ille.

In Reg.

Lib. 14.

L. 1. *§.* 5. *D de extraord. cognit.*

Ex quibus abundè patet, Medicos non ſolum honeſtè, ſed & in con-

scientia licitè honorarium & petere, & accipere: quod egregiè ad propo-
situm nostrum confirmat *Ioannes Molanus* Theologiæ Doctor, & professo-
Diar Med. cap. 1. § 4. Postill. de temp hom. Vnica 22. Regius dicens: Nisi benignè interpretemur quod à *Georgio Wicelio* de Medi-
cis scriptum est, magna imprudentiâ id ei excidisse videbitur: hæc eni-
eius sunt, *Lorichio* interpræte, verba: Medici non debent se difficiles f-
cere, nec lucrum semper spectare, Simonia tamen non est, si à divitib-
pro suo labore aliquid Mercedis recipiant, *Canones* defendunt eius rei Me-
cedis receptionem, dicentes non esse Simoniam, sed Premium laboris,
honorem, Gratificationemque opitulationis. Sed Medici quorum Avar-
tiæ nemo satisfacere potest, vt se apud Deum, vndè curandi gratiam acc-
perunt gratis administrandam, excusent, non video. In quibus verbi-
ait *Molanus*, puta tantum taxari non Simoniam, sed Avaritiam quorumda-
Medicorum, qui pauperibus propter Deum assistere nolunt, alioquin
quis intelligat paucorum Avaritiam in omnes torqueri, eaque eadem es-
Gratis accepisse, & à Deo esse omnem Medelam; Simoniam esse cum grat-
pauperi Medicina non adhibetur: denique Medicos curandi gratiam gra-
administrandam accepisse à Domino, huiusmodi non nisi summa cum in-
prudentia scribi potuerunt à *Wicelio*, aut interpræte eius *Lorichio*, sive e-
tempore quo extra Ecclesiam aberrabant, sive alio tempore, quando D-
miseratione ad eam redierunt, hæc *Molanus*; & certè nunquam Deus o-
Cap. 5. 14. gratitudinem, sed econtra præcepit per Evangelistam Lucam: *Vade*
ostende te Sacerdoti, & offer, pro emundatione tua à Lepra, nempe,
quæ verba addit *Petrus Chrysologus*. Spirituali Medico, spiritualem offere-
bat Mercedem, quasi dicat temporali Medico offerendum Munus temp-
1. Corinth 3. ibid. cap. 9. Cap. 3. rale: & Apostolus: *Dignus est operarius Mercede sua*. Item *Non obligabis*
bovi trituranti. Clarissimè autem à contrario sensu *Isaias* Propheta: *Non su-*
Medicus & ideo (nota) *in domo mea non est Panis, neque Vestimentum*; i-
sinuans hæc nunquam debere Medico deesse: quod nec ipsi Ethnici igno-
rantes, statuerunt, vt omnes qui ad fontem in Amphiarai templo existe-
tem, à suo Morbo per oraculum levabantur, Argentum & Aurum sign-
tum mitterent, in grati animi testimonium erga illum, à quo sanitatem a-
ceperant, cui etiam ex divino mandato donationem debent & honorem
Eccles. 38. qua de causâ *Canonistæ* recentiores, id quod Medici accipiunt, nolu-
Mercedem vel Salarium appellari Mechanicè, sed quod Græci *Sostria*
Soteria olim, honorarium dici voluerunt, vti habetur *Canon. non sane* 1
quest. & *Hyppocrates* id ægretulisse patet ex duabus Epistolis, vna ad S-
natum Abderitanum, aliâ ad Cratevam Phylosophum, in quibus indi-
nabundus conqueritur quod pecunijs illum (Decem scilicet Talentis)
sanandum Democritum inescare voluissent, pro Medico, inquit, Merc-
nariu

narium declarantes ; quando autem , & quibus Medicos decet gratis ſervire , dicemus *Quæſtione ſequente* , alias vt cum *D. Thoma* concludam : Quæ quis non tenetur alteri exhibere , iuſtè poteſt pro eorum exhibitione recompenſationem accipere. Manifeſtum eſt autem , quod Advocatus non ſemper tenetur patrocinium præſtare , aut conſilium dare cauſis aliorum , & ideo ſi vendat ſuum patrocinium , ſive conſilium , non agit contra iuſtitiam , & eadem ratio eſt de Medico opem ferente ad ſanandum , hoc *Doctor Angelicus*. 22.q.71. a.4.

Reſp. ad 1. Quando prædicti Reges Strumas , ſeu Scrophulas attactu ſolo curabant per Dei Miraculum contingebat , Medici autem applicando activa paſſivis , hoc faciunt naturaliter , & addiſcunt prætiosè : & non obſtante Hiſpanorum adagio , quidquam Medicis deberi benè oſtendit etiam Hiſpanus natione (patria Cordubenſi , vt *Franciſc. Torreblanca* ſcribit) *Seneca* dum ait : Quid ergo , inquis , prodeſt mihi Aruſpex , vtique enim expiare , etiam non ſuadente illo mihi neceſſe eſt ? Sic cum ſanitas videretur eſſe de Fato (*nos de Deo*) debetur & Medico , quia ad nos beneficium fati (*Dei*) per huius manus venit. Lib.2.natur.c.38.

Ad 2. hoc *Senecæ* conſilium maximè in illum Medicum quadraret , qui rerum abundantiſſimus , tenuioris fortunæ miſellis operam denegaret : & quod hæc de Medicis intelligi nolit , docet non verbo ſuo ſed exemplo alibi : alias & ſe ipſum culpaſſet qui Quatuor annorum ſpatio ; quo Neroni ab Inſtructione & Conſilijs fuit : Lucratus eſt , teſte *Cornelio Tacito* Duodecies Millies Talentorum Atticorum , minoris nempe generis , ſive bis Millies Octingenties , ac Octuagies ſeſtertium , qui nobis faciunt Decies Quater Millies , ac Quadringenties Centena Millia Ducatorum aut Coronatorum , vel quod idem eſt Vigeſies Octies Millies , ac Octingenties Centena Millia Florenorum Brabant.

Ad 3. *Plinium* hic agere non de Medicina (cui alias non ſatis benè affectus) ſed de Victoria Cives conſervante , & cum Victoribus , tanquam Imperatoribus vndique ſufficienter eſſet proviſum , ſolo , quem ambiebant honore , donaverant : Milites autem , quia non mortem in iiſdem laboribus (vt loquitur *Tacitus*) ſed finem tam exercitæ militiæ , neque inopem requiem orabant , pro illis Coloniæ deducebantur , vt præmijs afficerentur , ait *Roſinus* , ita vt Romæ quidem nihil gratis fieret. Quod ſi tamen poſteriora verba Medicis quibuſdam applicari placeat , nullus abnuo , nam & ego Lucripetas illos , & Crumenimulgas ſcuticâ dignos exiſtimo , qui nullo Charitatis Zelo , nec honoris ſtimulo moti , ſoli & vni intereſſe , ac proprijs commodis intenti ægros circumcurſitant. Lib.1. Lib.10. Antiq. Rom.c.23.

QVÆSTIO XLVI.

An Medicus teneatur pauperibus servire gratis?

ARgum. 1. Non qui pauca habet Pauper est, sed qui plura desiderat atqui in plerisque hominibus hoc locum obtinet, cum nemo sua sort contentus, ergo plerisque, si non omnibus, gratis suam operam debere Medicus impendere.

2. Videtur quod Medicus ad hoc non teneatur ex Charitate, quæ si be ne ordinata sit, incipit à se ipsa, ac per consequens à proprio commodo neque ex Iustitia, quæ vnicuique permittit sua sibi reservare, ergo Medicu ex nullo capite Pauperibus obligatur.

Lib. de vilit con dit. hum. 3. *Innocentius* Pontifex pauperum calamitates enumerans, exclamat i hunc modum: ô Miserabilis conditio Mendicantis! & si petit pudore con funditur, & si non petit egestate consumitur, sed vt mendicet, necessita compellitur. Deus causatur iniquus, quod non rectè dividit; proximus cr minatur malignus, quod non plenè subveniat: indignatur, murumrat, im

Eccli. 40. precatur, vnde *Salomon*: *Melius est mori* (nota) *quam indigere*. Quibus *Æschylus* subscribit apud *Stobæum*:

> *Ne, ne tuum, oro, Mors repellas supplicem,*
> *Tu sola desperata medicaris mala,*
> *A te receptos nullus attingit dolor.*

ergo Pauperibus, beneficium curando non fit, sed eripitur à Medico quod non licet.

4. Dicitur Exodi 23. *Si videris Asinum odientis te iacere sub onere, non pertran sibis, sed sublevabis cum eo*, atqui magis hoc locum habet in Paupere iacent sub Morbi onere, ergo Medicus tenetur illum sublevare, nam Præceptum de Misericordiæ operibus adimplendis, cum sit affirmativum, obligat pr tempore, & loco, quod maximè est in necessitate.

SED CONTRA est illud Ambrosij super Psalm. Beati immaculati: *Hoc e occidere hominem, vita ei subsidia denegare. Cave ne inter loculos tuos clau das salutem Inopum, & tanquam in tumulis sepelias vitam Pauperum.*

QVÆ

CONCLVSIO.

Medicus in communi necessitate tenetur Pauperibus servire gratis ex Charitate, in extrema, etiam ex Iustitia.

IN vestibulo huius Quæstionis offendimus circa dubium illud, quinam pauperes illi censeri debeant, de quibus Quæstio. *Hugo* distinguit tres Pauperes specie diversos: vna enim Paupertas est, inquit, Mediocritas, quam Phylosophi vocant Frugalitatem, quæ est voluntaria: quidam rebus temporalibus egent, sed inviti, & hæc vocari Paupertas solet, egent enim rebus, & egent bona voluntate, qua ditius nihil esse potest: alij rebus abundant, sunt tamen Pauperes Spiritu, & hæc est aurea Paupertas, quia licet affluant Divitiæ, Corda tamen nolunt apponere; his vltimis omissis, de prioribus nobis restat Quæstio; nam in prima Paupertatis specie etiam constitui debent omnes Anachoretæ, Monachi, Eremitæ, Religiosi, & Moniales illi, qui propter Deum, Mundum & Mammonam iniquitatis relinquentes, secuti sunt Christum, præcipuè autem hi, quibus non sunt Census aut Reditus annui, vel tam tenues, vt vix illis sese sustinere queant: non autem illi quibus de re omni ita vndique provisum est, vt eo solum Pauperes nuncupentur, quod in particulari persona sua, nihil proprij possideant, sed communibus medijs, gaudeant in communi: neque ab his omnino excludendi sunt, quibus mediocria quidem media quædam suppetunt, sed ratione Nativitatis, vel Officij, honestiorem familiam alere coguntur, ita vt omnibus parcè expensis, nihil, nisi necessaria supersint, quod bene cordatis Medicis annotandum. Nam quamvis hæc aut illa bona divitiæ vocandæ sint absolutè, respectivè tamen verè Paupertas est nuncupanda; vnde nunquam secundum externa sola, vtpotè fallibilia, iudicium de cuiusque statu ferendum est, nam vt optimè *Seneca*: Sepe horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, & gravis & suppurata tristitia: & eo quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter ærumnas Cor ipsum exedentes necesse est agere felicem. Ab alia partè quidam ita pecuniarum suarum inveniuntur tenaces, vt nec ipsæ calamitates, quantumvis graves, nummulorum aliquot expensionem extorquere queant, sed & in opulentijs absconditis, tanquam viles & pauperes æstimari malunt, sordidamque Paupertatem simulare, vt & illa gratis accipiant, quæ nullis divitijs compensari possunt; quorum fraudes ita leges oderunt, vt cuilibet vafritiem illorum detegere, & an non simulent, investigare permittant, vti docet *Ripa*. imo tanquam falsarios puniendos esse asserit idem aucthor,

Lib. 1. de Claust. Animæ cap. 9.

Epist. 78.

Tract. de Peste part. 5. n. 176.

&

N 173. de Pest. parte ult. partit. 14. n. 3. & *Pravidell.* hæc ad Medicorum providentiam monere volui, ne nimiu anxij, sed cum omni modestia, de similium Avarorum statu sese informen ne eodem Avaritiæ iure videantur persusi, non ita enim ipsis vitio verteru à decem inopiam simulantibus decipi, quam ab vno verè Paupere, quo c ret, exigere, nam Is solus in Dei opere (quale est Medicina) fraudem no facit, ait *D. Gregorius*, qui cum ad studia bonæ actionis invigilat, nec ad co poralis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad iudicij humani gratiam a helat. & *Augustinus*: Gratis ama, inquit, noli ad præmium diligere Deun ipse sit præmium tuum: & certè irremuneratus dici non potest, qui Me cede bonæ conscientiæ donatur, cumque Avaro tam desit quod habet, qua quod non habet, verè indigentibus Pauperiores hi sunt, quibus infelix com plexio quasi manus ligat, & ne animo quidem, quæ sua sunt, vtendi libe tatem relinquit. Medicis melius instructis hoc natura præscribit, ait *Cicer* vt homo homini, quicumque sit, ob eam causam tantum, quod homo e consultum velit. Liberaliter itaque, liberalis Ars hæc est exercenda, Millavi nostri *Hyppocratis* (ethnici vt est) consilium sequentes, si occasio f rendæ opis sese obtulerit, & peregrino, & egeno, maximè talibus opit lemur, & in eo nos bestijs præstare ostendamus, nam vt *Iuvenalis*, ait:

In Moral. — Lib. 3. de Officijs. — In præcept. — Satyr. 15.

Principio indulsit communis Conditor illis
Tantum Animas, nobis Animum quoque, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet.

Ad hoc non solum consimilis natura, & par conditio instigat, sed dil gere proximum sicut se ipsum, Lex Charitatis iniungit: hoc non solu pietas erga miseros expostulat, sed Christus ipse exemplo nos docet, qu vt *Venerabilis Beda* notat, ad sanandum filium Reguli ire noluit, ne diviti honorare videretur, ad servum vadit, ne servilem conditionem sprevis putaretur &c: quæ alibi retulimus.

Observanda est igitur vnicè moderatio illa, quam Prudentibus & Adv catis (ex publico vt moris olim erat salariatis) in acceptandis Xenijs, Donativis à clientibus præscripserunt *Severus*, & *Antoninus*, Imperatore verba sunt hec: Quantum ad Xenia pertinet, audi quid sentimus, vet est proverbium Græcum: neque omnia, neque semper, neque ab omn bus, nam valde Inhumanum est à nemine accipere; sed passim, Vilissimu est: & omnia, Auarissimum. Puduit me revera de Iacobo Silvio, ali magnæ eruditionis Viro, & Medicinæ sub renascentes evo litteras, no indiligente restauratore, hos *Buchanani* versus Scommate plenos apud *Sc volam Sammarthanum* legere, quos inter funeris exequias ioculari lascivi (vt est procax Natura multorum in alienis vitijs) ipsis templi valuis ei discipuli, (quamquam non pio in preceptorem animo) affixerant:

In L. VI. § 6. D. de offic. Pro cons. & legati. — Eleg. lib. 1.

Si

Silvius hic situs est, gratis qui nil fecit vnquam,
Mortuus, & gratis quod legis ista, dolet.

Habens intellectum (ait *S. Gregorius*) curet omninò ne taceat; habens rerum affluentiam, à Misericordia non torpescat: habens artem qua regitur, vsum illius cum proximo partiatur. Quæ quamvis omnibus Medicis omninò dicta sint, in illos tamen præcipuè hæc faba cuditur, qui ad munus publicum admissi, Urbium pensione donantur, qui ordinariè (vti hic Antverpiæ fit) Iuramentum præstant quod Divitibus pro rationabili prætio, Pauperibus autem gratis sint servituri: quibus peculiariter hoc etiam inculcare videtur Sanctissimus Protomedicus noster *Lucas* his verbis: *Estote contenti stipendijs vestris*, quasi dicat: ne pauculo illo, quod è tenui Fortuna superest Pauperes privetis, ne super vos Propheticum illud exprobrium attrahatis: *Residuum Eruca comedit Locusta, residuum Locustæ comedit Bruchus*, quales iustæ quærimoniæ Mulieris esse poterant, quæ *erat in Fluxu sanguinis ab Annis duodecim, quæ in Medicos erogaverat omnem substantiam suam.* Vir bonus bonum quod honestè se facturum putaverit, faciet sine pecunia, si laboriosum erit faciet, etiamsi damnosum sit, ait *Seneca*. Adhuc semel, quia nunquam satis.

Homil. de talent. *Cap. 16.* *Ioël cap. 1.* *Luc. cap. 4.* *Epist. 77.*

Ad hoc Medicus in communi necessitate non solum per Legem Charitatis obligatur, sed in extrema, vel etiam notabili, meo iudicio tenetur ex Iustitia: nam Pauper in tali ægritudine constitutus eo ipso ius acquirit, non solum ad facultatem quam Medicus habet, sed & scientiam qua pollet, ac per consequens, sine iniuria ipsi negare non potest, ille saltem (de alijs enim video dubitare Theologos) qui loci Salario, & Pensione gaudet, nam secundum *Augustinum* non solum Avarus est, qui rapit aliena, sed qui Cupidè servat sua: & iterum, Id ipsum, ait, videtur Iustum, vt qui à potentiore iuvari vult, adiuvet inferiorem, in quo est ipse potentior. Simili tenore loquitur *Ambrosius*: Non minoris est criminis (Iniustitiæ) habenti tollere, quam cum possis, & habes, indigentibus denegare, esurientium panis est, quem tu detines ..... tantorum scias te invadere bona, quantis possis prestare, & nolis. Idem confirmat *Cassiodorus* acutè hoc dicto: Egentibus Iustum est, non divitibus subveniri, infero à contrario sensu, ergo illis non subvenire, Iniustum: & ne quis hoc de elymosinis pecuniarijs præcisè dictum putet, sed de verbali etiam subsidio, & salutari consilio intelligendum esse sciat, monet nos supra laudatus *Ambrosius* his verbis: Pecunia facile consumitur, consilia exhauriri nesciunt, hæc vsu augentur, pecunia minuitur, & cito deficit; quanto vtilius Regem Pharaonem Ioseph consilio providentiæ iuvit, quam si pecuniam contulisset, hæc *Ambrosius*. Impediant itaque ditiores ne in novissimo die causam suæ damnationis intelligant,

De Serm Domin. *In Epistol.* *Lib. 2. de Offic.* *Matth. 25. 42.*

Nudus eram & non vestisti me: & vos Medici qui Pauperum causam cum n
ra negligitis, Divitum causam cum instantia promovetis: in illis rigor
ostenditis, in istis ex mansuetudine dispensatis: illos cum difficultate re
citis, istos cum facilitate tractatis: illos negligenter auditis, illos subtili
Lib. 2. de Vilit. condit. hum. ausculatis, vti loquitur improperans *Innocentius Papa*, verosimiliter à S
piente edoctus dicente: *Dives commotus confirmatur ab amicis suis, hum*
Eccl. 13. 25 *autem cum ceciderit, expelletur & à notis*; præveniatis, inquam, hoc pla
25 Matth 2. convincens opprobrium: *Infirmus eram, & non visitastis me*: huic cum c
viasset pyssimus Medicus *Ausonius* in fine vitæ suæ misericorditer peractæ,
sus est dicere:

Obtuli opem cunctis poscentibus Artis Inemptæ,
Officiumque meum cum pietate fuit.

Nempe hoc est viaticum parare Senectutis venturæ, Mentem sibi be
consciam, & Famam nulla labe contaminatam.

Sed quid si insensibilis Medicus aliquis, ita Viscera Misericordiæ cl
sisset, vt ad ægrum Pauperem ire recusaret? acriter inter casuistas præcipu
controvertitur, vtrum talis præter peccatum commissum, ideo præcisè
regularitatem incurrat? *Ostiensis* omnem eum qui alium à Morte liberare p
C. signific. casti 2. de homic. n. 2 tuit iniusta, & non liberavit, ideoque hic mortuus sit, pro Irregulari h
bet: contrariæ omninò opinionis sunt *Pisanus*, *Tabienus*, *Astensis & Ro*
dicentes solam omissionem, seu non liberationem à Morte, ad Irregula
Verb. homicid. 4. tatem contrahendam non sufficere, sed quod Lex *Promotionis* Factum
quirat. Tertia est sententia media, eos nempe qui ex Charitate sola tene
Verb. irregul. 1. §. 2. tur, non contrahere Irregularitatem, sed illos tantum, qui ex Iustitia o
Lib. 6. tit. 14. art. 8. quæst 8. ligantur, ita *Navarrus*: & *Franciscus Toletus* ait in terminis: Medicus q
non est salario conductus, nec curam infirmi iam suscepit, etsi vocatus n
lit venire, & moriatur æger, etiamsi malo animo faciat, non erit Irreg
Verbo homic. 4. §. 2. laris. Hoc itaque habemus pro certo, Medicos Salariatos, & locoru
Pensionarios, ac præsertim Iuramento, vt hic quidam Antverpiæ, c
Sum. c. 27. num. 231. strictos, Irregularitatem incurrere, si non succurrant, quia hi secundu
Lib. 1. c. 87 Aucthores allegatos tenentur ex Iustitia: quod iam hi non solum, sed g
neraliter etiam omnes alij Medicinam professi ex Iustitia obligentur succu
rere, saltem in necessitate extrema, & Mortis periculo, fidem mihi
ciunt huiusmodi rationes: quicumque habent Ius ad rem aliquam, eo ip
etiam habent ad illa necessaria media, per quæ talis res acquiri aut co
servari debet, sed omnis infirmus habet Ius à Natura ad recuperandam
nitatem, & conservandam vitam, ergo ad illa etiam media per quæ n
cessariò, aut sanitas recuperatur, aut Vita conservatur, qualia sunt co
silium, & auxilium Medicorum: Præterea, nulla re vtitur quis licitè,

de illa desponit, nisi sua, sed si æger scientiam, & consilium etiam invito Medico (v. g. stylo in schedula exaratum, aut in arca conclusum) eripere posset, illis licitè in suum vsum converteret, ergo est res sua; probatur subsumptum ex *D. Thoma* docente: In necessitate sunt omnia communia, & ita non videtur esse peccatum, si aliquis rem alterius accipiat, propter necessitatem, iam sibi factam communem, ac per consequens illam negans, aut detinens alteri est iniurius, & peccat contra Iustitiam: ex quibus rectè concludi videtur, omnes omninò Medicos, in extrema necessitate pauperibus sine notabili suo, vel suorum damno, gravique periculo operam, & auxiliatricem manum denegantes, & contra Charitatem peccare, & etiam contra Iustitiam, & si moriatur æger esse Irregulares. Supponi hic tamen volo, ipsum vnicum illum esse, à quo talis iuvari posset: nam si plures Medici, & experti fuerint, si moriatur, non incurrit Irregularitem quia, nempe tunc non peccat contra Iustitiam; ratio est, quod æger ille habeat quidem Ius ad media quibus vitam tueri debet in genere, non autem determinatè, & præcisè ad illa, quæ penes hunc, vel illum Medicum inveniuntur in particulari, cum per media, & consilium alterius eadem vita conservari queat. Approbare hanc sententiam meam videtur *Covarruvias* docens, eos qui habent potestatem in interfectores, si non arcent hos à malo perpetrando, effici Irregulares, si hi occiderint: Medicus à pari habet potestatem aliquando, in Morbum interfectorem, ergo si non impediat huius violentam invasionem, similiter erit Irregularis. Imò & ipse *Toletus* non videtur admodum contrarius, cum scribat: Erit Irregularis non casualiter, sed voluntariè, quando sciens, & prudens moriturum infirmum, remedio privat necessariò: si enim daret potionem Lethiferam esset Irregularis, ergo etiam erit, si neget necessariam, quam tenebatur ex officio adhibere, tam enim est causa illi potio Occisionis, quam huius subtractio, ita *Toletus*.

22. q. 76 a. 7. sed cōtra

Loc. cit. n. 6

Resp. ad Argum. 1. hic non agi de Pauperibus illis, quos sola Cupiditas facit, sed vera necessitas, & rerum indigentia, vti latius in corpore dictum, & illis tenetur Medicus subvenire gratis, & liberaliter.

Ad 2. Illum affectum proprium interesse & magis philautiam sapere, quam veram Charitatem, nam illa *Non quærit quæ sua sunt, benigna est, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati* præcipienti: *Diligere proximum sicut se ipsum.*

1. Corint. 13. 4. 5.

Ad 3. *Salomonem* tantum dicere velle mori melius esse, humanitatus loquendo, quam vitam tam miseram trahere; ab his miserijs liberari velle, per velleitatem quandam, & animi deiectionem, infirmitati & fragilitati humanæ indulgetur: per voluntatem autem efficacem, qua vel illa omittuntur,

quæ sunt necessaria necessitate medij, vel illa adhibentur, quæ ex se su lethifera, cum illud negativè, hoc verò positivè occidere sit, ex præcep Decalogi inhibetur expresse.

22.q.71. 41. Ad 4. Secundum *D. Thomam* non minor necessitas est indigentis Cib quam indigentis Medico, sed ille qui habet potestatem cibandi, non se per, & vbique tenetur Pauperem cibare, ergo nec Medicus semper p trocinari, sed tantum in casibus in conclusionis corpore allegatis.

QVÆSTIO XLVII.

An Medico liceat cum patiente de præmio pacisci, & reciper quantum potest.

ARgum. 1. Videtur quod hoc sit cultrum iugulo apponere, & afflict nem addere afflicto, atqui hoc non licet, ergo.

2. Nec in foro fori, nec etiam interno, valet Contractus per metum cad tem in constantem virum extorsus, sed talis metus sæpè infirmis à Morbo cutitur, ergo talis Contractus est illicitus.

3. Morbus, & Dolor possunt esse tales, vt libertatem arbitrij vel au rant omnino, vel notabiliter impediant, quo fit vt actus moralis non vel satis liber, vnde illi Contractus essent frustranei, quia non oblig contrahentes.

4. Pacisci cum ægro ab alijs Medicis derelicto, Vanitatem redolet, Temeritatem, cum nempe sanitatem pollicetur quæ in solius Dei manu seque super alios sapere præsumat, vtrumque peccaminosum est, ergo.

SED CONTRA est illud Cassiodori lib. 2. epist. *Propemodum donare vid qui vendit rogatus.*

CONCLVSIO.

Potest Medicus cum ægro suo ante curam convenire, & pro g vitate rei, ac personæ facultate rationabile pretium exigere

QVod priscis temporibus satis frequens erat, & adhuc apud empyr (quamvis non tam sincero modo) passim practicatur, nempe Curæ susceptionem cum patientibus de præmio pascisci, illud ipsum pos In præcept. suis *Hyppocrates* noster consuluit, Si enim, inquit, à Mercede incep conducit enim hoc vniverso negotio, ægroto quidem huiusmodi cogita nem induces, quod videlicet non ipso relicto abibis. Si verò non pacisc

q

quod ipsum negliges, & de quibusdam in rem præsentem non admonebis curare igitur oportet de constituenda mercede, ita Hyppocrates; & apud Iurisconsultum *Scevolam L. 41. ff. de fidei commissar. libertat* conqueritur Lucius Titius, quod Medici sororem charissimam expleto salario reliquerint. Huic confusioni dum obviare conatur bonus *Hyppocrates*, multis Circumforaneis, Tenebrionibus, Veteratoribus, & empyricis ansam dedit, vt qui noctuæ sunt ad aucupia crumenarum (verba sunt *Ioann. Freitagij*) qui malis artibus, thrasonica Iactantiâ, canina Facundiâ, Cyclopica Audacia incautis & credulis ægris illudunt, eosque ære non exiguo emungunt, & frequenter cum non tantum bona, sed vitam vna cum bonis abstulerunt, in fugam vt alati Mercurij (magni revera Fures, quorum suspendijs integræ lignorum silvæ non sufficerent) se conijciunt. Hic cum similibus sermo non est, aut de illis Quæstio, quibus, cum *Iano Duza* hoc versu valedicimus: *Noct. Med. cap. 11.*

Abi Idiota Circulator, hinc abi
Facesse Agyrta de foro.
Quibus loquacis affatim Arrogantia est.
Peritiæ parum, aut nihil.
Neque vlla mica Litterarij Salis,
Crumenimulga natio,
Loquuteleia turba, abite simij,
Abite Carcinomata,
Iatricen professa lotio tenus,
Sophisticoque schemate.

Nobis hic cum admisso, experto, & Methodico Medico res est, de qua Quæstio. Non solum dubitare, sed negativam partem sustinere videtur *Andreas Alciatus*, qui postquam contractum ægroti cum Medico officio Iudicis rescindendum dixisset, addit: Putarim autem Medicum quoque ipsum seu periurum puniri posse, cum in tirocinio artis ex formula Iuramenti Hyppocratis hi iurent absque Mercede, & vllis pactionibus infirmis se curam adhibituros. Antequam ad rem ipsam veniam, non possum satis mirari, tanti viri, vel impositionem voluntariam, vel somnolentam oscitantiam, cum in Iuramento *Hyppocratis*, ne vel vnum verbum habeatur ex citatis ab Alciato, quare suspicor ipsum Iuramentum Hyppocratis nunquam legisse, ne eum falsi testimonij reum faciam; nam tantum abest *Hyppocratem* vnquam similia somniasse, & ad gratuitam omnium curam, & sine mercede discipulos suos Iuramento voluisse astringere, vt planè contrarium illis præceptum (hic supra in terminis fideliter allegatum) reliquerit: Deinde nemo Medicinæ condidatus iam ad Hyppocratis Iuramentum, quod scire potui, obligatur amplius, quamvis totum illud tam pium & Christianum *Com. ad L. sanum mi... te 27. D. de transact. u... 4. & 5.*

 esse

esse confitear, vt Medici ad multa teneantur in Conscientia, ad plurima vel omnia etiam ex honestate.

Quod ad pactum ægri attinet quod cum Medico pangit, sicuti illud tam Iustum & Rationabile esse possit, vt non solum licitum sit, sed et honestissimum, ita quoque tam iniquum fieri posset & Iniustum, vt vel Avaritiæ, vel extorsionis speciem præ se ferret, vnde vt honestè fiat & licitè, tria hæc maximè videntur consideranda: *Gravitas mali*, ad quam spectat Raritas casus, Periculi præsentia, periculum Contagij, partes affectæ Nobilitas vel necessitas, Tempus quo duravit, Derelictio ab alijs Medicis Locus dissitus &c: Deinde *Mediorum impensa*, Ad quæ pertinent Medicamentorum raritas, caritas, difficilis eorum & industriosa applicatio, artificiosa, & rara eius confectio, secreta virtutum illorum cognitio &c: Tertiò *Patientis Qualitas*, Nobilis aut plebeius, publica persona aut privata, opulentæ aut tenuioris facultatis, Reipublicæ vtilis, aut oneri &c: his bene perpensis non video quid Iniustitiæ similis contractus possit involuere, nam cum in Morbis illis circa quem contrahunt, multa accidentia latére possint, multaque accidentia de nóvo advenire, quæ sagacissimum quemque fallere nata sunt, & acutissimè prævidentis aciem effugere, non minus Medicus quam ipse æger, sese & Lucri Cessantis (si præter opinionem diutius illum frequentare cogatur, vel æger aliunde moriatur) & Damni etiam Emergentis (si plus studij, & Remedij quam putaverat adhibere debeat, vel frustra, si adhibitis omnibus plus valet Arte malum, & causa cadat, ægro non convalescente) periculo exponit. Quomodo autem timoratæ conscientiæ Medicus se in eo gerere debeat, docetur ab *Ambrosio* his verbis: Regula Iustitiæ manifesta est, quod à verò non declinare Virum deceat bonum, nec damno Iustum afficere, nec aliquid dolo annectere rei suæ. Ex qua generali maxima Medici singularem sibi conscientiam formare debent, quandoquidem in omni particulari casu certam Mercedem determinare sit planè impossibile; atque ideo generalibus etiam terminis loquitur *Cassiodorus* quando lucra in sua natura honesta, definit esse illa per quæ nemo læditur: quandonam autem, aut quænam læsio hic & nunc subesse possit, quisque ad iustam rationis trutinam staticè examinet, & in conscientiæ suæ tribunali discutiat:

Lib. de Offic.

Prosper. de provid.

Ite ipsi in vestræ penetralia Mentis, & intus
Incisos apices, ac scripta volumina Cordis
Inspicite, & genitam vobiscum agnoscite Legem.

Atque ne teneræ conscientiæ Medicus in similibus contractibus anxius hæreat, vtrum fortè non nimium exigat, hoc semper provideat ex *Ciceronis* consilio, vt in omni procuratione negotij Avaritiæ tollatur vel mini-

2. de Offic.

ma

ma suspicio, atque hoc habito pergat securè, nam quamvis, omnibus perpensis, liberalius quodammodo honorarium exegisset, & per contractum stipulatus fuisset, scrupulum hunc ipsi eximit *D. Thomas* concludendo in hunc modum: honestatis ratio atque debitum postulat, vt compensatio non tantummodo æquet, sed vt superet acceptum beneficium, & postea addit: Gratiæ compensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat. Generosè itaque in similibus procedendum, non mechanicè nimium, ne Ars ipsa apud vulgus evilescat; non carè nimium, ne Avaritiam sapiat. Noli malè lucrari, inquit *Hesiodus*, mala lucra damnis pessimis, & maximis æqualia sunt. Vnde nefandam impudentiam *Menecratis Syracusani* mirari satis nequeo, qui vt liberaliter, & gratis artem exercere videretur, Tyrannidem exercebat, cum *Ottonis Brunfelsij* testimonio, Morbum Sacrum (Comitialem, Herculeum, Epilepsiam) ea dumtaxat conditione curabat vt iam liberati se eius servos faterentur: nos Christianè magis è *Hieronymo* instruimur dicente: Vult Deus vnumquemque alterius angustias, vt proprias sentire, & quomodo sibi, in tanta tribulatione si esset, subveniri cuperet, ipse alteri propter Deum subvenire non postponat.

22 q 106. a. 6.

In corp.

In Epist.

Sed affinis huic merè annectitur Quæstio, vtrum Medicus, qui perfectam sanationem promisisset, licitè totum premium postulet, si sanatus quidem æger fuerit, sed paulò pòst patiatur recidivam? quamvis in spiritualibus, in eundem Morbum, aut alium reincidere, non officere dicatur Miraculi maiestati: sicuti in exemplo D. Petronillæ demonstrant, quæ à D. Petro sanata fuit hoc nomine, vt nimirum discumbentibus ministraret, sicuti Rota Romana, statuit, *in relat. S. Francisci de Paula*; certum tamen est ex *Bartolo in L. Maritus N. 4. de locat.* quod Morbus post sanitatem recenter habitam denuo rediens, ex prima causa præsumatur procedere, adeo vt Medico non debeat solvi salarium *Cap. Divort. de penit. dist. 1.* cum alijs *à Ioanne Andre. citatis in reg. contract. n. 5. de regul. Iur. in 6.*

In fine folii.47.

Respond. ad 1. Concedendo totum, si pretium quod Medicus stipulatur æquitatem superet, non Item si Dignum & Iustum fuerit: & ita intelligenda est *L. 111. D. de extraord. cognit. L. 9. Cod. de Profess. Med: L. 6. §. 1. & similes.*

Ad 2. Quod Contractus (de quo in assumpto) sit omnino invalidus & illicitus, ideo est, quod fiat inter patientem immeritò, & metum intentantem Iniustè, qui, etiam seposito omni contractu & promissione, tenebatur desistere: sed noster contractus, de quo agit Subsumptum, fit inter patientem Iustè vel Clementer, & alium tertium, qui, quamvis hunc metum auferre, & Mortem ipsam impedire posset, tamen ad hoc, seposita stipulatione, aut Mercede, non semper obligatur, adeoque est magna rationis disparitas.

Ad

Ad 3. In Phrenesi v.g. Delirio, aliovè animi pathemate iudicium patienti interpellante, nunquam cum ipso ægro potest contrahere, ne conscientiam apud Deum, aut Famam apud vulgus ledat, sed tunc cum amicis & curam eius habentibus agendum est.

Ad 4. Quod aliquis bonum suum (v. g. maiorem scientiam & dexteritatem) cognoscat, & approbet, apud *D. Thomam* non est peccatum, ita enim loquitur Apostolus: *nos autem spiritum ..... accepimus qui ex Deo est, v*
1. Corint. 2. *sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Donata* inquit, ne quis sibi, suæque pro
Ibib. cap. 4 priæ virtuti aliquid attribuat, quod Corinthijs improperat dicens: *Quid habes quod non accepisti?* illa autem quæ à Deo accepimus, populo etiam manifestari velle non esse peccaminosum, patet ex *Euangelista* suadente: *Luceat*
Matth. cap. 5. *lux vestra coram hominibus*; & ideo appetitus Gloriæ de se non nominat aliquid vitiosum, sed appetitus inanis vel Vanæ gloriæ vitium importat. Alia
Lib. 3. cap. 7. quod *Valerius Maximus* scribit: Laudanda profectò fiducia est, quæ æstimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum à Contemtu, & Insolentia distare satis est.

QVÆSTIO XLVIII.

An Medicus plus possit exigere pro remedio à se invento, & confecto, vel à Ditioribus, quam Pauperibus?

ARgum. 1. Quælibet res habet suum Prætium ex se ipsa, sive ab hoc sive ab illo inveniatur, seu possideatur: sive Diviti, sive Pauper vendatur, atqui Iustitia postulat, vt inter rem eiusque prætium, sit æqualitas, ergo sive ab hoc inventa, sive illi res vendatur, idem eius, & æqual tantum Prætium exigi debet.

2. Cum idem Remedium à plurimis inveniri possit, si à qualibet illorum carius vendi queat, prætium illud tandem excurret quasi in infinitum.

22. q. 132. art. 5. 3. Inventio sive Præsumptio Novitatum, vt *D. Thomas* loquitur, est quando quis ad manifestationem propriæ excellentiæ, tendit per facta habentia aliquam admirationem, atqui *D. Gregorio* Inventio hæc Novitatum
Lib. 31. moral. cap. 31. est filia Inanis Gloriæ, quæ est vitium Capitale, ergo non videtur licere nov adinvenire.

SED CONTRA est illud Euripid. Hecuba apud Stobæ. tit. 43.

Totus laborat Vrbis infelix status,
Quotiens vir acer, & bono patriæ studens,
Nihil refert insigne præ peioribus.

CON-

CONCLVSIO.

Medicus tam ratione propriæ Inventionis, quam Operæ, aliquid amplius à Ditioribus semper exigere potest.

ARtem nullam vnquam quis invenire, aut discere potest, nisi investigationis oblectatio, & inveniendi desiderium invitet, inquit *Marsilius Ficinus*, & vbi hæc præcesserunt, tunc tandem & labor & sumptus sunt adhibendi, quorum illi Merces debetur, huic Compensatio, maximè ab illis qui absque notabili detrimento, quales Ditiores sunt, præstare possunt: nempe vt illi, quorum disputationibus Deus mundum reliquit, sapientes Naturæ consulti, animentur, vt quæ in Orbis huius involuta sunt sinu, & in eiusdem abdita Maiestate, Ingeniorum solertiâ, & Indaginis curâ serio pervestigent: ita enim & inventa adaugentur, & quæ secreta sunt, fiunt manifesta: qua de causa similes industrij, rerumque inventores antiquitus eliciebantur per præmia, quod sine artibus satis constet, inquit *Polydorus*, nullam omninò vitam esse potuisse, ita vt non solum illos, qui Arte sua vitam humanam, vel Commodiorem, vel Diuturniorem reddidissent, sua honoraria manerent, sed & hos quoque qui Artificiosæ eius cum Morte commutationi studentes, Miseriarum Dolorumque instrumenta, ipsa inquam Tormenta, invenissent, quibus homo omnibus calamitatum, & pœnarum extremitatibus exponeretur.

In Platon. convi. 3.

Proëm. de rer. invent.

Sed obijciet nobis quispiam *Aristotelem* interrogantem cur veteres præmia corporum certaminibus posuerint, Sapientiæ verò nullum statuerint? Respondet quia præmium præstantius esse debet suo præmiando, prudentiâ verò quodnam præmium præstantus esse potest? quasi dicat, nullum prorsus, sed Sapientia, vti & Virtus sufficiens sibi ipsi præmium, ergo ex illa parte nihil magis rerum Inventoribus debetur. Respondeo totum illud verum esse vbi sapiens quispiam omni rerum copiâ affluens, sibi soli vacat, non autem si aliqui magna iam patrimonij parte (vt fit) consumpta, sustentatione necessitatis indigeant, & à rebus suis avocati, alijs servientes, Mercedem non Meriti sed, vt ex *Seneca* diximus, Occupationis suæ tantum ferunt: neque hi tamen Industriæ suæ præmium sordidè, & nimis Cupidè debent exigere, quod *Aristoteles* maximè ibi docere contendit & inculcare, alias in rigore, dicta eius veritatis fulcro destituerentur, nam Veteres, non solum Dromicis, Palestricis, Pugilibus, Pancratiasticis suum *Athlon*, sed sicuti Chirotechnæ *Epichera*, benefactori *Charisteria*, docenti *Didascala*, ita & Medico *Sotria* sua, sive *Soteria* assignarunt, & eodem mo-

Problem. sect. 30. n. 10.

Cæli. Rhodig. lib. 13. cap. 30.

Lib. 2. Dissert Anatom. c. 10. do secundum *Rolfinck Optyria Dora* rerum inventoribus decerni possunt, *Euretha Dora* rerum repertoribus deperditarum. Horum omnium Personam suo modo refert Medicus: deinde quia Pauperibus inservit gratis, ideo à Ditioribus licitè amplius potest exigere, in quorum cura, pro personæ qualitate & meritò plus operæ, studijque impendit. Quod si inter mercatores tantum industria valeat, etiam in foro interno, vt ingentem pecuniarum summam, quam consocius reciprocè exponit, compensare possit, non est ratio cur in Medicina prætio non æstimetur. Adde cum Secreta, quæ invenit non libenter pharmacopolis alijsvè communicet, ipse propria Manu illa præparare debet, & honestis manibus omnia lætius proveniunt, & curiosius fiunt, inquit *Plinius*, & huius causa quid amplius exigere est licitum, maximè à Ditioribus, ita tamen vt discretionis, & æquitatis limites non excedat, quod religiosus *Hyppocrates* nobis expresse in mandatis reliquit, dum ait: At verò remunerationis exigendæ acerbitatem, absque præparante ad disciplinam Cupiditate hortor, vt ne valde inducas, sed & ad opulentiam, & facultates respicias, quandoque verò etiam gratis cures, nempe quando sunt pauperes, Ditiores autem multam & exactam corporis suis curam & habent, & à Medicis haberi desiderant, & multò illis inservitur molestius: longè deterius Divites curantur, inquit *Galenus* (adeoque illud vetus est vitium) quam Pauperes, quoniam maior eorum pars Sanguinis missionem (v. g. & idem est de reliquis Remedijs) propter mollitiem, non admittit, tametsi magis quam Pauperes, redundantiæ sanguinis affectibus sint subiecti, vt qui magis cibis se implent, atque in otio vivant: certè circa omne Pharmacum fastidientes, præscriptorum & Varietate, & Multitudine delectantur; ab omni Chirurgi manu abhorrent, à vetitis non abstinent, proprio genio indulgentes nam, vt *Menander* ait:

Lib. 18. cap. 3.

In præcept.

Lib 11. Method. cap. 15.

Apud Stob.

Delitiæ nimiæ pariunt insolentiam,
Pecuniaque Dominum traijciunt suum
In mores alios, quam quos induerat prius.

Et vt illa absint, sæpius magnæ Conditionis, Qualitatisque personæ, sunt multum reipublicæ vtiles, ratione cuius Medici redduntur in Conscientia magis solliciti, vt non sint contenti Remedia monstrare, sed admoveant, ad suspecta tempora occurrunt, in turba multorum invocantium ipsi potissima cura sunt, tantum alijs vacant, quantum illorum valetudo permittit, atqui erga illos, inquit *Seneca*, non Mercede defungor, sed plus quoddam debeo, quia plus impendunt, quam Medicis (ordinariè loquendo) necesse est. Denique plus Medicorum Fama à Potentioribus periclitatur, plus obloquij eos fatigat. Scio ego quam difficile factu sit Consilium dare Regi, aut Imperatori, ait *Salustius*, postremò cuiqui mortali, cuius

In fragment.

Opes

Opes in excelso sunt : quippe cùm & illis Consultorum copiæ sint, neque de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens sit, quin etiam prava magis, quam bona consilia prosperè eveniunt, quia plerasque res, ex libidine sua agit Fortuna.

Alij ab ipsis ægris immediatè non petunt, sed à Pharmacopolis (in quorum Lucrum, & favorem superflua, & prætiosiora ægris præscribunt) suum commodum & vtilitatem habent, de quibus operæ prætium esse duxi latiusculè discurrere, & latentem in eo Iniustitiam detegere. Tam industriosam reddidit hominum nequitiam Auri sacra fames, vt turpissima sua Lucra necessitatis pallio sciat involuere, inde hæc est omni in re Animorum conditio, inquit *Plinius*, vt à Necessarijs orsa primum, cuncta venerint ad Nimium, ita quidem, vt in ipsa Medicina cui à Modo, & Temperamento nomen est, Intemperantiam crumenimulga invenerit Avaritiæ suæ cavitatem repleturam, de quo non iniustas querelas instituit *Plinius* scribens in hunc modum : hæc (ex silvis pratisque desumenda) sola Naturæ placuerat esse Remedia, parata vulgo inventu facilia, ac sine dispendio, ex quibus vivimus : Postea fraudes hominum, & ingeniorum capturæ Officinas invenêre istas, quibus sua cuique homini Venalis promittitur Vita. Statim Compositiones (pergit, ad rem nostram propinquius accedens) & Mixturæ inexplicabiles decantantur, Arabia, atque India in Medico estimantur, Vlcerique parvo Medicina à rubro Mari imputatur, cum Remedia vera quotidie pauperrimus quisque cenet. Ita *Plinius*. Hoc idem in hodiernam vsque diem vsus continuavit in populi detrimentum, propter duas maximè rationes quarum prima est, quod ambitiosulus Medicus per similia Bombisonantia verba, & exotica Remedia, popello admirationi esse cupit, & hæc est vana eius Ostentatio, de cuius generis hominibus suo tempore etiam *Hyppocrates* conquestus est, qui Glossocomia aliaque commodiora instrumenta in Dislocationibus, Gibbositate, Fracturis &c: prætereuntes, ad Scalas recurrunt : vtuntur enim maximè hi Medici, inquit, qui multitudinis Famam aucupantur, apud tales enim hæc in admiratione sunt, si aut Pendentem, aut Proijci aliquem, aut quæ his similia sunt videant ; & hæc celebrant semper, neque ipsis curæ est quale quid eveniat ex hac aggressione, sive bonum sive malum. Medici tamen qui talia studio habent, quos sane ego novi, imperiti sunt, inquit *Hyppocrates*.

Lib. 26. cap. 4.

Lib 24. cap. 1.

Lib. de Artic.

Secunda ratio est, quod aliqui nimium proprio, vel pharmacopolæ lucro inhient, eiusque ratione simplicioribus, viliorisque prætij Medicaminibus relictis, quamvis æqualis, aut etiam maioris virtutis sint, ad prætiosiora quantumvis non necessaria recurrunt, vt bursam pharmacopæi saginent, atque ex eo, quod pessimum, etiam propriam, si tamen similes in-

 ve-

veniendi sint, qui in Officina alicuius pharmacopolæ suam partem habent vel receptorum Decimas stipulantur, & ideò cum tertij detrimento libera lius præscribunt, si dico tam largæ conscientiæ, & perfrictæ frontis homi-
Mineralog. Lib. 2. cap. 4. sect. 11. nes reperiantur, quia *Cæsius* dicit, nefas planè esse, vel leviter suspicari, i quod plerique imperiti temerè effutiunt, Medicos tam ægre permittere Sti bij, seu Antimonij crudi vsum, quod ita pepigerint cum Myropolis, quo rum Lucra pessim irent, si daretur locus Medicamento, quod dicto citiu omni liberaret Morbo: quod si ita sit, quod Deus avertat, similes cert Medici, quomodo à Furto excusandi sint, vix video. Meo Proverbio Il-
Lib. 3. peritissimi sunt, qui paucioribus sanant, idque *Celsus* me docuit quando ai Non facile Sanguinem mittere, non facile ducere Alvum &c: Huius opi-
Doctr. 2. de reg. Curat. Morbi § 11 nionis etiam fuisse patet *Arnaldum à Villanova* dicentem: Modestus & sa piens Medicus nunquam properabit ad Pharmaciam, nisi cogente necessi tate, cum etiam debilia, quibus corpus non indiget, sint nociva.

Verum vt circa has præscriptiones aliquid certi statuatur, vel illa qu imperantur, sunt Necessaria ad salutem simpliciter & absolutè, & tun quamtumvis prætiosa fuerint, lucrumvè pharmacopolæ adferant, tuta ni hilominus conscientiâ à Medico ordinari possunt, idque probari videtur e
3. p. q. 51. a. 2. ad 3. Ioan. c. 19. D. *Thoma* dicente: Ex eo quod corpori Christi adhibita fuerunt Myrrha & Aloë in eius sepultura, dari nobis exemplum, quod licitè possumus aliqu bus prætiosis vti Medicinaliter, pro necessitate nostri corporis conservand Vel illa quæ imperantur sunt talia, quæ ad salutem aliquo quidem mod conducunt, quatenus illam vel accelerant, vel securiorem reddant, & tunc Personis, qualitate, aut Divitijs excellentibus, similia præscriber non est illicitum, quamvis, absolutè loquendo, absque illis sanitatem ac quirere possent, sufficit enim in persona notabili, quod non tam citò, a securè convaluisset.

Quod si Phantasticus æger sit, qui insufficientem sui curam à Medico ha beri iudicat, nisi singulis visitationibus, Pixidibus, Pulvisculis & Cond tis, eius mensa luxuriet, aut tantus vanæ Gloriæ amator, & ad Divitia rum suarum ostentationem, non nisi prætiosè sanari desideret, ita vt Med cus eo maiorem sibi Fidem & Amorem conciliet, quo rariora, inusitatio ra, & cariora præscribit; tunc Medicum honestum Pharmacopolæ lucru
Lib. 22. c. 6 procurare posse, vix dubito, quamvis hos *Plinius* explodit dicens: Add
Cap. 10. 11 dere vivendi prætia Deliciæ, Luxusque: sapientior æger *Ecclesiastico* est, q multa redimat modico prætio, nihil scilicet rei prætium, sed Virtus sanita confert.

Lucret. Lib. 2. pag. 61.

Nec calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus si in picturis, Ostroque rubenti
Iactarit, quam si plebeia in Veste cubandum est.

Vnde Cordati Medici ne ob proprium aut Pharmacopolæ lucrum ipsam animam perdant, extra casus iam dictos, suis Remedijs vtuntur, sicuti alij Medicis, hoc est non nisi in necessitate vrgente, alias minimè, sicuti

Cum Mare compositum, securus Navita cessat, Ovid.

Cum timet, auxilijs assidet ille suis.

Non Quantitate, aut Numero patientes obruendo, sed pro re nata, nisi illa propinando, quibus verè indigere iudicaverit: nam vt Clarissimus *Puteanus* (quamvis non Medicus) benè monet: Morbis secura illa Pharmaca sunt, quæ paulatim Sanguinem corrigunt, & Valetudinem velut volentem reducunt: neque exotica, & quæ longè ab vsu absunt offerenda, quia *Arnaldo Novano* teste, Fallax, aut ignorans est quærens inusitata & rara, cum possit communibus languido subvenire. *Dissert. de Inducijs.* *Lib 26. c. 4*

Respond. ad 1. ex *D. Thoma* quod iustum Prætium rerum, non est punctualiter determinatum, sed magis in quadam Existimatione consistit, ita quod medica additio, vel minutio, non videatur tollere æqualitatem Iustitiæ. *22. q. 87. a. 1.*

Ad 2. Vocem *Carius*, non dicere comparationem inter alios Inventores, sed inter iustum ac adequatum Valorem, & Remedium ipsum, vnde vnusquisque pro sua industria, & inventione studiosa dicimus, aliquid amplius exigere potest, quam alias illius Remedij morale pretium est ex se ipso.

Ad 3. Per *Novitates* ibi intelligi vana quædam, & ad nihil vtilia, nisi vt Vulgus applausum aucupentur, vti sunt Funambulationes, Mimorum gesticulationes, Chirosophiæ Ludrica &c: non autem illa quæ salutem corporalem promovendo illum magnificare nata sunt, qui quærentibus dicit: *Invenietis.*

QVÆSTIO XLIX.

An vni Medico liceat Supplantare alterum?

ARgum. 1. Qui intendit rem licitam non facit illicitum, sed vnicuique licet proprio suo commodo, & rei domesticæ consulere, ergo Medicus licitè supplantat alterum, si aliter sibi ipsi præ alio prodesse nequit.

2. Si hoc esset illicitum, ideo foret quod ordinariè id astutè fiat, sed Astutia non videtur esse illicita, nam *Proverbior. cap.* 1. sententiæ & parabolæ etiam ad hoc sunt institutæ, *Vt detur parvulis Astutia*, ergo Supplantatio non est illicita.

3. Supplantatio est species Doli, vel fit per ipsum, sed Dolus non semper videtur esse illicitus, illo enim vsus est *D. Paulus*, ex propria eius confessione *2. Cor. 12*

dicens : *Cum essem Astutus , Dolo vos cœpi* , ergo Supplantatio non illicita.

SED CONTRA est illud D. Pauli 1. Thessalonicens. 4. v. 6. *Ne quis Sup gerdiatur , neque Circumveniat in negotio Fratrem suum , quoniam vind est Dominus de omnibus.*

CONCLVSIO.

Nullo modo licet Medico socium suum Supplantare.

QVæ *Ovidius* nobis scripto reliquit :

Scilicet Ingenijs aliqua est Concordia iunctis ,
Et servat studij fœdera quisque sui
Rusticus Agricolam Miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ Navita puppis amat.

à Vulgo falsificari doleo , à Medicis , me Medicum pudet. Figulus Figulu odio habeat , vile Parhematum suorum mancipium ; at Medicus passion bus servire desinat illarum imperio natus : nam vt *Scribonius Largus* ait ver *In Præfat.* simè , Invidentiæ crimen cum omnibus animantibus invisum esse debet tu præcipuè Medicis , in quibus nisi plenus Misericordiæ , & humanitatis an mus est , secundum ipsius professionis voluntatem , omnibus Dis & hom nibus invisi esse debent : & revera quantum ex eo mali proveniat , *sequ Quæstio* demonstrabit ; hic Invidiam , Odiumque levi digito tetigisse suf ciat , in quantum scilicet parentes Supplantationis sunt , de qua præsens e Quæstio.

Quod Clarissimus vir *Puteanus* præceptor meus (de quo dicere possem illo nihil cognovi subtilius in omnibus rebus , maximè in distinguendis , curandis vitijs , quod de Crispo Passieno olim pronuntiavit *Seneca*) in om *Præfat. lib. 4 quæst. natur.* nibus aliquando Belgis expertus est , in solis Medicis desiderari erubesco audi quæ de Belgis refert diligentissimus morum Censor : Divitias alij , in *In palæst. bon. ment.* quit , sine fraude partas Belgæ glorientur ; maximum damnum honestan putant , cum vt res nostras augeamus , alienas imminuimus. Cupiditate nemo fraudibus accendit , sed suæ quisque vtilitati servit , sedulus ne Iniu riam capiat , religiosus ne faciat. In omni Commercio honestissimum natur consilium sequimur , vt turpe lucrum putemus , quod alieno damno cre scit : & paulò pòst à Natura sua hanc peccandi Audaciam impetrare no potest , vt falleret Belga , aut alienis spolijs facultates suas augeret. Quan benè doces vir Amplissimè , quæ fieri deberent , quam parum dicis de ill

qu

quæ fiunt: Invidia nullibi altiores radices egit, quam in Medicorum hortis quod & tacitè forsan apud *Stobæum* illis improperat Euripides, quando illam à Medicis etiam evelli exoptat, magnam ex eo laudem reportaturis; ait enim.

Quæ Mater, aut quis Genitor infelix malum,
Inauspicatam sævit Invidentiam?
Vbi, quas adepta corporis partes, sedet?
Tenetne media Viscera, an geminas Manus,
An luminum orbes? quanta laus Medicis foret
Ferro, vel herba, vel salubri Poculo
Auferre generis pessimam humano Luem!

Nam sicuti malum hoc nascitur ex singulis defectibus, Superbia, scilicet, Ambitione, Vana Gloria, Epichærecacia, Philautia, Avaritia &c: ita in pessimis Liberis procreandis est fœcundissima, quales sunt Calumnia, Improperium, Derisio, Circumventio, Detractio, Dolus, Discordia, Susurratio, Exultatio in adversis proximi, & Afflictio in eius prosperis, de quibus plura apud *D. Gregorium*, quæ omnia tamen simul, ordinariè in vna Supplantatione concurrunt, quorum pleraque ex genere suo inter peccata mortalia à *D. Thoma*, alijsque post illum Theologis recensentur, quandoquidem in re gravi, absque notabili proximi detrimento non contingant. Læsio enim quæ Supplantationi annectitur, dupliciter fieri potest secundum *D. Thomam*, vno modo in manifesto, & hoc fit per Contumeliam: alio modo occultè, & hoc fit per Detractionem. Ex hoc autem quod aliquis manifestè verba contra alium profert, videtur eum parvipendere, vndè ex hoc ipso dehonoratur: & ideo Contumelia detrimentum adfert honori eius in quem profertur. Sed qui verba profert contra aliquem in occulto, videtur eum vereri magis, quam parvipendere, vndè non directè infert detrimentum honori, sed Famæ, in quantum huiusmodi verba occultè proferens, quantum in ipso est, eos qui audiunt facit malam opinionem habere de eo, contra quem loquitur. Quidnam autem hoc vitium Medicis tam familiare reddiderit, in ambiguo est. Pro invidia facit, quod olim in Proverbium abierit, *Medicorum Invidia*, quod hac nulla vel capitalior, vel vehementior fuerit: pro Avaritia est, quod Apostolus illam radicem omnium malorum appellet, vndè huic vitio vel originem, vel non parvum succendiculum præbere suspicanda est: atque ideo Esculapium fulmine percussum memorant veteres, quia Avarus erat, & ideo mortem habuit clariorem, inquit *Lactantius*, quod à Iove fulminari meruerit. Quidquid hac de re fuerit, cum multos Medicos omnium rerum copia affluentes pessima hac labe etiam viderim commaculatos, Invidiæ potius, quam Avaritiæ imputarem, quæ eo

Lib. 31. Mor. c. 31.

22. q. 73. a. 1. in co. p.

eo censenda deterior, quod in ipsis quidem brutis, omni ratione care-
Lect. Antiq. lib. 20. c. 30. bus invenienda non sit; nam scitè *Cælius Rhodiginus* censet Invidiam dumta-
esse hominis, & adversus hominem, neque enim inter Feras invidia f-
rit, inquit, vt quibus nullum sit de Felicitate alterius iudicium, neque G-
riâ titillentur, aut Dedecore moveantur, quibus rebus incrementa Invi-
subijci palam est.

Videns Dominus Deus inveteratum, & radicatum hoc malum nulla p-
hibitione, reprehensione aut punitione auferri posse, de eius extirpati-
quasi desperans, omnes per Prophetam suum præmoneri voluit, vt vn-
quisque sibi caveat,, cunctos habeat suspectos, & cautè ac diffidenter,
Cap. 9. v. 4. & 5. securè, in omni negotio procedat: *Vnusquisque se à proximo suo custodi-*
inquit Ieremias, *& in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis fr-*
supplantans, supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet: & vir frat-
suum deridebit, & veritatem non loquentur. Variæ sunt machinationes, in-
Noct. med. cap. 15. *Freitag*, quibus multi alios sui ordinis elidere, & sese ipsos insinuare,
promovere annitantur; id vero odio longè dignissimum est quod alte-
nominis ruina, gradum ad propriam gloriam, & emolumentum fa-
contendant. Alij se ipsos præ alijs extollere conantur, dum secreta sua c-
mica iactant, quorum præparatio peculiarem Cherotechniam, nulli p-
terquam sibi met solis notam, requirat vel domi potiunculas, tanquam
chimagiri, concoquunt, quas ægris omnibus indifferenter obtrudunt,
que sub eo titulo, quod sua secreta (sub qua scena dico leguminosa,
Herbacea iuscula præparant) nolint propalare: Alij temeraria facilitate
servili promptitudine suas operas vltro offerunt, aut ioco, facetijs & as-
tatione rudium, & indoctorum favorem captant: alij more empyricor-
experimenta certa quæ observarint, vel in exoticis locis didicerunt, eb-
cinant, aut quod Galliam, Italiam, Vngariam, Angliam, vbi mirac-
viderint, aut facere didicerint, peragraverint, maiorique proinde fide
æstimatione digni sint stentoriè clamitant, ceteros præ se tanquam volitan-
vmbras ex alto despiciunt, & sugillant: audiant vero *Hyppocratem* dicente-
Lib. de præcep. impudentem iactantiam industriæ, & laboris impotentiam ostendere,
idem iure iurando affirmare audet Medicum ratione vtentem, alterum n-
quam invidiosè calumniaturum, cum tamen Αφ?... deberent esse musar-
fores, & invidiæ expertes. Quare cordatiores Medici, generoso ani-
Supplantationem tanquam indignam, & vilissimam despicientes, i-
„ Chrysippi apud *Ciceronem* in mente habeant: Qui stadium currit, enit-
„ contendere debet quam maximè possit, vt vincat, supplantare eum q-
„ cum certat, aut manu depellere nullo modo debet: sic in vita sibi qu-
„ que petere quod pertinet ad vsum, non iniquum est, alteri subripere
„ non est. Ita ille

Resp. ad Argum. 1. Quod Finis solus, sive res intenta non iustificet actum, sed requiritur vt etiam omnia, quibus Finem consequi desiderat, Media sint licita, tale medium non est Supplantatio.

Ad 2. Ex D. *Augustino* Sicuti Prudentia abusivè quandoque in malo concipitur, ita etiam Astutia aliquando in bono, sed hoc fit propter similitudinem vnius ad alterum, alias ex mente D. *Thomæ* & *Aristotelis* propriè Astutia in malo accipitur, & est in conscientia illicita. *In 4. cont. Iul. cap. 3. 22. q. 55. art. 3. lib. 6. Ethic. cap. 11.*

Ad 3. Illa vox *Dolus*, tam benè quam *Astutia* propriè accipitur in malo, & abusivè tantum in bono, nam vt D. *Thomas* docet: Dolus peccatum est, ad Astutiæ executionem spectans. *22. q. 55. a. 4.*

QVÆSTIO L.

An in consultationibus Medico liceat, aut teneatur aliquando ab alijs dissentire?

ARgum. 1. hoc absque notabili Contentione fieri non potest, sed Contentio videtur esse peccatum mortale, quia Apostolus illam numerat inter opera Carnis, quæ qui agunt, *Regnum Dei non poßidebunt* ergo Medicus non potest ab alijs dissentire. *ad Galat. 5.*

2. *Proverb. cap. 6. Sex sunt quæ odit Dominus & septimum detestatur anima eius*, nempè qui seminat inter fratres Discordiam, hæc ex Dissensione Medicorum confratrum natum est fieri, ergo Dissentire est illicitum.

3. Dissensiones illas plerumque comitantur Rixæ quæ sunt filiæ Iræ, secundum *Gregorium*, ex Ira oritur Rixa, & *Proverb.* 15, dicitur: *Vir Iracundus provocat Rixas*, atque has omnes Medicus tenetur impedire, quantum in se est ergo. *31. Moral. c. 31.*

4. Possum evitare, ne meo me damno invisum reddam, præcipuè si per meum Dissensum prodesse nequeo, si v.g. ego solus reliquis aientibus contranitar, ergo illo saltem casu, non teneor actu Dissentire quamvis opinionis contrariæ sim in Animo.

SED CONTRA facit exemplum D. Pauli quando Actor. 23. *Ratione dictorum eius, facta est Dissensio inter Pharisæos. & Saducæos.*

CONCLVSIO.

Quisque Medicus nullo habito respectu suam sententiam profe tenetur in conscientia, sive illa Consona cum aliis fuerit, sive Dissona.

MVlta crede mihi deprehendas in rerum Natura, si singula benè e mines, in quibus cecutire humanum Intellectum sit necesse, ait tinus noster *Fernelius*: & huius certè testimonium nulli verius, quam Medici, licet inviti, exhibere possunt, in quorum Arte & scientia, ca tam intricati, tam graves & obscuri Morbi contingunt, vt ipsum *Hyppocra* fateri non puduerit, sese quantumvis exercitatum adhuc plurima ignoras ait enim ad Demetrium: Neque licet iam senex ad Artis medicinæ summ perveni, neque etiam ipsius inventor Æsculapius, sed & ipse à sese in m tis dissensit, velut eorum, qui scripserunt, libri nobis tradiderunt.

Tom. 1. cap 7. de Lue Vener.

Epist. 14.

Propert. lib. 2.

Quippe vbi nec causas, nec apertos cernimus ictus,
Vnde tamen veniant tot mala, cæca via est.

In his tenebris lumen aliquod accendit humana Solertia, atque va Consulendi modos adinvenit, vt quod magnitudini vnius intellectus dee plurimorum multitudo compenset: inde veteres Consilium Divinitatis mitem appellare; & Socrates apud *Platonem*, rem Sacram esse dicit. Co tingit itaque Morborum calamitatibus afflictos, per modum Quæstionis scripto, vel Consultationis viva voce malorum solatia expetere, nec est qu vulgus hoc improbet, aut ipsi Medici ægreferant, nam dum propriæ fra litati sapiens quisque diffidit, aliorum adiutorium humiliter implorat, mem in casibus intricatis, plus Oculos videre quam Oculum: Nec verò inde rè se geret Medicus ille, qui in rei præsentis angustia circa ægrum alique & imperitia tenebras offundente, aliquem accersere iusserit, quo ex co muni consideratione res ægrorum inquirantur, & cognoscantur, & illi co peratores fiant ad auxilij ferendi facultatem: & certè si couvalescat infirmu honoris est particeps, si quid humanitus accidat, facilius cadaver à plu bus defertur ad tumulum, hoc est levius maledicentium ictus plures ex piunt; nempè facilius multitudini condonatur, & vbi plures offendun nemo punitur: hoc tamen maximopere in Primarijs Personis locum ob net, vt *Salustium* aliquando docuisse nuper retuli.

In Theag.

Supposito itaque, Consultationes plurimum non solum salubres esse, & interdum necessarias, in presenti Questione indagandum, quo mo quisque Medicus in ijs sese gerere & possit, & debeat. Certum est, vnu

quer

quemque liberè proferre debere id, quod secundum Artis, & Conscientiæ dictamen faciendum, omittendumve esse iudicaverit: non quod postremò dicens præcedentium allegata approbare teneatur, ne fortè illorum indignationem incurrat: neque iunior ex pusillanimitate, aut spe promotionis, seniorum dicta laudare, sed nullo prorsus hominum respectu habito, audacter quisque sententiam suam proferat, quæque ab alijs contra illam regeruntur, cum fundamentali ratione vrbanè refellat: nam altercans illa disputatio, exacta casus discussio, dicta sua argumentis tam pro, quam contra allegatis stabilire, tanquam Ventilabra sunt, per quæ ex Dubitationum paleis granum Veritatis secernitur: Oportet non timidè, velut in templo, omnia horrere, omniaque superstitiosè revereri sed sumpta audaciâ consuescere de eo quod decet, & rectum est, liberè pronuntiare, inquit *Plutarchus*, & si quispiam prægnantibus rationibus tua dicta impugnet, absit Invidia & prava Emulatio, ostendamus, cum *Augustino*, fieri posse, vt inter Charissimos aliquid alterutro sermone contradicatur, nec tamen Charitas ipsa minuatur, nec Veritas Odium pariat, quæ debetur amicitiæ, sive verum sit illud quod contradicitur, sive Corde veraci qualecumque sit dicitur, non retinendo in mente, quod distet à labijs: Quod si fortioribus argumentis tua sententia expugnetur, exulet omnis passio, cedat humiliter, & *D. Cypriani* consilio insistat dicentis: Non pertinaciter nostra amemus, sed quæ à Fratribus, & Collegis nostris vtiliter, ac salubriter suggeruntur, si sint Vera ac legitima, nostra potius dicamus. At verò si superciliosus aliquis, vel Odio præventus, opinionem tuam debilitet, non quia mala est, sed quia à te, cui malè vult, dumtaxat prolata: aut etiam fermento Doctrinæ turgidus ad omnia oggrunninat, seque præ alijs despici existimans Rixas, Iurgia, & Cavillationes prolaturus, nisi calculum eius, & meliore relicto, & non sine patientis detrimento arripiatur ab omnibus? neque hæc fortem & constantem Medicum movebunt, oriatur Discordia, etiam *D. Thomæ* laudabilis illa est, si ex bona voluntate, & bona fide procedat, quod exemplo Omnipotentis Medici confirmat dicentis, *Non veni Pacem mittere, sed Gladium*, & in simili casu pro damno quod ex eius adulatoria conniventia patiens incurrit, illum Medicum peccare certum est, qui timidè simulans malum, alterius consilium admittit, eam *D. Gregorio* teste, Qui non corrigit resecanda committit, & facientis culpam habet, qui quòd potest corrigere, negligit emendare.

Lib. de audiend. Poët. *Epist. 19.* *Epist. 71.* *22. q. 37. a. 2.* *Matth. 10* *In Reg.*

Fateor similes Medicorum Discordias, & Rixas non solum omnem Artis præclarissimæ auctoritatem infringere, sed & ipsis ægris notabile detrimentum inferre, quoties rebus turbatis, vt *Tacitus* loquitur, malum extremum, Discordia accedit, quam grave autem peccatum illam causanti futurum

Lib. 4. Annal.

futurum

Relata L. di. vt eum futurum sit *S. Augustinus* his verbis declarat: Cogunt, inquit, multas inve
nire Medicinas multa experimenta Morborum, verum in huiusmodi causis
vbi per graves Dissensionum scissuræ, non huius, aut illius hominis per
De bell. Belg. com. 2. culum, sed populorum strages iacet: & post eum *Famianus Strada*: No
plura Medicorum Dissidio funera, quam corruptæ Discordiâ ducum, v
ctoriæ numerantur, quod aspera facetiâ *Oënum* dicere coëgit, quamv
falsò.

Nunquam crede mihi à Morbo curabitur ager,
Si multis Medicis creditur vna Febris.

At quid aliud dolosis suis machinationibus efficiunt Invidiæ mancipia
quam Artem maximè Divinam, vulgo reddere suspectam? Medicorum an
plissimum ordinem deridiculo & contemptui exponere, sibique, ac ali
sui generis, promotionis viam occludere: nam summam inde calumnian
Medicos occasionem arripuit *Cornelius Agrippa*, quod licet in plurimis pro
tervè & scurriliter fecerit, tamen non adeo ineptè *Lib. de Vanit. Scientia*
Medici homines, ait, omnes sunt Discordantissimi & Iuvidentissimi:
enim omnes à se invicem dissentiunt, vt nullus reperiatur Medicus, qui c
tra Exceptionem, Additionem, vel Permutationem præscriptum ab ali
Pharmacum comprobet: quin imò qui laceret, mordeatue ne videlicet ipse v
deatur non melior Medicus, si alterius, vel optimo consilio nihil detraxe
rit, vel his quæ sæpe etiam nimis multa sunt, aliquid addiderit: nam quidqu
probat vnus, ridet alter, & quæ pauca sciunt recondunt, monstrare n
lunt, quasi neminem docere in Aucthoritate scientiæ sit, Invidentesque ali
vitam nostram spoliant alienis bonis.

Non extra propositam nostram materiam querere foret, vtrum Medic
ab alio Iniuriâ affectus, sese possit defendere, & quomodo, maximè
Quæst. 72. a. 3. Contumeliæ addantur, vt ordinariè solent? & respondet *D. Thomas* Affi
mativè dicens: Quandoque oportet vt Contumeliam illatam repellemu
maximè propter duo, primò quidem propter bonum eius qui Contum
liam infert, vt videlicet eius Audacia reprimatur, & de cætero talia non a
tentet secundum illud: *Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi*
piens videatur: alio modo propter bonum multorum quorum profectus in
Homil. 9. sup. Ezechiel. peditur propter Contumelias nobis illatas; vnde *S. Gregorius*: hi quoru
vita in exemplum imitationis est posita, debent si possunt Detrahentiu
sibi verba compescere, ne eorum prædicationem (dicant Medici Consili
non audiant qui audire poterant. Quod autem defensio illa similiter n
Quæst. 69. possit esse Contumeliosa, docet *Ibid. Doctor Angelicus*, quod verò fieri po
sit, vel ex eo patet, quod nimis durum esset vnumquemque Bona s
tueri posse, & non bonum suum Nomen, quod prævalet Divitijs multi

N

Nescio, dicit Rabanus, *quis nostrûm possit implere, vt laceretur opprobrijs Fama nostra, & exultemus in Domino, eleganter enim in quodam volumine legimus: quod si non queras Gloriam, tamen dolebis cum Inglorius fueris.* Deinde secundum Iuristas *L. scientiam* §. 4. *ff. de lege Aquilia.* Item *L. Isti ff. quod metus & L. ista ff. de manumissi vindicta &c:* Famæ vt Vitæ habenda ratio est, ijsdemque nititur legibus honor, & Fama hominis, quibus Vita; vndè infert *D. Thomas.* Illis ergo quibus incumbit ex Officio, vel ex Statu perfectionis aliorum saluti providere, peccant nisi Infamiam propriam iuxta posse repellant; & hæc Communis Theologorum est vndè *Bañez.* Imò *Sair. Claveregia* vniversè docet, quod persona publica (quibus non malè Medicos annumeres) volens permanere in Officio suo, peccat mortaliter contra Iustitiam, remittendo restitutionem Famæ; Medici tamen quamvis propter rationes superius allegatas Calumnias avertere possint, non semper tamen ad hoc obligantur, sed potius *Patientiam* exerceant, *quæ sicut necessaria est in his quæ contra nos sunt, ita etiam in his*, ait D. Thomas: *quæ contra nos dicuntur: Qui inquirebant mihi mala, locuti sunt vanitates, ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non apperiens os suum*, plura de hac apud *Hieron. Drexelium* lectione digna in *Orbis Phaët.*

Sup. illud Matth. 5. Gaudete & exult.

Quodlibet 11. q. 6. a. 2.

In 22. q. 62 a 2, dub. 11. concl. & 2.

Lib. 11. cap. 7. n. 15. 16.

Cap. 11.

Alia difficultas quoad illos Medicos restat, qui Secreta sua Remedia in Consultationibus nolint propalare, dum interim æger summo periculo exponitur, vel moritur etiam eius defectu? dico hoc rarius contingere, quam multi putant, sæpius tamen Nugivenduli inveniuntur, qui hoc ægris persuadent, & non nisi communia & ordinaria propinant: si verò Medicus arcanum aliquod Medicamen habeat sibi soli notum, iudico talem hoc laboris sui præmium, & industriæ fructum, alijs communicare non debere, sed sufficere, hoc ipsum ægro indicare, cui (nam tanquam Secretum & præstans Remedium estimari non potest, de cuius efficacia non constat) per exempla aliorum fidem faciat: & si patiens tunc ea dumtaxat conditione annuat, ut alijs quoque Medicis examinandum tradatur, liberè hoc ipsi, & licitè denegatur, nam secretarius, vt ita dicam, non tenetur cum tanto suo damno succurrere, cervicosè experientiæ resistenti. A peccato verò vix excusandum putarem esse illum Medicum, qui præstantissima aliqua Arte, aut Remedio in multorum languentium iuvamen callens, tam mordicus sibi retinet, vt illud secum in Sarcophagum sepeliat, atque tam prætiosum Talentum in terram defodiat; nam vt Sapiens ait: *Sapientia absconsa, & Thesaurus invisus quæ vtilitas in vtrisque? melior est qui calat Insipientiam suam, quam homo qui abscondit Sapientiam suam*: neque hoc ipsum Galenum nostrum latuisse, patet ex eius confessione: Ego omnia, dicit, quorum cognitionem ab initio adeptus sum, ijs qui inquirebant impartij, cupiens vni-

Eccl. 20. v. 32. & 33.

Lib. 2. anat. cap. 1.

versos homines, si fieri possit, ea perdiscere; etsi iam nonullos intellig
alijs nolle, quæ est ipsorum Invidia, communicare.

Qualiter autem peccet, qui salubre consilium, vel ex reverentia si
vel propter alias nunc allegatas rationes celat, ex parvitate, & magnit
ne materiæ iudicandum: quare qui in conscientia securior esse volet, c
nium humanum respectum despiciens, rotundè & aperto ore sentent
suam pronuntiat: Nec quisquam hic obiecerit: sum adhuc nimis Iuvenis,
tantæ aucthoritatis, & similia, nam ficulneæ hæ rationes sunt, inquit *Dr*
Orb.phaët cap. 9. *lius*, nec Assem valent: Fides ægro tacitè promissa, & Conscientia Di
Timoris non expers, illa humana omnia terriculamenta contemnit, vni
Dux belli, nescio quot fugientes in aciem, & ordinem potest compelle
& quamvis restitisse fortè nihil proficeret, votorum numero convicto, f
est Officium suum fecisse, fructus Conscientiæ maximus est, muneri
non defuisse. Falluntur quam maximè qui dicendi libertate omnem au
torum, sociorum, & patientium gratiam amitti existimant, cum eam n
gis, magisque demerentur, Virtus, & Veritas vbique amabilis, quan
que torvis oculis primò aspectu salutatur, sed agnita benignius aspicitur,
humanius.

22.q.38. a.1. Resp. ad Argum. 1. ex *D. Thoma* quod Contentio, qua impugnatur v
ritas inordinato modo, & intentione prava, peccatum mortale est:
Contentio, quâ debito ordine ac modo impugnatur Falsitas, de qua hic a
mus, laudabilis summè est.

Ad 2. Seminare Discordiam non esse malum intrinsecum, sed è conver
causare Discordiam, per quam aufertur mala Concordia, & Collusio, v
ex mera malitia, vel ex ignorantia orta, meritorium opus est, vti patet
D. Paulo supracit.

Ad 3. Rixæ (concesso quod sit iræ proles) non semper sunt pe
caminosæ, vti nec Ira ipsa, vti patet ex hoc scripturæ: *Irascimini & nolite p*
care; sed illæ dumtaxat, quæ malo animo, & deliberatè excitantur: qu
si tamen, ob hoc, quod quis rectè procedat, & bona fide, oriatur li
gium, ille viderit qui occasionem huius sibi vltro arripuit, benè, & secu
dum Conscientiam tantum agenti imputari non potest.

Ad 4. Qui sola hac Charitatis lege obstringitur, *alteri id quod melius*
consulere, posset propter rationes iam allegatas fortè omittere: sed Medic
etiam ex Iustitia Veritatem dicere obligatur cum detrimento suo, & a
De Card. Quæst. 10. quando contra torrentem niti, vti explicatius docet *Hieronymus Albanius*.

PARTIS PRIMÆ

FINIS.

PARS SECVNDA

ALIAS

à

MEDICIS

PERSONAS

CONCERNENTIA

COMPLECTENS.

PARS SECVNDA

ALIAS A MEDICIS PERSONAS CONCERNENTIA COMPLECTENS.

QVÆSTIO I.

An Princeps & Magistratus debeat medicinæ praxim in Ditione & Civitate sua admittere?



Rguitur 1. Princeps & Magistratus tenentur illorum doctrinam in politicis revreri qui in arte illa maximè excelluerunt, inter quos postremus non est Sapientissimus *Cato*, qui tamen *Plinio* teste ita filio scribit: Dicam de ipsis Græcis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit illorum litteras aspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorum, & hoc puta vatem dixisse. Quandocumque ista gens suas litteras dabit, omnia corrumpet, tum etiam magis si Medicos suos huc mittet, ergo nullo modo in Republica admittendi sunt. *Lib. 29. cap. 1.*

2. à Republica resecanda sunt omnia superflua & onerosa, qua de re Romani, aliæque ante illos gentes, Arcades & Babilonij per multa sæcula sine Medicis vixerunt, & Romani post Sexcentos Annos etiam Medicinæ Avidi eam Expertam damnarunt, inquit *Plinius*, ergo & Medici à republica resecandi. *Ibid.*

3. Nimis inhonestum & scurrile apparet Reipubl. tam spurcos & sordidos homines alere, qui ex artis præscripto non solum inspiciant, sed & tractent Vrinas, Saniem, Vomitum, Menstrua, aliaque mortalium excrementa, quæ vel cogitanti tantum nauseam provocant, ergo meritò à Republ. arceantur.

SED CONTRA Facit Illud Ecclesiasti; *Da locum Medico, etenim illum Dominus creavit, & non discedat à te quia opera eius sunt necessaria.*

CONCLVSIO.

Medicis cum eget Civitas indicatur inibi esse malam tum Animæ tum Corporis disciplinam, & œconomiam.
PLATO IN PHÆDRO.

NOn mihi hic lis est cum illis qui Medicinam Artem esse contendunt non Scientiam, vel è converso, qui pro indubitato habeam, Scientiam & Artem, etiam in rigore sumendo, non differre formaliter, idque ab *Aristotele* in transnaturali Phylosophia edoctus, Scientiam in Speculativam & Practicam, seu contemplativam & activam dividente, quæ ambæ nihil aliud, quam aggregatum in anima ex pluribus habitibus significant solo fine discrepans, & non aliter. Non est, inquam, hæc corda quam tangimus, sed de Medicinæ (quomodocumque eam nuncupaveris) honestate agitur, quam, vti nec maximam eius Vtilitatem, ne dicam Necessitatem, probatu non difficilem existimo, adeoque ab omni Republica ambabus
Epist.118. manibus amplectendam. Exordior à primò: *Honestum est*, inquit *Seneca*, *perfectum bonum quo beata vita completur, cuius contactu alia quoque bona fiunt.* Finis & obiectum à quo scientia hæc, sicuti & omnis actus, suam speciem desumit est sanitas, *Angelici Doctoris* testimonio, quod hæc autem inter vitæ
22.q.1.a.1 bona sit quid perfectissimum, ex eo patet, quod sano, benè valenti & disposito nihil in hoc mundo deësse videatur, hic enim etiam sine opiparis ferculis saturatur, sine splendido amictu tegitur, sine molli culcitro quiescit, hic propria virtute sine fulcro vehitur, sua manu sine censu nutritur: non
Ecclesiasti. cap. 30. 14 honor deest, quia *Benè qui latuit, vixit*: Non divitiæ, quia *Melius est pauper sanus, quam Dives imbecillis, & corpus validum, quam Census immensus, non est enim Census super Censum salutis corporis*: his, & Poëta subscribit Venusinus,

Si Ventri bene, si lateri est Pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt Regales addere maius.

Et certè quæ Fortuna, quis honor illam vitam beatam reddent, cui sanitas deëst cunctæ beatitudinis complementum? nam sive ipsam Medicinæ Artem, sive Finem eius Sanitatem attendas, solo contactu alia, etiam ex se mala, bona efficit. Illa disiuncta coniungit, excedentia temperat, nocentia propellit: hæc paupertatem tolerabilem, laborem levem, exercitium salutare, omnium cibum sapidum, omnem potum gratum reddit, tanquam omnium

omnium rerum optimum & suavissimum condimentum. Neque hoc ab vllo ævo maiores nostros latuit, quidquid aliqui, ne ipsa quidem Sanitate digni, nobis de priscis temporibus obijciunt, nunquam enim antiqui ipsam Medicinæ Artem, aut Scientiæ institutum, sicuti illam malè exercentes, damnarunt, quod *Plinius* etiam vtique, maximè vero *Lib.* 26. confirmat his verbis: Durabat tamen antiquitus firma (Ars Medicinæ) magnasque confessæ rei vindicabat reliquias, Asclepiades ætate magni prompæi Rhetoricæ (nota) magister, nec satis in ea arte quæstuosus, vt ad alia sagacis ingenij huc se repente convertit, atque vt necesse erat homini, qui nec id egisset, nec Remedia nosset Oculis Vsuque percipienda, currenti, ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit, totamque Medicinam ad casum revocando coniecturam fecit. Hæc *Plinius* de illo, nec minus de alijs alibi: Herophylus, ait, omnes ante sectas damnavit: & de Thessalo schismatico (de quo & *Brunsfeldius*) quod fuerit homo iactator, & sui temporis Medicorum Alpha: & de Chrysippo qui Hypocratis, inquit, & Prodici placita primus mutavit, tumultuaria quadam garrulitate: ita de Cricia, de Petrono Diocletis Carystij successore, de Hermocrate, alijsque qui inscitiæ, vel ostentationis causâ, totam Medicinam evertere conati sunt, quorum dissensiones & scismata, magnum & ægris detrimentum, *& Arti Medicæ* ignominiam peperêre, *quæ omnium* tamen *artium* (Hyppocrate teste, *præclarissima est, verum propter Ignorantiam eorum qui eam exercent. & ob vulgi ruditatem, qui tales pro Medicis iudicat, & habet, iam eo res devenit, vt omnium Artium longè vilissima videatur.* At cum nullum ab abusu argumentum fiat, malè propter particularium errores & vitia, tota scientia in vniversum culpatur, vtpote, quæ, *Plutarchi* doctrinâ magnum ad rectè, & ex animi sententia vivendi compendium adfert commodam corporis valetudinem, haud oppressi, sed agilis, atque ad omnem vitæ functionem rectè peragendam probè constituti, qua de re *& Disciplina Medici exaltabit caput ipsius, & in conspectu Magnorum collaudabitur.*

Cap. 3. Lib. 29. cap. 1. Ibib. Catalog. Medicor. Problem. deca. 6. Eccles. 38.

Rabulæ itaque, ac Medicomastiges desinant tam præclaram scientiam arrodere, quæ ab omni ævo ab illustrissimis iuxta ac honestissimis Viris semper fuit exculta', quando Imperatores, Reges, & Principes Medicinam non solum voce laudarunt, scripto condecorarunt, innumeris privilegijs & prærogativis ditarunt, sed manu propria in opere redigentes, consilio & arte male habentibus fuêre adiumento: & quamvis salutaribus dumtaxat herbis, earumque succis ferè vterentur, non minus felices ideo sunt sortiti successus *Sive* (inquit *Plinius*, cur labor eorum tam vbere fructu præmiaretur, inquirens) *illi eâdem curâ Semina tractabant, quâ Bella, eademque diligentiâ Arvâ disponebant, quâ Castra, sive quod honestis manibus omnia latius* *lib. 18. c. 3.*

 prove-

Tract. de herb. sacr. cap. 1. *proveniant, quoniam & curiosius fiunt*: de quibus plura apud *Levinum Lemni*
Neque miretur quispiam, Imperatores & Reges hanc artem exercuis
cum ad tam eminentem dignitatem nulli quam Medici videantur assump
Cap. 3. ex verbis Isaiæ Prophetæ dicentis: *Non sum Medicus...... nolite constituere Principem populi.*

Denique quid honestatem dignitatemque istius scientiæ revocamus in
bium, quæ sola inter omnes Deum ipsum meruit habere professorem &
ctorem simul? *Corporis medicina, si altius rerum originem repetas, non inve tur vnde ad homines manare potuerit nisi à Deo, cui rerum omnium status, salus est tribuenda* inquit *D. Augustinus.* Hoc nec ipsos Ethnicos latuisse fidem
Lib. 3. de Civit. Dei cap. 12. ciunt hæc *Quintiliani* verba: Medicinæ Aucthores ante omnia accepi
Deos, sive vt infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua, atque sola
sive tantum huic Arti tribuêre maiores, vt eam vix crederent humanis
tuisse ingenijs inveniri, sive ipsa Medicina per se sacrum est. Quod e
hominum genus est, qui Sexus, quæ Ætas, quæ non vtilitatem ex hac pe
Declam 268. Ita ille. Quod benè perpendentes varij mundi Monarchæ, & Reipubl.
ctores (tantum abest vt non admitterent) Medicos per Privilegia, hon
& Dona ad sese allicere conati sunt. *Artaxerxes* Persarum Rex per Hist
dem Hellesponti Præfectum, magnis & præcibus, & Muneribus Hyp
cratem ad se invitavit: *Thessali Argivi & Athenienses* eundem Hyppocra
Eleusinijs sacris secundum ab Hercule, publicè initiarunt, Civem cons
serunt, & in Prytaneo alimenta tum ipsi, tum posteris eius dederunt.
chagato Pelopenensi, Lysaniæ filio, omnium Medicorum primo, Rom
A.V.C. 535. venienti L. Emilio, & M. Liuio Consull. ius Quiritum, & Taberna
in compito Acilio. *Marcus Aurelius Antoninus, & Lucius Verus Rom. Imp.*
Dui circiter 163. lenum Pergamo Romam evocarunt, multo Divitiarum & honoris eum
mulantes. Magnum illud Iuris prudentiæ lumen *Iulianus Didius* Rom. quo
Imp. omnium Calumniatum filum vno ictu abscindens, scribit in hunc
Epist. 43. fin. dum: Artem Medicam hominibus salutarem esse, vsus ipse demonst
quare eam è cælo delapsam non immeritò Philosophi deprædicant: ete
naturæ nostræ infirmitates & valetudinis offensiones per hanc corrigun
Quamobrem, sicut æquitatis ratio postulat, nos superiorum Regum
cthoritatem & Vocem secuti, pro nostra humanitate iubemus vos (M
cos) Senatorijs Muneribus liberos esse. Ita ille, nempe vt adimpler
Ecclesiast. cap. 38. quod scriptum est: *à Rege accipiet Donationem, & in conspectu Magnatum laudabitur*, idque propter duplicem illam rationem, cuius ergo à Deo c
ta est, Necessitatem scilicet, & Vtilitatem. Ab Altissimo dicit Sapiens c
Philos. sacr. cap. 74. tam Medicinam ob necessitatem: haud dubiè ab Altissimo, inquit *Fran Vallesius*, si Necessariæ est, Deus enim non deficit in Necessarijs;

verò Necessariam illi morbi faciunt, quos non potest per ipsam sese Natura superare, potest verò Artis ministerio accedente. Vtilitatem adiunxit idem *Ecclesiastes* dicens: *Curans mitigabit dolorem, & Vnguentarius faciet pigmenta suavitatis*, nam duo hæc pertinent ad faciliorem Morbi tolerantiam, ac facultatis refectionem, vt per Anodinas Vnctiones dolor dissimulet, & per Odorifera pigmenta concilietur Voluptas. Si vero Medicina est ad multa vtilis, & ad plurima necessaria, vti iam probatum est, quid ni ab omni populo vtraque manu esset amplectanda, vti præter dicta per invincibiles rationes suadent *Mendoza* in Viridario suo Problem. *Adamus Contzius.* lib. 4. Polit. cap. 25. *Lib.6 p.7. num.153.*

Cum magna itaque & suspicione, & discretione *Michaël de Montagne* legendus est, cum quo à parentibus (vt fatetur) hereditatum in Medicos odium semper accrevit, quibus adde *Tiraquellum*, *Accursium*, *Ioan. Novizanium* aliosque, quos solidè & clarè refutarunt *Hyppolitus Obicius*, *Ioannes Baptista Pellegrinus in defension: Express. contra Medicor. & Philosoph. Calumniatores*, *Ioannes Beverovitius*, & alij sexcenti. Quod ad *Plinium* attinet, huius inscitiæ inquit *Vallesius*, condonanda est sua Grammaticalis garrulitas mendacijs plena, quorum vnum hoc est: Sexcentis illis annis quibus Roma hac arte caruit, Senatuconsulto fuisse damnatam, cuius contrarium, ipse computus Annorum manifestat, Archagatus enim, ipso *Plinio* testante, Anno ab V. C. 530. honorificentissimè exceptus fuit, & post illum plurimi secuti, vnde si Sexcentis annis ante damnaverant hanc sanctam Artem, hoc fuisse debuit 70. annis antequam ipsa vrbs conderetur. A mundi itaque initio *Altissimus creavit medicinam de terra*, dicit sacer textus, *& à Deo omnis Medela*, quod nec vllum vnquam mortalium latuit, sed propterea in honore habuit tali, vt omnes gentes Medicinæ inventionem in suos Deos retulerint, aut illos ipsos qui putabantur reperisse, in Deorum albo collocarunt, quasi Medicina non possit esse nisi inventum Divinum: auxerunt quidem illam præceptis, & experimentis suis viri præstantissimi, & secundum Dialecticæ leges in certa methodo constituerunt, at vero omnium primò cælitus hominibus data est, neque prius ægri, quam Medici, neque hi vnquam sine Medicis fuere. *De Nobilit. Medico.*

Respond. ad 1. hoc longè à mente Catonis abfuisse, docet ibidem ipse *Plinius* his verbis: Quid ergo (rogat) damnatam ab eo rem vtilissimam credimus? minimè hercule.... subijcit enim qua medicinâ vsus, & se & coniugem vsque ad longam senectam produxerit ita *Plinius*: Quod illos etiam non condemnet qui illam exercent, patet ex sequentibus eiusdem dictis: profiteturque (Cato nempe) esse etiam Commentarium sibi quo medeatur filio, servis, familiaribus &c: damnat hic itaque Cato Medicinam illam Fucatam, vnde in viris Effeminatio, in Feminis Luxus, & vniversalis Lues morum

 (si

(ſic loquitur) invehitur. Damnat præterea Medicos illos Græcos, ne rios homicidas, *qui iurarunt inter ſe* (verba eius ſunt) *Barbaros necare om Medicinâ.,... & nos quoque dictant Barbaros*: quare mirum non eſt Caton hos tanquam carnifices horrere, & ab omni Republ. arceri velle.

Ad 2. ex *Plinio* ſeniore : *Multa millia gentium ſine Medicis quidem degu non tamen ſine Medicina.* nam & illis temporibus quiſque familiæ non ſolu ſed totius proſapiæ ſenior, inter cognatos omnes, & affines hanc artem e ercebat : vel clinici in vicis, plateiſque cum grabato expoſiti, ſuadente m ſeria, prætereuntium opem implorabant, caſu quo fortè quiſpiam ſim Morbo laboraſſet, quamvis hoc certum eſt, nullos tunc temporis exſtitiſ qui totam, & ſolam illam Artem profiterentur, ſed quod ideo Medici Artem damnaſſent, falſum eſſe oſtendimus *in præced reſponſ.*

Ad 3. Si hæc iuvandi proximum gratiâ ex mera Charitate contingant, n ſpurcitia hæc maculat, ſed ſanctitate comendat : vnde tantum abeſt vt pro terea Reipublicæ dedecori (omitto SS. omnes ſimiles Miſericordias exhibe tes) eſſent Medici vt Romanorum decus ipſe *Seneca* ipſis in hoc actu præcipu tanquã Amuſſim & Normam omnibus prudenter, & miſericorditer agentiu Oculis proponat : *Hunc affectum adverſus omnes habet Sapiens, quem adver ægros ſuos Medicus : quorum nec obſcæna, ſi remedio egent Contrectare, nec liquias & effuſa intueri dedignatur.*

Lib. de conſt. cap. 28.

QVÆSTIO II.

An Medicina ſit ſcientia licita in Foro interno?

ARgum. 1. videtur quod Medicina ſit ſcientia, in foro ſaltem Co ſcientiæ, illicita, quia In *Cap. magnopore ne Cleric. vel monach.* E communicantur Religioſi audientes Medicinam : & *Can. Si quis viduam* omnes illam exercentes Irregulares eſſe declarantur, atqui Eccleſiaſticæ h Cenſuræ non niſi ob illicita, & peccaminoſa incurruntur, ergo.

Lib. 29. 2. Certum eſt Medicinam, etiam nolentes, multum Obſcænitatis Nequitiæ docere, quod *Plin. ſen.* dicere coëgit : Lues morum non aliun maior quam è Medicina : deinde quod tanquam honeſta carnificina anim noſtras negotietur, vndè *Gaſp. Cropaccius* :

Si Medici flerent quos dimiſere ſub orcum,
Augerent lacbrimis flumina quaque ſuis.

3. Videtur quod ſcientia hæc originem habuerit à falſis Dijs, qui no niſi in virtute Dæmonis operabantur, nempe Apolline, Eſculapio, ſimilibus vti patet ex libro *Henocho* adſcripto, cuius reliquias ex *Georgij So*

ce

celli Chronicis edidit *Iulius Scaliger*; ex *Iamblicho* &c: ergo illa ſcientia Magiam redolet, & eſt illicita. *In Not. ad Grat. Chron. Euſebij de Myſter. Ægyptior.*

4. Vel Boni ſunt ægri & Iuſti, tunc Dominus vulnerando afflictos electos ſuos ad ſalutem revocat, & dum ipſos affligit exterius, ipſos ſanat interius, ait *D. Gregorius*; hoc autem ſummè Miſericors eſt: vel Mali ſunt ægri, & Impij, & tunc affliguntur vt ſe emendent, vel tolluntur ait *Auguſtinus*, ne diutius bonos perſequantur, quod ſummè Iuſtum eſt, ergo ſive Medicina Morbum auferat, Mortemvè impediat, quantum in ſe eſt Miſericordiæ, vel Divinæ Iuſtitiæ ſe opponit, quod eſt illicitum. *6. Moral. 14.*

Sed Contra eſt illud Eccleſiaſt. 38. cap. *Creavit altiſſimus Medicinam, & ſapiens non abhorrebit illam.*

CONCLVSIO.

Omnino Medicina ſcientia in foro interno eſt licita.

Sicut pleræque aliæ ſcientiæ ſeſe ad bonum, & malum, ad turpe & honeſtum, licitum & illicitum, quaſi indifferenter habent, & non niſi ex Hypotheſi ſalutares ſunt, nempe ſi ritè, & in bonum finem exerceantur; ita ſola Medicina, eo ipſo quo Medicina eſt, non poteſt eſſe non bona, non honeſta, non licita. Sit Phyloſophia res ſumma ad paucos pertinet: ſit Eloquentia res admirabilis, non pluribus prodeſt, quam nocet: ſola eſt Medicina qua opus eſt omnibus, ergo & æqualiter ad omnes Medicina ſola pertinet, & nulla tam neceſſaria eſt omni generi hominum quam Medicina ait *Quintilianus*. Abſit autem in Natura inveniri quidpiam, quod ſimul & Neceſſarium ſit, & Illicitum. Quomodo verò Medicina non eſſet neceſſaria, cum Medicum, teſte Scriptura, propter ipſam Neceſſitatem creare, & honorari ipſe Deus voluerit expreſsè? *Quot cenſes homines ante diem ſepultos fuiſſe*, rogat *Plinius*, *priuſquam Medicorum ſolertia Morborum vires, & Remediorum naturas deprehenderit. Quot hodie mortalium Millia vivunt, qui ne nati quidem fuiſſent, niſi eadem Ars, tot naſcendi diſcriminibus remedia, & obſtetricandi rationem, exactamque viam reperiſſet?* quomodo illa ſcientia foret illicita, cuius applicatio Miſericordiæ, hoc eſt ſummæ Virtutum omnium Virtutis exercitio, ita conſanguinea, vt ſibi mutuo ſororia invicem charitate coniunctæ: vndè *Caſſiodorus* ſatis, pro more ſuo, disertè: *Inter vtiliſſimas res quas ad ſuſtentandam humanæ fragilitatis indigentiam Divina tribuimus Natura, nil præſtare videtur aliquid ſimile, quod poteſt auxiliatrix Medicina conferre. Ipſa enim Morbo periclitantibus materna gratia ſemper aſſiſtit, contra Dolores pro noſtra imbecillitate confligit, & vbi*

Declam. 268. in princ.

Lib. 3. cap. 37. & lib. 26. c. 3.

Lib. 4 vari. Epiſt. & lib. 6. in forarchiat.

nos nititur sublevare, ibi nulla divitiæ nulla potest dignitas subvenire. Qu
modo illa scientia foret illicita, cum à Deo omnis medela? quam voc
ne ad Medicamina trahas, sed etiam de Arte ipsa intelligas, explicat ill
De Civit. Dei lib. 3. cap. 12. *Augustinus* dicens: Corporis Medicina si altius rerum originem repetas, n
invenitur vnde ad homines manare potuerit, nisi à Deo, cui rerum o
nium status salusque est tribuenda. Sciebat nempe Creator humani gen
Deus quod talis esset fragilitas humani corporis, quæ languores quid
diversos posset recipere, & Vulneribus, & alijs Debilitatibus esset o
noxia, & ideo futuris passionibus prævidens, etiam Medicamenta è te
Homil. 1. in. Pasc. procreavit, & Medicinæ, ad hæc evitanda, tradidit disciplinam ait *Ori*
nes: Si tradidit Deus, non solum Auchor eius, sed & Professor cens
dus est, à quo præstantissima Scientia ad Apostolos, virosque sanctissim
rivulatim deducta, adhuc indies ad illos derivatur, qui se digna effici
Omnipotentiæ eius instrumenta, nam. *Et hodie huius Semina in corpor*
Epist 73. *humanis* (Senecam auditis) *Divina dispersa sunt, quæ si Bonus cultor exc*
similia origini prodeunt, & paria his, ex quibus orta sunt surgunt: si M
non aliter quam huius sterilis ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta
frugibus. Hoc autem Semen in terram bonam cecidisse, ostenderunt ol
tam multi viri Divina præscientiâ & sanctitate conspicui, quos non nis
citas bonasque artes exercuisse, credere tam fas est, quam dubitare nef
Moysem in primis non spiritualem, sed & corporalem Medicum fuisse,
quantum rerum Naturalium perfectam habuit cognitionem, qua activa
sivis optimè applicabat, & similia similibus præoccupabat, atque ita
miranda perpetrabat, patet ex *D. Gregorio Nazianzeno*, etiam *Divus Ch*
Orat. 21. *sostomus* testatur *Moysem, Elisæum, & Isaiam* Medicos fuisse quoad ips
Hom. 6. in cap. 5. Luc corpus, de quibus dilucidè, & plus quam amplè scripsit *Hieronymus Bard*
qui (præter *Ioannem Molanum*, qui integrum *Diarium de Sanctis Me*
composuit) ostendit, nullum Mensem in tota Anno præterlabi, qui
In Medico polit. cath. cuius Sancti Medici festo non condecoretur, idque ex Ecclesiasticis pr
puis, & summæ fidei & Authoritatis scriptoribus, vtpotè *Eusebio*,
phanio, Baronio, Vsuardo, Addone Turonensi, S. Hieronymo, Surio, S.
brosio &c: Sanctissimos hos practicos, sancta etiam Medicamentorum no
na sequuta sunt, nempe *Potio Sancti Pauli, Emplastrum S. Petri & Pa*
Gratia S. Pauli .i. terra quædam in Insula Melitia contra Venenum. *Cerat*
S.S. Cosmi & Damiani, Panchristum, Esdra dicitur, quia ab eo primò o
nium inventum; *Athanasia* dicitur *compositio ab immortalitate, Emplast*
Apostolorum, Balsamum Christi, & similia in Antidotarijs nostris viden
ideo sacris nominibus insignita, quia rem Sacram nempe Medicinam p
movent, & decorant vnde malè quidam Irregularitatem, quam passim

currunt practici Medici, Excommuuicationi, Suspensioni & Interdicto annumerant, quæ veræ Censuræ Ecclesiasticæ sunt, non nisi propter crimina, & peccata infligendæ, non item Irregularitas, quæ Censura Ecclesiastica non est, nec inter illas reputatur *Cap. querenti de verb. signif.* nam illam sæpe sine vllo peccato contrahi, patet in Iudice æquo, & docto Medico, quorum ille secundum Iustitiam reum morti, hic secundum Artem humani Membri extirpationem imperavit, quibus tamen non obstantibus, plurimi olim non Sacerdotes (qui Medici dicebantur, vt patet *Cap. om. cum infirm. de pænit. & remiss. Tiraquello &c:*) solum, sed Episcopi, & Summi Pontifices, hanc Artem exercuerunt, ita de *Iosepho* vrbis Tiberiadis Episcopo narrat *Baronius*, de *Theodoro* Episcopo *Eusebius*, imò *Theodoretus* ad Apellam Medicum scribit in hunc modum, ex eodem *Baronio*, Cyri gubernacula, & administrationem adeptus, omnes Artes necessarias illi comparavi, & præter has Medicinæ Artis peritos, vt illam incolerent, & habitarent hortatus sum, & feci. Unus horum est Reverendissimus presbyter Petrus, qui rationabiliter, & artificiosè Artem exercet, & illam multum exornat &c: de Paulo Secundò Summo Pontif. *Platina*, de *Nicolao* V. *Bardus* de Eusebio 32. &c: Quamvis posterioribus sæculis, tum propter adauctum Medicorum numerum, tum ob evitanda multa incommoda, quæ ex huius Artis exercitio nata sunt evenire, piè, sanctèque Monachis & Clericis fuit interdictum per *text. in C. ad Aar. & ibi glos. & DD. & glossa* etiam *in C. Si quis Med. dist.* 50.

De Nobilit c.31.n.295 tom.3.f. 281. Lib.7.cap. vlt. tom. 6 A. 441.

Non ideo tamen à Clericatu, nec ab ipso Sacerdotio arcentur Medici *Tit. de Coll. c.1.* & capaces ad beneficiorum denominationes habentur *Tit. de Elect. vers. tempus*, sed tam ex consuetudine, Sanctione & Pragmatica Curiæ Romanæ, quam ex pactis inter Curiam & Regem, pro quibus tamen Pontificis decretum desideratur: & vicissim possunt iam ad Clericatum promoti, & maioribus Ordinibus initiati, Medicinam exercere per *Cap. sent. ne Cler. nec Mon.* & *Cap. vt Apud, & Cap. vt nos*, absque eo tamen quod non Incidant, Adurant, Extirpent &c: quæ expressis Summi Pontificis Diplomatibus inhibentur, vti videre est apud *Tiraquellum*: ne tamen ex his concludat quispiam, ipsius Chirurgiæ iuxta Medicas sanctiones exercitium Sacerdotibus, multo minus alijs Clericis esse prohibitum, sicut docet *Bonacina*: neque ex his etiam sequitur S. Lucam post eius ad Evangelium vocationem praxim Medicinæ deservisse, sicut apud *D. Hieroymum* sentit Pelagius, aut saltem Pelagianus quidam, dicens ad illa verba Apostoli: *Salutat vos Lucas Medicus*: Evangelista ex Medico erat, sicuti Matthæus iam Apostolus, adhuc dicitur Publicanus verissimam autem doctrinam inculcant ipsi adversarij nostri *Magdeburgenses* Historici, ita scribentes: Non modo

De Nobil. c.3.n.406. De Cens. disp.7. qu. 4.n.4.& 5. Lib. 2. Centur. 1.

do ante Apostolicam vocationem Artem Medicam professus est, sed eti
postea circumferens salutarem Animæ Medicinam, simul Corporum M
Coloss. 4. dicinam pro necessitate & tempore exercuit, sicuti hæc verba Pauli viden
innuere: *Salutat vos Lucas Medicus charissimus.* Non alia tamen ratione
fecit, quam Paulus tapeta contexuit. Erant initia Evangelij inter gen
satis aspera, erat & abstergenda Avaritiæ macula ne putarent homines
munctiones crumenarum prætextu veræ doctrinæ quæri: ideo Medici
professione, vbi vsus postulavit, victum acquisivit &c: & hæc illa veriss
sententia, ab adversarijs nostris, velut ab iniustis possessoribus in nostr
vsum vindicanda, quamquam non tam eorum sit, quam in contextu sac
rum litterarum nobis proposita & ex *Actor.* 20. 1. *Corinth.* 4. 2. *Thessalon.*
alijsque locis facile intelligenda: sed cum plerumque in Hæreticorum scri
plus Veneni lateat, quam primò aspectu apparet, & huic melli intoxica
Aculeos admiscuerunt, nam ideo *Magdeburgenses* notant Lucam Medi
næ professionem non deservisse, dicit *Ioannes Molanus*, vt Canonicas,
Pontificias supracitatas damnent constitutiones, quibus Physica sine Me
cina Sacerdotio interdicitur. Sed hæc prorsus impertinentia sunt, cum L
cæ temporibus nulla fuerit huiusmodi Constitutio, vtpote quæ rudibus i
initijs non fuisset conveniens: & vt fuisset, quemadmodum Apostoli
dispensationis beneficio Sacerdotes aliqui hoc nostro tempore, sese in pr
Physicæ Medicinæ exercent, ita Lucas ex indulgentia & iudicio Pauli A
stoli, à cuius magisterio dependebat, idem facere potuisset, sicuti fo
Lib 4. Dial. cap. 55. tempore D. *Gregorij* factum est; quando monachi (vti ipse met scribit
Monacho suo *Iusto* nomine, & fratre germano eius nomine *Copioso*)
Medicinæ Artem temporalis vitæ stipendia sectabantur, quod Sanctissim
Antistes nullo modo permisisset, si huic Scientiæ aliqua, vel illiciti, vel
honesti apparentia solum fuisset annexa, vel per illam, vt aliqui nugant
Voluntati Divinæ mens nostra redderetur difformior: annuamus Hispanor
Proverbio, quod melior sit puer malus ægrotans, quam bene habens: den
In Apolog. D. *Bernardo*, quod semper in robusto & vegeto Corpore (hoc est cra
lâ distento & desidiâ obeso) Animus mollior iaceat, atque tepidum Co
& rursus in corpore debili & infirmo (hoc est exercitio gracili, & te
perantiâ tenero) fortior vigeat & promptior spiritus: discretè hæc omn
In Epist. & cum moderamine intelligi vult D. *Hieronymus*: quia Corporis debilitas
mia, dicit, etiam vires Animæ frangit, Mentis quoque ingenium marc
cere facit. Adde mitissimum Deum peccatores, quorum Mortem non vu
digito quidem in lectum protrudere velle, non semper *Brachio*, in quo *fo*
potentiam omninò contundere, sicuti nec in mare deiecit Prophetam,
inobedientem hauriret, sed pænitentem reijceret, & cum prostrato Sau
m

melior resurgeret: vnde tunc Medici cum Dei voluntate censenda conformis est, quando vult vt peccator æger *convertatur & vivat*, & quando proximum suum diligit sicut se ipsum; nec potest Misericors, vt talis, illi esse difformis, *cuius proprium est Misereri.*

Resp. ad Argum. 1. Excommunicationis vocem nullo modo cadere super *Audientes Medicinam*, sed *Egredientes Claustrum*, quod Religiosi aliquando sive fermento Ambitionis turgidi, sive Monasticæ disciplinæ pertæsi, specioso hoc pallio se involvant, quibus Canones, & Decreta student obviare per Capitulum allegatum, sicuti Canonistæ insigniores, & Decretorum interpretes explicant, nam illas ipsas scientias (Ius & Medicinam) docentes, sub excommunicatione in dicto capitulo interminata non comprehendi, ait *Abbas in fine dict. C. num. 6. de mente Innocent. &* Panormitanus *num. 13. de mente Innocentij* non illos etiam Religiosos, qui intra Claustra illas audiunt, vel privatim in camera lectores habent, vt scribit Boic. *in d. c. n. 6. post.* Ioan. Andr. & Ostiens. *in argum. text. in Cap. fin. 37. & 38.*

Ad 2. Negando Assumptum, non magis quam ipsa Theologia Morbos animæ./. omnia etiam pessimorum peccatorum genera articulatim tractans, vndè abusus scientiæ solummodo venit arguendus, nam *si scientias* (Seneca dicit beneficia) *vtentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accipimus, nec quidquam*, addit, *tam manifestæ vtilitatis inveniri potest quod in contrarium non transferat culpa*: de cætero Satyricorum Poëtarum Morsus tanquam allatrantes Canes præterimus. *Lib. 5. Natur.*

Ad 3. Præterquam quod ex Sacro textu Sanctisque Patribus, in corpore conclusionis sufficienter probatum sit, veram Medicinam, non nisi à vero esse Deo, sciendum ex veterum monumentis, omnes illos qui in re aliqua excellente, sive ab Arte, sive à Natura præ reliquis eminebant, sicut *Esculapius* in Medicina, *Hercules* in Fortitudine, olim inter Deos à rudi vulgo esse relatos, cum ab alijs tamen hominibus, hac dote excepta, ne Hilum quidem differrent: vndè *Polydor. Vergilius* ait: ,Quamquam Saturno, Iovi, Neptuno, Mercurio, Dyonisio, Apollini Esculapio &c: & alijs quos Deos vocant (fictores, Poëtæ) quædam assignavimus, ea ipsa tamen illis tanquàm mortalibus, non tanquam Dijs.... attribuimus. *De Inventor. rer. in præfat.*

Ad 4. Dicò Medicis corporis, non esse inquirendum de statu Conscientiæ, vel malitia, vel bonitate ægri, multo minus de intentione Causæ primæ, quia iudicium suum non manifestavit eis, sed hoc notum est omnibus, quos à se Iustissimè affligi, Misericorditer per nos voluisse sanari, quantum in nobis est, vt illos patientiæ, & nos compassionis laureâ donaret: vnde sufficit, & Morbum, & causam eius esse Naturalem (aliud

enim

enim est de supernaturalibus) ad hoc vt Physici officium Charitatis exerce-
ant, quod omnes sanare desiderent, ab Amore fraterno est ; quod omn-
non sanentur, à Voluntate Divina : quodcumque subfuerit, nunquam Medic
verè compatientibus deerit bene mærendi occasio.

QVÆSTIO III.

An Vnusquisque Medicinam Exercere posit quoad forum internum ?

ARgum. 1. Vnicuique licet sequi legem Naturæ dictantem sui defen-
sionem, sed Morbus respectu corporis nostri se habet tanquam Inv-
dens & Aggressor, ergo vnusquisque se potest contra illum defendere.

2. Vnusquisque potest exercere Artem licitam, & honestam, sed ta-
est Medicina, ergo : neque huic obstat *L. Si quis in Archiatr. de Profess-
& Medic lib.* 10. C. dicens quod Medicus debeat examinari à Facultate M-
dica, quia Lex apertissimè loquitur de Medicis Principis tantum, non de al-
omnibus.

3. Vnusquisque ex divino mandato obligatur exercere opera Miserico-
diæ erga proximum, sed summa Misericordia est, proximum à suis la-
guoribus, & doloribus sanare, & liberare, ergo Medicina vnicuique
licita.

SED CONTRA est illud Aristol. Metaphys. 5. *Fabrum sanitatem fec-
accidens est, quoniam non est aptus ad faciendam sanitatem Faber,
Medicus.*

CONCLVSIO.

Vnusquisque non potest tuta conscientiâ Medici personam agere.

SIcuti Moraliter & corporaliter loquendo non omnia possumus omne-
ita neque in Conscientia & spiritualiter, omnia omnibus licent, & s-
ut peccatorum pernitentibus solus sacerdos spiritualem absolutionis Medi-
nam conferre potest, ita nec Laicus idiota, nec illiteratus quisquam corpo-
lem curandi Artem passim exercere : passim dico, quia vnicuique licitum e-
vnum aut aliud secretum Remedium, longo iam vsu approbatum, om-
dolo & periculo vacuum exhibere ; vel absente Medico proximo pro po-
suo succurrere : alias quidquid de foro fori fuerit, quod pro varijs Legib-

Cu-

Consuetudine, Privilegijs variat, hoc in foro interno vndequaque certum esse existimo, neminem ab Vniversitate, aut æquipollentibus huic, Archiatris v. g. Principis, non legitimè in hac Arte licentiatum & approbatum, sese in Rempublicam pro vero Medico ingerere, sine gravissimo delicto non posse, quod insinuant etiam *Navarr. Lugo* & alij insigniores Theologi: *Cap.25 D.* quia *In hac artium sola evenit*, inquit Plinius, *vt vnicuique Medicum se professo* *27.N.1.* *statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius.... discunt* (tales impostores) *periculis nostris, & experimenta per Mortem agunt.* *Li.29.hist.* Imo nec illi Medici, meo iudicio, conscientiæ suæ faciunt satis, qui puerorum more, quædam memoriter addiscunt, vt habeant quæ examinatoribus respondeant; non autem vt verè intelligentes inveniant, quod postea in praxim redigant: neque hi etiam qui post debitos labores, & requisita studia in lance positi, iustum doctrinæ suæ pondus, sub quo admissi, propria negligentiâ sinunt imminui; Mercatoribus enim similes hi sunt, qui sinceras merces incuriâ sua corrumpi, & adulterari permittunt, & postea tamen tanquam bonas & approbatas expendunt, & quibus ego scrupulosior visus fuero, legant *Layman. Filliutium, Bonacinam, Sanchez, Navarrum, Azorium, Escobar &c:* *Lib.1.tr.1.* Quod magis est, quo Medicus locum populosiorem inhabitat, ad plures *c.1.n.152.* ægros evocetur, personas illustriores, & Reipublicæ vtiliores visitat, eo *De pecc. d.* gravius ipsi, & indagandi studium, & augendi scientiam onus incumbit, & *1.q 4.p.9.* si scienda ignorat, ignorantia hæc affectata & crassa est, si suppetat Intelle- *1.Mor.c.9.* ctus, & tempus inquisitionem admittat: Multa scienda nesciuntur aut scien- *2.Cap.15.* di incuriâ, aut discendi desidiâ, aut inquirendi verecundiâ, & quidem hu- *1.p. lib. 2. cap.17.* iusmodi ignorantia non habet excusationem, inquit *D. Bernardus.* *Lib.2.E.30*

Quæ cum ita sint, non temerè negotium periculis plenum ab vnoquo- *c.9.* que suscipiendum, nam *In præcipitium pedem porrigat*, inquit S. Gregorius, *In Epistol.* *qui mensuratarum suarum limites non attendit, & sæpe amittit, quod consequi poterat, qui indiscretè audet arripere quod nequibat.* Nihilominus iam

Fingit se Medicum quisquis Idiota, Profanus,
Iudæus, Monachus, Histrio, Tonsor, Anus.

Quidquid occlamet *Caius Iurisconsult.* Affectare quisquam non debet, nisi in *L.119. D.* quo intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alij periculosam fu- *ad L. A-* turam: idque considerantes Legum periti, animadverti in Medicos decre- *quil.* vere negligenter officio functos. Quidquid Medicus per Imperitiam commisit, imputari ipsi omnino debet, inquit *Vlpianus*, nec prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo, innoxium esse. *L. illicitas 6.* & *§.sicuti D.* *L. Si servus 27. §. si calicem 18. D. ad L. Aquil.* Imperitia culpæ annumeratur: *de offic.* & iam olim actio in tali casu data est in Medicum Affinibus cuiusdam invenis *Præsid.* vti scribit *Galenus*: & tametsi non plectantur pœnâ *Legis Corneliæ de Sica-* *Lib.1.prog in princip.*

rijs, quia Dolo non occidunt, exrra ordinem tamen puniuntur, non C
porali, aut Capitali pœna, nisi casum fortè circumstantiæ ita exaggere
Artic. 34. §. Homic. sed Arbitraria in Constitutionibus criminalibus. Imp. Caroli V. Exilio qu
num. 17. dam, vel interdictione Medicinam imposterum exercendi punitos, exe
Part. 1. q. plis docent Iulius Clarus, Petrus Heigius & alij. Quod si forum externum
26 n 56. Medicos ipsos, iam in Vniversitatibus approbatos, promotosque 'tam
nat acutè de proximi corio ludentes, quid in spirituali & Conscientiæ fo
expectabunt Illiterati, Vagabundi, & Antidodacti Empyrici, qui parum
cti, secundum Senecam, & satis seduli officiosissimè multos occidunt: qui
In Epist. Pau. ad Ephes. cundum Hieronymum, vnico Collyrio omnium Oculos sanare velunt:
secundum Plinium, Famam novitate aliquâ aucupantes, Animas nostras
tim negotiantur, & quamvis fortè, vel sorte quempiam iuvent, Fabr
Lib. 29. sanitatem fecisse accidens esse iam dictum est. Medicus verò, ipso etiam
Lib. 5. Metaphys. mine est Morbicida, inquit Ioannes Riolanus, non autem Fumivendulus
Epist. dedicat. lib. de art. Med. chimista, qui suo Stibio morbos deploratos suscipit sanandos: non Circu
foraneus Circulator, qui vanis pollicitationibus, plebeculam miserè lu
dificat, & imposturis muliercularum loculos exhaurit: non Ambitiosus C
rurgus qui sola operatione animosus, titulo insolescit, ac si interiores a
ctus sensu cognoscantur externo: non futilis Seplasiarius, qui nulla Temp
ramenti, Sexus, nulla Consuetudinis & habitus corporis, nulla tempo
ratione, Remedium, quod vni & alteri profuit, quasi omnium hominu
eadem sit Natura, ad quosvis promiscuè accommodat, vnoque callopo
omnes calceat: cum multum tamen ad benè Medendum referat Idiosync
siam ./. proprias ægrorum, & Morborum, & Medicaminum naturas co
novisse, quas cum ex animi sententia ingeniosissimus Averrhoës non as
quereretur, Medicinam cuius erat pertissimus, nunquam est ausus exercer
& Ægyptij, Herodoto teste, cum tam difficile ex Arte mederi intelligere
quam pulchrum, & humanæ vitæ necessarium, singularum Partium Mo
bis, proprios Medicos devoverunt, vt vnus Oculis, alius Gutturi, ali
Febri, alius Vulneribus, alius iterum Fracturis mederetur, ne plurib
intentus in vno minus excelleret: vbi iam impunè Nugivenduli Sophistæ,
luce mundi, in Emporio bonarum Artium, Magistratu sæpè conniuent
exigua pixide conclusa tenere Morborum omnia Remedia per compita i
ctant; cui tamen perniciosissimo errori, Consultissimus Senatus noster An
verpiensis per varia edicta, & constitutas pœnas obviavit, tam per propr
Lib. 5. incommoda, quam Ciceronis instructionem edocti, dicentis: Vt in cau
Tusc. c. 30. non semper vtimur eodem statu, sed ad Tempus, ad Controversiæ natu
ram, ad Personas accomodamus; sic in ægritudine lenienda, quam qui
que Curationem recipere possit videndum est. His tamen non obstantibus

omniu

omnium Morborum curationem hodie astu fallaci aggrediuntur, plenisque buccis pollicentur, inquit *Ioannes Hartmannus Beier*, à Freitagio citatus, Iudæi perfidi, Myropolæ, Barbitonsores, Circumforanei, Alchimistæ, Anus Surdastræ, Vesani nonulli & Maleferiati Sacerdotes, de Ovis, quam Ovibus magis solliciti; & omne ferè perditorum hominum genus è fece sceleratorum conflatum, huc tanquam ad sacram anchoram confugit: quivis enim flagitiosissimus vel stupidissimus, si vel ob perpetrata facinora à bonorum consortio exulare cogitur, vel laborum pertæsus, honestis rationibus victum quærere gravatur, confestim Medicum, vel Chirurgum simulat, & vel Morbos curat, vel hernias incidit, aut Vesicæ Calculos eximit, tanta, tamque aperta imposturâ, vt nulla maior esse possit. Ita ille, & ne hæc non tam ex rei Veritate, & iusto dolore, quam Invidia fortè, quia à Medicis, dicta iudices, ad perillustrem ac Reverendissimum *Rodericum Episcapum Zamoracensem* appello, Romanæ Ecclesiæ Castellanum, qui tanquam Arbiter indifferens, suam sententiam declarat his verbis: Laudanda plurimum est Ars medica, si bonum subiectum, Virtuti deditum reperit: si denique id ipsum sciendi genus optimum, ac Naturalibus scientijs, infallibilibusque fundamentis communitum prius addisceret, quam exequeretur. Sicut enim vnusquisque id agit feliciter, quod optimè novit, ita qui Principia Medicinæ ignorat, cuius finis Sanitas existit, vt sanum ægrum reddat necessum est. (an hoc in conscientia licitum, viderint Idiotæ conscij) vidi ego, pergit, plurimos heri Aromatarios, hodie gravium Morborum Censores, heri herbas, ceteraque Materialia in Pharmacopolijs miscentes, hodie in Principum Aulis Morbos iudicantes. Si enim etiam sanando vix nomen boni Medici quisque assumit, quonam pacto necando Medicandi titulum vendicabit? Quibusdam itaque his similibus me visitantibus, illud ad Phylippum, vti in *Actis Apostolorum* legimus, dicebam *Putasnè intelligis, quæ dicis?* quibus dicentibus, etiam, ego iterum cum Eunucho addebam: *Quomodo scire poteris, cum nemo te docuerit?* mira certè res est, vt inquit *Hieronymus*, Fullones, Metallarij, Fabri, Lignorum Cæsores, ipsa quoque vilia officia exercentes, absque doctore esse non possunt, nec experiri audent, quæ non noverint: sola est Medicandi ars, quam sibi passim vnusquisque vendicat: alij à crebro infirmantibus Medicinam addiscunt, alij ab infidelibus audiunt, vt fideles necent: alij nescio in quibus libellis legunt, vt in miseris corporibus vniformiter exequantur, & vno Collyrio, illis nihilominus, incognito, omnium Oculos curare volunt: quo fit vt Cæcus Arte, Videntem naturâ, faciat Cæcum: hi Medicinam nescientes, Medicinâ abutuntur, at artem egregiam, quam non noverunt, profitentur, Medicinæ excellenti, & illustri nominè gloriantur, & quæstus graves pecuniam, vt finem, quærunt.

Noct. Medic. cap 3.

In Speculo vit. hum.

runt. Viris excellentibus in hac Arte non creditur plerumque, & eade turpiter abutentibus præmia dantur. Adde Medicorum insipientiâ, aut experientiâ cadunt, quod dum vnum Morbum curare satagunt, plures ducunt. Ex his colligat sciolus quid sibi in conscientia liceat, & provide factus æger, videat quid sanitati suæ conveniat,

Non multum est igitur tutum his committere sese.

Ecclesi.13. v.4. Nam post periculum cui te exposuit, *Si largitus ei fueris, absumet te; & non habueris derelinquet te: si habes convivet tecum, & evacuabit te. & ipse n dolebit super te.*

Resp. ad Argum. 1. nos hic agere de illis qui passim, & apud omne scientiam Medicinæ, artemque profitentur: reliquum discutietur Quæstio 8. vbi inquiritur. *Vtrum omnis æger teneatur vti opera Medici.*

Ad 2. Quod ars ipsa quidem bona sit, ratione subiecti tamen illam i peritè, & temerariè exercentis, inhonesta fieri potest & illicita, propt rationes in corpore Conclusionis allegatas: alias ex eodem discursu sequ retur, administrationem Sacramentorum omnibus esse licitam: Ad Lege quod attinet, illa vt diximus pro loci diversitate variat; & cum *Plinius* sc bat, empyricos ./. Medicastros & Amethodos in Cecilia incepisse, *Lu de Penna* (qui dicitur post *Plinium* Ceciliæ Cancellarium fuisse) refert s

Lib. 29. c. 1. tutum, quo quisque prohibetur Mederi, nisi à Rege permissus.

Lib. contra Public. remiss. ptig. lib. 11. Codic. Ad 3. Misericordiam cum discretione & prudentia exerceri debere, omni Temeritate, & Præsumptione seposita, maiori ægrum discrim non exponat: alias sicut omnem actum non iustificat intentionis puritas, præsumptionis labem non semper bonitas voluntatis emaculat.

QVÆSTIO IV.

An Magistratui incumbat advigilare vt Reipb. de bonis Medic Pharmacopolis, Chirurgis, & obstetricibus sit provisum?

Ecclesi.15. ARgum. 1. Videtur quod hoc ad Magistratum non pertineat, quia *D ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu Consilij sui*, nemp vt sibi ipsi de omnibus prospiceret: rationem reddere videtur sapientissim *Seneca* dum scribit: *Quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque co*

Epist.121. *missus est.*

2. Ad hoc sunt Vniversitates, & Professores Regij prætio conducti, invigilent, ne quis ineptus, aut indignus practicandi Licentiam acquira sed ille dumtaxat, qui in statera positus, post assiduum studium, & rig rosum examen capacitatis suæ testimonium est promeritus, quo habito, n est Magistratus quid amplius inquirere.

3. Providentia in Magistratu, Virisque Senatorijs requisita; non extendit se ad bonum commune, secundum *Aristotelem*, sed solum ad bonum proprium, ergo non incumbit ipsis invigilare vt communitati de bonis Medicis sit provisum. *Lib. 6. Ethic. cap. 8.*

SED CONTRA Fidelis servus & prudens Apostolus, quem constituit Dominus super familiam suam in spiritualibus, omnes Præfectos, Magistratus & personas publicas instruit, modumque edocet, quo communi bono, quoad corporalia etiam deberent, prospicere: *Non querens*, inquit, *quod mihi vtile sit, sed quod multis vt salvi* (sani) *fiant.* 1. Corinth. cap. 10.

CONCLVSIO.

Non solum ex Præcepto Regio, sed Divino etiam, Magistratui incumbit, salutem Civium omni modo procurare.

SIcuti Monastica, & Philautia vniuscuiusque propriam salutem affectat; Æconomia bonam familiæ valetudinem exoptat; ita Politica Magistratui præcipit Civium sanitatem sartam, tectamque servare. Sui tutela vnicuique, omnium & singulorum salus Vrbium Rectoribus incumbit; vndè & ipsi, eorumque filij Patricij vocati, pro eo, inquit *B. Isidorus*, quod sicut Patres filijs, ita provideant Reipublicæ, quod Romanis insignioribus immortale hoc peperit Patris Patriæ encomium, vtpote quibus Cordi erat, omne bonum suis subditis procurare, non vtile solum, aut honestum, divitias & dignitates, sed & iucundum, id est, Sanitatem sine qua prædictis frui non licet: neque vllam avidius Gloriam, quam ob servatos Cives ambiebant, & qui vnius vitam defendisset, coronabatur à populo. Quod si ipsis Ethnicis tam religiosum fuerit, corpus communitatis integrum conservare, an minor vniuscuiusque membri sollicitudo illis erit, qui Christianis præsunt? Sine æquo iudice nullum Ius defendi, nullum Delictum puniri potest; & sine expertis Medicis nulla Sanitas conservari, nullus Morbus auferri. Hoc *Sebastianum Lozium* in *Platone* scribere coëgit, quod Medici, & Iudicis similitudo sit non tantum professione ipsa, sed etiam munere. Medicus, pergit, Morbos corporis, Iudex Animi vitia curat; ille Morborum peritus & intelligens constitutionis cuiusque esse debet, hic Ingeniorum, & Morum Civilium doctus, vterque senex, aut saltem experimento peritus. Meminerat hic Author doctissimus, quam necessarij in Republica Medici forent, alibi ab eodem *Platone* doceri dum ait: *Medicis cum eget Civitas indicatur inibi esse malam tum Animæ, tum Corporis disciplinam & æconomiam.* Huius

Lib. 9. orig. *Rosin lib. 10. antiq. com. cap. 27.* *De Repub. dialog. 3.* *In Phadro*

In pastor. evitandæ exprobationis onus superiorum humeris incumbit, & test D. *Hie-ronymo*, Magna sublimitas, magnam debet habere cautelam, honor gran-dis (qualis Magistratus est) grandiori debet sollicitudine circumvallari; cu plus creditur, plus ab eo exigitur: & recusanti *Bernardus* improperat dicens

Sup. Cant Improbè satis præesse affectus, quibus prodesse non curas: & quod Pat familias respectu vnius familiæ, hoc sibi Magistratus respectu subditorum

1. Tim. 5. dictum esse credat ab Apostolo: *Si quis autem suorum, & maxime dome-sticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Medicos ita-que sibi insigniores adsciscant, qui vel languentium honorarijs alantur

Matth. 10 scriptum enim est: *Non alligabis os bovi trituranti;* vel per Præmia Superio-

Eccli. 38. rum alliciantur vt verificetur dictum Sapientis: *à Rege* (& eius vicem geren-tibus) *accipiet Donationem.* Enimuero Imperator *Carolus* V. alijque Bra-bantiæ Duces, authoritate sua interposita, varijs legibus & edictis cave-runt expressis, nequis Medicus ad praxim admitteretur, qui in Catholic Vniversitate gradum ad minus Licentiæ non esset adeptus, quæ laudatis-ma edicta Anno 1559. ab Antverpiensium Magistratu, de novo pro-mulgata.

Neque sola doctrina, Catholicis satis sit, sed invigilandum quam max-mè, vt Medicus heresi aliqua, aut magiâ imbutus, occasione ex necess-ria visitatione accepta, male habenti, peius Venenum non affricet, & c-ducum Corpus sanando, immortalem Animam non occidat: itaque ve Apostolica & Romana religione sit imbutus, vt conscientiæ ductum seque quando ægrotantes adit, inquit *Marsilius Ficinus*, cogitet agi de vita, & n-hil sine ratione audeat tentare, nihil sine consilio; alias sunt illa omnia i commoda, quæ præcedente Quæstione enumeravimus, à Nugivendu empyricis timenda; eademque est de Chirurgis & Pharmacopolis ratio quorum illi ab immemorabili tempore insignia statuta & regulas hic An-verpiæ adepti sunt, ne quis ignorans ad Artis Magisterium promoveatu & nisi post sufficiens, tam in Theorica quam practica Chirurgia, specim capacitatis exhibitum, tandem admittatur, & quia plerique ex illis Lati idiomate non callent, aliquis expertus Medicus, honesto stipendio à M-gistratu conducitur, qui illos Anatomiam & Chirurgiam Vernacula ling edoceat, & in humanis Cadaveribus per Sectionem demonstret, huiusq Prælectoris officio fungor præsenter. Ad Pharmacopolas quod attinet, cu ex eorum Inscitia, vel Infidelitate non minus damni, quam ex Medic-rum ignorantia Reipublicæ inferri natum sit, nescio qua conscientia in c-lebri hoc emporio tamdiu toleratum sit, vt omnes & singuli, cuiuscu-que tandem Artis, aut Conditionis forent, Pharmaciam erigere posse & Medicamenta præparandi scientiam sibi vendicare donec Anno 1658. M

gistratui pericula ostendimus, quibus sine mora Ampliss. ac Consultiss. Dominus *Gregorius Martens* pluries Consul. Obviam ivit, cuius aucthoritate & prudentia

...... Priscamque resumunt
Canitiem leges, emendanturque vetusta,
Acceduntque nova.

Per quas nempe irrepta erronea reformantur in melius, pharmacopolarum libertas, ne dicam dissolutio, in securitatem: & certe, vti alibi monui, negotium hoc eo scrupulosiore circumspectione dignum, quod in illo sæpius bis peccare non liceat, de quibus plura Quæstione expressa subsequente; quod ab omni Magistratu benè advertendum esse præmonet *S. Gregorius Homil.* 11. dum scribit: Ubi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui præest, quoniam tacuit (dissimulando errores & abusus) reus mortis tenetur.

In pharm. Antverp.

Sup illud Ezech. Fili homin speculatorem dedi.

His & doctrinæ, & religioni, morum integritas necessariò adiungenda, vt, quorum mandatis, & visitationibus omnis Sexus, & Ætas obtemperare debet, vitæ probatæ sint

Nam pulchrum est hominem pariter doctumque probumque
Et scire, & sapere: insipiens doctrina timenda est
Vt furiosus habens Gladium, sic doctus iniquus.

Itaque de illorum, qui circa ægros versantur, irreprehensibili conversatione Magistratui constet, qui perversos instar Pestis abigat quantocius, ne contagioso affrictu innocentes perdant, quia liberalis hæc scientia multa Medicis indulget, alijs illicita. Deinde sicut, Christianè Pænitentis mens conscia nihil confessario celare potest, atque ex hac secretorum revelatione libertas quædam, & incauta familiaritas oriri nata sit, ideo Summi Pontifices, sanctique Canones, tam graves pœnas Confessarijs irrogarunt, qui cum Pænitentibus peccant, & ideo eorum vita tam rigorosè cribellatur & discutitur, antequam ad Id muneris admittantur, quod idem propter rationis paritatem, locum habet in Medicis, quorum vel irreligiosi, vel incauti facile pelliciuntur ad vetita ipso morbo occasionem subministrante, & præsentiæ necessitate pallium explicante. Solebant antiquitus Medici suos ægros Amoris, & affectus officijs demulcere, imo ad Oscula etiam pervenire, vti patet ex hoc *D. Ioan. Chrysostomi*: hæc & Medici faciunt sæpius, difficiles ægrotos habentes, Deosculantes, Rogantes, Persuadent salutarem sumere Medicinam, & Archimandrita doctissimus *Aloysius Novarinus*. Osculum, inquit, ægrotis quondoque Medici dabant, vt his blauditijs eos ad Medicinæ sorbitionem allicerent: quod hisce temporibus feliciter abrogatum, ne animæ vrantur in medullis, qui febrim patiuntur in corpore, quod

Homil. 3. ad pop. Antiochen.

Lib. 5. de signo euchar. cap. 61. n. 612.

quod Apollinidi accidit Medico qui Amytidis Xerxis Regis Persarum
Amore capiebatur, quod postea ipsi malè cessit. Consimili sceleri subi
fuere Vectius Valens Messalinæ Claudij Imp. vxoris & Eudemus L
Lib. 29. Drusi Imperatoris Medicus si *Plinio* credimus vt *Tacito*. Didymonis cu
Lib. 4. Annal. in Diogene In dam meminit *Laërtius* qui & vulgò mechus audiebat, & similia videre
apud *Hostiensem*, *Ioannem Andreæ*, *Panormitanum*, *Bartholomeum Brix*
Cap. disc. de eo qui cogn. con. uxor. *sem*, & dum hæc scribo alienigena, impudens similis scurra ob eadem f
nora hic in Iudicium tractus

..... *Qui tangere Venas*

Quæst. 32. Eclog. 6. *Nonunquam illicitas, ausus.*

Uti loquitur Mantuanus *Hypocrates* autem Ethnicum Magistratum
tempore nihil vitij in Medicis damnare animaduertens, Medicos per
aut ex Iuramenti obligatione, ad quod illos adigebat saltem, honestos
voluit: Iusiurandum enim hæc habebat inter cætera: Neque precibus ad
ctus, cuiquam Medicamentum mortiferum propinabo, neque eius
auctor ore. Pariter neque mulieri Pessum ad Fætus corruptionem subijci
sed castam, & ab omni scelere puram, tum Artem, tum Vitam meam p
stabo ...... In quascumque ædes ingressus fuero, ad ægrotantium ingre
salutem, alienus ab omni iniuria voluntaria, & corruptela, cum alia,
præsertim rei Venereæ in corporibus Mulierum &c: Rationem verò qu
Lib. de Med. illos tali Iuramento obstringi voluit, alibi his Verbis allegat. Cum æg
inquit, Medico non parum est commercij, illi enim huic sese tractan
submittunt, isque nunquam non fere cum mulieribus, & virginibus c
versatur resque magni prætij contrectat, à quibus omnibus sibi temper
Lib. quod opt. medic debet: & *Galenus* ait, non licere cuiquam esse industrio, qui se aut V
obruat, aut Cibis expleat aut Veneri dedat, Pudendis denique, & Ve
indulgeat. Idem inculcat *Arnaldus à Villanova*: Medicus: inquit, sit
Lib. de Calc c. 111 nestus in thalamis, delitescat in eo flamma libidinis: & alibi: hoc vn
Lib. de Caut. med. præterea moneo ne Medicus ægroti vel ancillam, vel filiam, vel vxor
respiciat oculo sinistro, nec Cupido, nec funis eum decipiat Mulierum
Tract. de pest n. 63. ait *Franciscus Ripa*.

Morborum causas per brachia candida quærat.

hic enim, & ei similes à Magistratu è Republicâ sunt abigendi, consi
Isagog. c. 1. rante cum Erasistrato ex *Serano Ephesio*, felicissimum esse si vtrumque co
In Iusiur. Hypp. c. 9. cidat, vt & in Arte sit Medicus perfectus, & Moribus optimus. Talem
In Epistol. *bomij* testimonio, zenonem apud Alexandrinos fuisse constat, quem Iu
nus Imperator ait, non ad summum tantum Medicæ artis gradum perveni
sed ei parem Morum moderationem, ac Vitæ temperantiam adiunxi
Talis fuit Daphnus Ephesius, quem Aucthor. *Epithomes in Athenæum*

fu

fuisse qua Vitam, qua Mores sanctum. Talis *Iamblicbus* alijque, quorum vita, ac præsentia, laudes imminuunt, ipsa Modestiâ digito labellum compescente.

Vbi Reipublicæ de Medicis, Pharmacopolis, & Chirurgis peritis, & morigeratis provisum, restat vt Magistratus curet, ne ad Obstetricandum admittantur Mulierculæ ineptæ, sed Matronæ artem callentes, à Medicis antea examinatæ, & approbatæ, integræ vitæ, fide Romana imbutæ, & Fidelitatis Iuramento obligatæ; nam & hæ aliquod Medicinæ munus, vel quod ad hanc pertinet videntur exercere: atque hæc cura Magistratui imponitur per *L. 4, §. Sed obstetrices ff. de varijs & extr. cognit.* quæ sic habet Audiant Præsides Provinciæ obstetrices, quæ vtique Medicinam exhibere videntur; & in parte priore *Hermon. Gynecior.* dicitur quod debeat esse quæ litteras novit, & habet Ingenium, Memoriam, Sudium &c: Nec solum in vitio sunt inquit *Mauritius Cordaus*, communiter. sed in magna rerum ignoratione versantur, non dicam Iudices, sed pœnes quos Reipubl. dominatus versatur, eiusdemque salus, si illi imperitis Obstetricibus, vulgi vxores committant; aut etiam suas. Imperitas dicimus, addit, quas novimus minus eruditas Medicorum ratione & oratione. Chirurgorum olim officium erat, nunc propter decentiam, & Obstetricum multitudinem, solis fœminis concessum, nisi necessitas aliud mandet. Quot autem fæcundæ Mulieres, per harum ignorantiam reddantur steriles, quot perfectissimi fætus sciolarum ruditate, vel in ipse partu suffocentur, vel ita debilitentur, vt brevi extinguantur, vel membro mutili maneant adulti, vellem nescire, præter omnia horrenda illa, quæ tuendæ Famæ ergo, circa defloratas exercent. Quibus si Magistratus non invigilet, impediatque quis Theologorum à culpa excusabit, iam dudum à *Leone Papa* tanquam reum condemnatum? nam *Facientis*, proculdubio, *culpam habet*, inquit Pontifex, *qui quod potest corrigere* (& tenetur) *negligit emendare: & libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa, & negligere, cum possit perturbare perversos* (adde ignorantes) *nihil est, quam fovere: nec caret scrupulo confessionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.* Horum improperium egregiè à sese avertit Ampliss. ac nobiliss. Magistratus noster Antverpiensis, non minus religiosus, quam politicus, hoc vnicum desiderari doleo, quod inexequendis legibus tam prompti omnes non sint, quam in illis ferendis diligentes.

Cap. 9.

In l. Hypp. de morb. mul. com. 4. n. 19.

86. Dist.

Resp. ad Argum. 1. Vnusquisque hominum, Membrum esse censetur Corporis illius, quod vocatur Communitas, atque ita omni, & singulo sui tutela commissa: sed sicuti caput omnibus reliquis, ita Magistratus debet omnibus prospicere, defendere, & curare. Ad *Eccles.* dicendum hic nihil nisi hominem libero arbitrio donatum indicari, & per hoc ab agentibus necessariò, & naturaliter, distingui.

In Catalog. glor. mund. Ad 2. Multos nulla practicandi licentiâ ab Vniversitatibus obtenta, furtim se in praxim ingerere, quod detegere, & impendire tenetur omnis Magistratus.

3. Reg. 6. Ad 3. Doctrinam hanc ethnicam magis, quam ethicam repugnare Christianæ & Politicæ, & Charitati, quæ *Non quærit quæ sua sunt*, & omni in statu politico, bonum commune privato præponendum.

QVÆSTIO V.

An Magistratus possit Iudæos ad Medicinæ praxim admittere?

ARgum. 1. Medicina Ars liberalis est, adeoque liberè ab omni hominum genere, modò Doctrinam sufficientem, & requisitam in Vniversitate aliqua auctoritatem ad practicandum obtinuerit) exerceri potest: ergo Iudæi ab ea non sunt arcendi.

2. *Præses Chassaneus* expresse scribit Iudæos assumi ad Doctoratum in Medicina, atque ideo tantum assumuntur, ut vel illam publicè doceant, aut exerceant, aut vtrique simul incumbant ergo in Republica ad praxim sunt admittendi.

3. Ipse Salomon in Veteri Instrumento à Rege Tyri (vrbis in Phenicia Regionis maioris Asiæ, partisque Syriæ Iudeæ propinquæ) infideli magistros operum, ad cedenda ligna expetijt: neque hoc improbare videtur D. *Thomas*, dummodo infideles non accipiant Dominium, aut prælationem super fideles. ergo & nos Christiani vti possumus Iudæorum operâ.

SED CONTRA faciunt hæc Gregorij XIII. *Vniversis vtriusque sexus fidelibus strictè inhibemus, & interdicimus, ne post hac Iudæos adipsorum ægrotantium curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittivè faciant, concedant, vel permittant, & si quis adversus ea facere ausus fuerit, Sacramenta Ecclesiastica nullatenus ei ministrentur, & sic decedens careat sepulturâ.*

CONCLVSIO.

Non possunt superiores tolerare, vt Iudæi Medicinæ praxim exerceant.

NOn mihi hic Quæstio de meliore hoc Iudæorum numero, quos Geographiæ periti Essenos in Occidentali parte Iudææ statuunt, ab Essenis fortè non diversos, cum & *S. Hieronymus* eos hoc nomine appellet; se-

de excrementitijs illorum ſordibus, & quiſquilijs, de fæculentis illorum reliquijs, cum tanto omnis Chriſtianitatis damno, quanto nullum Veneficarum toxicum per vniverſum Orbem diſperſis): de Medicis, inquam, illis, quorum optimi Iudaiſmum palam, & per ſolennem Circumciſionem profitentur, alij autem religionem ſuam hypocriticè, atreque recutiti Chriſtianiſmi larvâ perſonati mentiuntur, vt ipſi Chriſtianos, ſicuti parentes eorum Chriſtum, verè patientes efficiant: de illis, qui *ex parte diabolo* ſunt, & Matthæo teſte, *Sepulchra dealbata*, *Serpentes & genimina Viperarum*, *Duces ſtulti & cæci*, & qui tamen *amant primos Accubitus & Cathedras*, *& vocari ab hominibus Rabbi*, Qui *comedunt domos Viduarum*, *qui Decimant Menthum & Anethum*, *& Cyminum*, *teſtimonio ſibi exiſtentes*, *quod filij ſint eorum qui Prophetas occiderunt & implebunt menſuram Patrum ſuorum*; cum enim Avi illorum odium in Chriſtum expleverint, idem illud poſteris ſuis in Chriſtianos exerere mandarunt, quare omnes quidem, at potiſſimum Iudæos Medicos debent Magiſtratus habere ſuſpectos, non enim ita piſces aquam, quam hi ſanguinem Chriſtianum ſitiunt, idque ab immemorabili tempore, non ab heri aut nudius tertius confirmant ex innumeris ſceleratiſſima hæc pauca exempla, idque vt Reges, & Leges Iudæos radicitus extirpari volentes, ex ratione legitima, non cæco affectu proceſſiſſe manifeſtum fiat, & dum calamo interim manum admoverem, horror execrabilis, quaſi ſtylum revocat. Sub Vlpij Traiani temporibus, qui Cyrenem incolebant Iudæi, Andræa Duce cohabitantes ſibi incolas indiſcriminatim invadentes, ita excarnificarunt, vt etiam (horreſco referens) ad Menſam producerent, humanis in viſcera ingeſtis Cibis: nec ſatis, Sanguine adhuc ſtillantibus inteſtinis præcingebantur, Cutes pro indumentis erant, pleroſque ab imo ad ſummum interſecuere, plures, Beſtijs obiecti, alijs inter compugnare, ac digladiari coactis, ita vt Ducenta, & amplius, hominum Millia is furor abſtulerit Iudaicus, qui & inibi Artemione Duce Ducentis, & Quadraginta hominum Millibus. Tempore Philippi longi Galliarum Regis, Pharmaco ex Sanguine Leproſorum hominum, Lotio, herbis Lethiferis panno involuto, per omnem Franciam puteis immergentes, generalem totius Regni ſtragem moliebantur. Ite nunc, & Sanicidis illis (ita enim teſte *Nicolao Clenardo* in ipſa Luſitania vocabantur) veſtram ſanitatem committite, dum ipſam peſtem omnes citius, quam, gentem illam execrabilem è Civitatibus veſtris profligabitis! vim probem dicta? *Cardinalem Baronium* teſtem appello, qui ex Actis S. Niconis ſic habet: Anno à pariente virgine 982. Peloponneſum depopulata eſt Peſtis, maximè verò Civitatem cui nomen à Priſcis *Lacedæmon*, afflixit: huius Cives ad avertendam hanc luem S. S. Virorum preces potiſſimum expetiverunt, inter Nicon Monachus Sanctiſſimus qui-

Cap. 23.

Tom. 1. ad Ann. 981.

ro-

rogatus, opem spopondit, seque etiam habitaturum cum ipsis, si mo
Iudæi Vrbe pellerentur, quod vbi fecissent, Nicon in Vrbem commigr
vit, & Pestis inde ilico exulavit, Iudæis vna expulsis. Similes his Crudelita
Persidias, Imposturas & Nequitias etiam in particularibus personis lege
sunt apud *Socratem*. *Beniamin. Tudelensem*. *Cælium Rhodin*. *Robertum Gaguin*
Ieremiam Drexelium: *Philippum Camerarium*: *Paulum Æmilium de reb. g*
Francor. lib. 8. Dionem in vita Adriani: *Sigebertum & Reginonem lib. 11. Io*
cem Freitagium Noct. Medic. cap. 1. Meyboom in Orkok Hyppocrat. cap. 14 Hie
nym. Bardum Medic. polit. Cathol. cap. 1. Ioannem Molanum in Diario Ecclesia
Medic. cap. 21. Tacitum *Lib. 5. Annalium lib. 2. Histor. Spondanum in Auct. Io*
Carol. Rosenberg. Ros. nobil. exercit. 1. Ioan. Bap. Cedronchium de Christiana ac tu
Medendi ratione.

Lib. 7. c. 37 in Itinerar. Lect. Antiq. Lib. 5. c. 9. Lib. 7. hist. in orbe phaëtont. c. 32. hor. subcis. c. 42

Sed dum hic de Medicis potissimum Iudæis agamus, vnum habetot
Maioli nobis fidelissimè communicatum, de quodam Iudæo nomine Ioa
ne Pfefferkoren. Vt nihil sceleris intentatum maneret, inquit, sibi etia
Personam Medici accommodavit, seque ad ignotos Medicum passim Pr
fessus est, cum sit in nullo mendacio maius periculum.... Pro Medicamen
præsens Venenum porrexit, pro expectata Salute repentinum Funus d
ceptis attulit, atque ita subditia huiusmodi, falsaque personâ Medici,
grotos non minus Sedecim (non diu enim Carnificinam illam agere permi
Omnipotens) se occidisse palam in Quæstione confessus est. Præter ho
Iudæis socijs, & illud quoque iuraverat, si quando (vt maiori suæ frau
viam ita præstrueret) vnum aliquem interdum Christianum curasset, lo
illius (horrendum dictu) quindecim alios se contrarijs Medicamentis v
privaturum: at mitissimo Deo permittente, tantæ perfidiæ pertæso, su
plicio affectus est hallis, oppido Dioceseos Magdeburgens. Anno 151
Quid? nunquid antea, Carolum Caluun *Zedechias Iudæus* Medicus Vene
sustulit? & Baiazethem II. Turcarum Imper. filius Zelymus Hammon.
dæi Medici *Vstarabim* nomine operâ interfecit? itaque documento hæc sin
inquit *Horatius Tursellinus*, quam tutò Christianorum salus Iudæis Medi
credatur. Quod benè perpendens Rex Catholicus vniversum Regnum su
illis interdixit, omni ad illud aditu firmissimis, & iustissimis Legibus pr
cluso; verum vt *Tacitus* loquitur, Genus hoc hominum potentibus fall
in Civitate nostra & vetabitur semper, & retinebitur: rationem ait *Ierem*
Drexelius dum scribit: Iudæi fallere didicerunt ab Avis, Proavis, Abav
Atavis, Tritavis, ab omnibus suis maioribus; & hæc in subsequentibu
immediatè post, exemplis confirmat: qua de re eorum Vafrities, omne
sæpè Censorum vigilantiam eludit, aut hic ratione maioris mali evitandi Ce
suram suspendit: absit enim id ex sinistra conniventia, Corruptione,

Tom. 3. Dier. canic. colloq. 1.

Epit. Histor.

Orb. Phaëton. cap. 22. de lingua salaci.

Av

Avaritia fieri, de quibus suis temporibus conqueritur noster *Langius*, Præfectum aut Magistratum Dorophagum appellans, qui accepta turpi peculiolâ, hæc Medicinæ monstra, & Iudæos perfidos in perniciem subditorum tuentur, & ferunt, quibus solis fas est marsupia Christianorum fœnore exhaurire, & corpora eorum per Medicamenta inexperta Vitâ, vel Sanitate saltem spoliare, & sollicitos ægrorum animos Incantamentis, & Sceleratis Superstitionibus, à verò Dei cultu ad Idololatriam, inani, & perfida recuperandæ sanitatis spe flectere: hæc *Langius*; cuius farinæ homines *Sapient. cap.* depinguntur his verbis: *Illos enim antiquos inhabitatores Terræ Sanctæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per Medicamina, & Sacrificia iniusta.* Nempe ad hoc ab incunabilis enutriuntur, crescitque cum illis erga Christianos Odium, & Invidia: *Epist. 1.* *12. Vers. 4.*

...... Mox & præputia ponunt,
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum addiscunt, & servant, ac metuunt Ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moyses.

Ait *Iuvenalis*: & qui indolem eorum ætate iam provectorum noscere desiderat, legat *Cornelium Tacitum* locis supra citatis, maximè verò *Lib. 5. Histor.* in hunc modum eos describentem: Apud ipsos, inquit, Iudæos Fides obstinata & adversus omnes alios hostile Odium. Separati epulis, discreti Cubilibus, proiectissima ad Libidinem gens, alienarum Concubitu abstinent, inter se nihil illicitum, nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere Deum, exuere Patriam, Parentes, Liberos, Fratres vilia habere ..... Iudæorum mos absurdus, ita *Tacitus*, quod Marcum Imp. aliquando, apud *Ammonian. Marcellinum* dolenter exclamare coëgit: ô Marcomanni! ô Quadi! ô Sarmatæ, tandem alios vobis inquietiores inveni. Qua de causa Iudæi omnes & singuli, quanto magis Medici, Legibus & Penis Cyprum attingere prohibitum fuit, & si quis, vel vi tempestatis, vel per errorem illuc delatus fuisset, Capite damnatus, statim Morte multabatur. Plures aucthores consentiunt, referente *Tacito*, quod orta per Ægyptum Tabe quæ corpora fædaret, (Psorâ, Mentagrâ, Elephantiasi aut quo simili) Rex Bocchiorum, adito Hammonis oraculo, remedium petens, purgare regnum, & id genus hominum vt invisum Dijs, alias in terras avehere iussus sit: atque hunc laudatissimum, iuxta ac sanctissimum morem, Rex Hispaniarum, vt diximus, vbique rigurosissimè observat, & non nisi Magistratus, & procerum (qui parvâ à Iudæis accepta pecuniâ, liberè in corporibus subditorum grassari, eosque non tondere, sed deglubere permittebant) indulgentiâ factum, quod hinc inde Iudæo sese clanculum ingerente, perfido huic liceat in corpore Christianorum experimenta per *Satir. 14.*

mortes agere, ait supra laudatus *Langius*. Verum cum zizania hæc tam
Epist. 2. ficulter, propter versipellem eorum versutiem, extirpari queat, q
Deus voluisset Lolium inter Triticum crescere, quisque sibi caveat à F
mento Iudæorum, iterum dico:

Hos fuge, pestis enim nulla hac immanior, hi sunt
Fex hominum, fons Stultitiæ, Sentina malorum,
Agnina sub pelle Lupi.

Neque refert illos Sacrilegè nobiscum Templa frequentare, Pectus tu
dere, Rosaria in manibus ostendere, Hypocrisis est: ægrum de Sacrame
torum administratione monere, vaferrimè, & coactè faciunt, vt apud p
pellum fidem aucupent, & ne Idololatria eorum prodeat in lucem, n
sunt, vt ille ait

.... Mercede colentes,
Non pietate Deum, falsa sub imagine recti
Decipiunt stolidos, ac Relligionis in vmbra,
Mille actus vetitos, & mille piacula condunt.

Ideo Sanctissimus *Pater Augustinus* severissimè inhibuit, ne quis illoru
operâ vteretur, etiam Pœnâ superinducta gravissima, his verbis: *In inf*
Epist. ad Pollentiū. *mitatibus suis nemo Iudæum vocet, aut medicamentum ab eo accipiat: quiq*
vero hoc fecerit, si laicus sit, excommunicetur, si Plebanus, suspendatur &
Vide Can. 11. Trulli. resolut. causa 28. quæst. 1.

Neque hic sese quispiam per Basilium Magnum excuset, quod hic
Amphilochio teste, Iosephi Iudæi Medici operâ sit vsus; ex revelatione eni
præsciverat hic vir sanctissimus, illum tandem adhuc sacrum Baptisma co
secuturum, at similis conversio nunquam nobis speranda, quorum nen
pe tanta est in Hæresi sua pertinacia, vt *S. Vincentio*, ex ordine *S. Dominici*
tantum laudis (quia neque tantum laboris) ex 70000. Millibus Infideliu
ad Christi fidem reductis, sibi non comparavit, quam ex Quinque inter illo
Iudæis ad Deum conversis: quod sciens *D. Basilius*, longius vitæ spatium, ide
dumtaxat à Deo petijt, vt Iosephum Iudæum ad Christi fidem posset pe
ducere, cui maximo negotio parvum tempus non erat satis. Ex Christian
ergo Zelo & Charitate exhortandi ac obnixè rogandi sunt omnes, (inqu
Petrus Vffenbachius Epist. dedicat. in Hercul. Saxoni.) qui æterno, & vnic
vero Deo, Domino nostro Iesu Christo, nomen dederunt, vt propri
salutis ratione habita, Impostores hos fugiant, qui in Deum & Salvatore
nostrum blasphemi sunt, & quibus ex *Libro Magda Rabbi Moysis Ægypt*
cap. 10. palam permittitur, vt nos interimant, & in periculo constitutis
non modo non subveniant, sed id etiam quantum possunt, augeant: pro-
pterea etiam Medicis suis prohibitum esse, annectitur, ne Christianos sa-

nent

nent, etiamsi pro Mercede curam eorum susceperunt: Imò vt *Authonius Margarita* Iudæus baptizatus apertè confitetur, Decimum quemque, quos ex Christianis curandos suscipiunt, coguntur interficere, hos fugiant itaque, & ceu fures Vitæ, & bonorum Christianorum procul arceant, magno sibi peccato ducentes, illis qui ex professo hostes sunt solius veri & æterni Dei, Templum illud Christi Sanctum, Corpus scilicet prætioso Sanguine filij Mediatoris in Cruce effuso liberatum, & in Sacro Baptismatis lavacro à peccatis, & omni impuritate mundatum, Sanctoque Spiritu illustratum, Iudaico sterculinio denuo polluendum, & prophanandum concedere, imò ceu Canibus infensissimus, hanc Dei & nobis propriam imaginem, obijcere deformandam, & temerandam. Ita *Vffenbachius ex Mario.*

Cogitet itaque vniuscuiusque Reipublicæ Magistratus & Rector, sese ideo præesse, vt prosit, nam teste *D. Bernardo*: *Improbè satis præesse affectat, quibus prodesse non curat, & quorum non Zelat salutem* (corporis & animæ) *subiectionem nimis ambitiosè sibi vendicat*: ille autem verè Civibus suis prodest, qui non solum illis bona procurat, & mala avertit, sed & pericula prævenit: facientis enim culpam habet, qui, quod potest, negligit emendare: hoc movit *Paulum Quartum* Pontificem ad prohibendum expresse, ne quis in curatione Iudæi, se Medicum profitentis, vtatur operâ, quod & *Pius* V. confirmavit. Et si vaferrimam hanc Nationem, non nisi per replicas & duplicaturas, Viperarum instar, prorepentem haud satis detegere, aut extirpare nequeat Magistratus, quisque Conscientiæ suæ, ac propriæ Saluti intentus, Iudæos Medicos, omni morbo peiores, toto conatu & industriâ evitet, ne serò temeritatem deploret, tam salutares Leges infringens: monet hoc Sacra Scriptura, cogunt SS. Patres, mandant horrenda Exempla, docet nos quotidiana experientia, quod sint, Emasculatores, Sortilegæ, Præstigiatores, Phormiones, Sycophantæ, stentorij Circulatores, Æditui malè feriati, Furiosi Cabalistæ, Arabes exotici, Sanguinarij Tortores, Avari Crumenimulgæ, sed infra omnia hæc Medicus Iudæus, quique aliquem eo nomine appellaverit, maledicta cuncta complexus est. Hæc omnia tamen (dolendum!) impedire non possunt, quin temerarij quidam, & de proprio vt dicitur, Corio ludentes etiam Religiosi viri (quod pudore, & forte scandalo non caret) ipsorum adhuc operâ vtantur, atque ita contingit, vt (verba sunt *Cornely Taciti*) *Hoc genus hominum publico exitio repertum, & panis quidem nunquam satis coërcitum per præmia eliciatur.*

Sup. Cant.

Lib. Annal. 4.

Resp. ad Argum 1. Negando Assumptum, nam in Republica benè ordinata, Superiores in hominibus litteratis, maximè Medicis, & Advocatis, non solum Aucthoritatem, aut Licentiam, & Doctrinam considera-

re debent (requiruntur quidem hæc, at non sufficiunt) sed Sinceritaten insuper, Probitatem, & Fidem: quæ si desint, quo Doctiores, eo Re publicæ perniciosiores, quia ad imponendum vulgo, & technas suas occu tandas sunt aptiores.

Ad 2. hoc per abusum fieri, (à quo nullum rectè ducitur argumentum & in illis dumtaxat, qui Religionem suam callidè mentiuntur, alias nulli hoc Christianorum moribus receptum est, vti benè notat *Ioannes Molanus.*

Diar. Med. num. 21.

Ad 3. In praxi sua Medicus habet Prælationem quamdam, & Dominiu super ægros, non quidem Superioritatem Civilem, aut Politicam, se quatenus patiens, Iuri quasi suo cedens, sese eius Imperio submittit, ideo *Imperatores* apud veteres dicti: quod ita locum non habet in Artib illis Mechanicis & vilioribus, Medicus enim mandat ægris suis absolutè, m nistri vero Artificum, secundum *D. Thomam*, subduntur alijs Dominis Præfectis, vndè fortè in ministerijs & servitutibus vilioribus, minorisqu momenti, quam vbi de Vita hominis agitur, illorum famulitio vti lice neque hoc adhuc semper esse licitum docet ibidem Doctor Angelicus, a iungens *Si ex tali communicatione, vel convictu subversio Fidelium timeretu esset penitus interdicendum*, atqui hoc toties contingit, quoties fundata susp cio est, fidelium Vitam in Mortem convertandam iri.

Vide I. Lipsi. in Senecam. Loc. cit.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Magistratus particularem diligentiam adhibere teneatu in Peste, & Lepra?

ARgum. 1. Pestis à Deo immittitur, sicuti à Iudice supplicium, ne pe, ad coërcenda vel punienda hominum peccata, vt patet *Levit.* 2 *Deuteron.* 28. 3. *Reg.* 8. 2. *Reg.* 24. Sed nullo modo impedire fas est Ius tiæ sæcularis executionem ergo neque Divinæ: quod patet Petri exempl qui volens Passionem, Mortemque Domini impedire à Patre destinata obiurgatus fuit, iussusque *Gladium mittere in vaginam*, hoc est, instrume ta illa & media seponere, quibus mortem avertere conabatur.

2. Videtur quod omnis diligentia, quam Magistratus, aut Princeps a hibere posset, in eo consistat, quod expertissimos doctissimosque Me cos curandæ Pesti præficiant, sed cum truculentum illud malum nemini p cat nequidem ipsis Medicis, ex eo maior Reipubl. iactura immineret, er neque hoc illis incumbit.

3. Quamvis Magistratus deberet particularem diligentiam adhibere in P stilentia, hoc fieri deberet propter Contagium, & Mortis periculum, ne

tru

trum locum habet in Lepra, vtpote qua infecti etiam senescunt, & quam *Alexander Trallianus* scribit, non esse Contagiosam, & inquit Vitiliginem, & Lepram hoc habere, quod oriatur ex humore magis viscido, crasso & terrestri, quam vt adhærere possint, & eiusdem sententiæ etiam est *Aristoteles*, ergo &c: *2. Problem medit. probl. 42. Problem. 7.*

SED CONTRA est illud D. Gregorij Homil. 10. super illud *Ezechiel. cap. 3. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël &c:* Ubi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui Præest, quoniam tacuit, reus Mortis tenetur: additur nempe expressis verbis: *Vers. 19. Sanguinem autem eius de manu tua requiram.*

CONCLVSIO.

Grassante peste, Leprâ, & similibus Morbis Endemicis, obligatur Magistratus particularem curam pro Civium salute habere.

AD hoc vt Princeps, aut Magistratus, quibus potestas est data de super, non frustra gladium portent, non sufficit eo Maleficos plecti, sed requiritur quoque eodem Bonos defendi. Hinc, *Sanctus Gregorius*, David ait: *Virga tua, & Baculus tuus &c*: virgâ enim percutimur, & baculo sustentamur. Sit ergo Discretio Virgæ quæ feriat, sit & Consolatio Baculi quæ sustentet, hæc Gregorius: maior autem consolatio esse non potest in casu nostro, nisi dum baculo illo sustentantur iam malè habentes, & alij defendantur ne malè habeant. Olim qui Civem in Acie, Obsidione, aliovè periculo conservasset, cum summam laudem assequebatur, tum Coronâ ex Quernis folijs donabatur, cuius honos Argenteis & Aureis omnibus præcellebat; quantum ergo præmium Migistratum expectat, integram Rempublicam, quantum in se est, servantem incolumem! Non mihi cum hæreticis nostri temporis hic lis est, qui summum diem ita hominibus à Deo præfinitum esse contendunt, vt non modo, non produci, sed ne quidem ante metam illam intercipi queat, nam præterquam, quod falsa & inania effutiant, omnem humanam providentiam è medio tollentes, illos metipsos gravissimo Animi morbo, Insaniâ aliovè graviore affectu correptos, adeoque Medicorum operâ & auxilio indigere iudico. Lapidem autem offensionis posuit Tragicus Hussita dum ait, *Constituisse Deum terminos vnicuique quos præterire non licet*, quamvis tamen maximè sit veritati conforme: Deus quippe non hominibus tantum, sed etiam Animantibus vniversis constituit quasi quemdam suæ durationis, atque periodi apicem, inquit *Andreas Lacuna*; ad quem singula pervenire possent, si omnes occasiones effuge- *Li. 3. Mor. Psalm. 22. Præfat. in Epist. Galeni ad Paul. III.*

 rent,

rent, quæ interitum præcocem accersunt. Quod si iam quispiam, vel Dei donum contemnens, vel vitæ pertæsus, priusquam ad finem sibi destinatum adventet, det se ipsum præcipitem, disrumpatvè Crapulâ aut Vino, prævidit quidem talem Deus exitum, non præfiniuit autem, cum ipsum in suo Consilio, atque Voluntatis imperio reliquerit. Quæ sanè & in Pestis periculo maximè locum obtinent, dum vel illud non satis cavetur, aut temerariè ei Communitas exponitur: quod si hæc Prædestinationi nimium addictis non satisfaciant, legant *Partis primæ Quæstionem 1.* in qua latius hac de re actum est; hic tantum superioribus & Reipublicæ Præfectis inculcandum, vt in tam Contagiosis Morbis Civibus benè consulentes, *Patrum Patriæ* nomen adimpleant, per quæ autem præcisisè media id efficere valeant, obiter enarrabo, reliqua apud Aucthores invenient, qui de hac re expressos libros ediderunt & Tractatus, *Cesalpinum lib. 3. cap. 52.* Septalium *lib. 4. de Peste cap. 6.* Vnxerum *in Antidotar. Pestis lib. 1. cap. 2.* Guilielmum Marquis *Decad. Pestifug. Problem 2.* & ex iuris peritis Ripaldum *part. vlt. part. 1. n. 3.* Ioachimum Camerarium & Ioan. Evvichium *libris de officio Magistratus & legibus tempore pestis.*

Genial. dier. lib. 1. cap. 6. Constat Roma morbo laborante, cum vis Pestilentiæ (*Alexandrum ab Alexandro* legitis) & insanabilis pernicies, Tabesque Civitatis, ita per omnia capita pervagata esset, vt nec ope Divina, nec humanis consilijs levari posset, quotidieque corpora Morbo affecta caderent, ex seniorum memoria repetitum, Pestilentiam quondam fixo à Dictatore clavo decessisse, ideo C. Genutio, & L. Emilio Mamerco Consulibus, sæpeque alias, cum gravi Morbo Civitas affecta esset, Senatus L. Malium Imperiosum Dictatorem, Clavem figendi causa, dici iussit, qui Clavum (æneum scilicet Annorum numero consignatum) panxit, & hic dextro lateri ædis Iovis Opt. Max. in Capitolio figebatur. Verum hæc, vti & alia quæ libenter subticeo, diabolica superstitione plena, ab omni Christiano homine detestanda sunt, viaque securior ingredienda, scilicet sibi, de expertis, & doctissimis Medidicis provideant, qui sese iicet evidenti periculo non subtrahent, ait *Guilielmus* *Loc. cit.* *Marquis*, si & ipsorum personis, reique difficillimæ ac discrimine plenæ, competens & condignum decernatur honorarium: & certè Præmium quantumvis magnum, paruum illorum respectu nuncupandum veniet, quorum Vita prætio pecuniario Redimitur: Medicorum congregationes instituant, qui inito consilio Magistratui convenientia Remedia suggerant, etiam singulis Civium, qui præ tenuitate Medicorum consultationes similes instituere non possunt, profutura: Præterea struantur Ignes maiores in locis publicis: Suffumigia ex Arte pro Veneni qualitate confici iubeant: Tormenta bellica maiora circa Vesperam, & Crepusculum matutinum explodi curent,

curent, maximè vbi ex Aëris infectione morbus contrahitur: cætera, magisque specifica apud supra citatos Aucthores legantur, & Hieron. *Mercurialem Tract. de Peste cap. 20.*

Nec miror difficultas circa illos oritur, qui leprâ infecti sunt, à quibus notabilis vrbibus pernicies timenda, nisi opportunè & artificiosè obvietur, nam

..... Grex totus in agris
Vnius scabiè cadit, & porriginè porci.

De huius crudelissimi Morbi contagio & sympotomatibus ignarus, legat in Baverio in *Consilio quod incipit: in nonullis dictum est.* Murcuriali *lib. 2. de morb. cutan. cap. 5.* Levino Lemnio *de occultis rer. miracul. lib. 2. cap. 52.* Valesco *in Phibon. lib. 7. cap. 21.* alijsque hic *Parte 1.* citatis. Hinc ad exemplum Divinum, Leprosos ab vrbe semoveri, & aliorum hominum conversatione longè arcere voluerunt Leges & Canones, vti patet ex *Capitulis 1. & 2. de Coniugio Lepros. & Glossa ibid.* Alexander *in L. Casus cap. 1 de test. N. 3.* Bertach. *de Gabell. & vectigalib. p. 2. N. 49.* Vnde cum hic Morbus sit Iudæorum patrius, eoque infecti maximè Duces fuere, militesque ad Bellum pro Terræ Sanctæ recuperatione, vel missi, vel voluntariè transeuntes, illo tempore præcipuè vsus invaluit, vt extra vrbes Xenodochia, nomine S. Lazari nuncupata, construerentur, quæ huiusmodi infectos homines reciperent, sicuti *Tursellinus*, alijque historici, de Bello Sacro scribentes, affirmant: idque fortè, etiam *Pauli Æginetæ* edocti præcepto, Magistratum quoque obligante, quod ita se habet: *Quoniam autem in Contagiosis est hæc passio, non minus quam Pestis* (nota) *habitandum ijs est longißimè ab Vrbibus, in mediterraneis, & frigidis, & parum habitatis locis. Atqui si fieri poßit, etiam inde transeundum ad loca proxima, & ob se ipsos, & ob alios, qui vt par est, ibi erunt cum minori malo: Nam & ipsi convenientiori fruentur aëre, & non communicabunt alijs malum:* horsum etiam spectant, quæ Dominus olim per Moysen mandavit *Levitici*, nimirum, quædam horum oportet leprosos agere sui gratiâ, quædam aliorum, quædam vtrorumque, quæ latius disertissimè pro more suo exponit *Franciscus Vallesius.* Gratiâ sui, *habere Capita nuda & rasa*, vt putridi vapores facilius exhalent: gratiâ aliorum, *habitare extra multitudinem & Vrbem, inter loquendum os ab audientibus avertere*, quia nullo modo magis potest hominem inficere homo immundus, quam per expirationem halitus, & aëris inspirati: gratiâ vtrorumque, *vti vestibus novis, aut crebò lotis & mundißimis, abiectis infectis*: quia vestis Leprâ inquinata, non solum servabit inquinamenta, sed ipsa in se etiam putrescet, eodem planè modo, quo Leprosi hominis Cutis, & Putrescentiâ non dissimili: potestque Vestis à Cute, & Cutis à Veste infectionem recipere, & vtrumque

Lib. 4. c. 1.

Cap. 13.

Lib. de Sacr. Philos. 19.

que seorsum putrescere, & ambo sordida cum sint, computrefaciunt ses mutuo, quod ex eo patet, quod infecta Vestis, sive linea, sive Lanea sive Pellicea, easdem habeat cum Cute notas, Maculas scilicet Albas, ve Rufas, & crescere eodem modo, ac cætera habere vt Cutis, potest: Alia in Pelliceis, aut Laneis quædam adhuc est peculiaris causa, ob morbos Animalium, ex quibus Lana, aut Pelles detractæ sunt. Hinc caveat Magistratus defunctorum Leprosorum Vestes aut vendi permittere, aut alijs quantumvis elotas, gerendas dare.

Hæc considerans *Imperialis Celsitudo* sua Brabantiæ Dux Gloriosæ Memoriæ *Albertus*, Leprosorum visitationem, ab immemorabili tempore fundatam (quæ singulis annis ad miserè afflictorum levamen, vel dubiè hesitantium certitudinem, circa diem decimum Mensis May Antverpiæ instituitur) per expressum in Albertina sua decretum continuari, & confirmare voluit, *Cap. 127.* & ne vel bonus misericordiæ zelus tepesceret, vel morbidorum horribili sordities pietati nauseam induceret, singulo Medicorum, Chirurgorumque visitantium, vnum solidum pro vnoquoque ægro, ex Ærario publico dari mandavit. Quod nuper tamen, sive malè informatus, sive præter munificam suam opulentiam parsimoniæ deditus Amplissi. Magistratus, in omnibus, etiam minoris momenti alias satis politicus ac liberalis, reformavit, cum tamen ex omni Civitatis proventu, vix quidquam posse vtilius expendi.

Ad 1. Argum. Resp. Allegata tunc locum habere, quando divina voluntas per revelationem, vel aliunde nobis clarè innosceret, tunc licitum esse vnicuique sese iustæ eius voluntati confirmare, sicut reus iustè condemnatus non tenetur carcerem exire, sed cum plerumque de eo nihil Magistratui innotescat, suspicandum, Deum, *Cui Miserere est proprium*, quos à se iustissimè affligi, misericorditer per nos velle iuvari, vnde cum *D. Thomæ* testimonio Naturaliter quælibet res se ipsam amet, & ad hoc pertineat, quod conservet se in esse, & corrumpentibus resistat, Magistratus autem sit vnus pro omnibus, quantum in se est, tenetur plagas avertere, quandoquidem & in illo casu, Deus non *velit* præcisè *Mortem peccatoris*, nec primam nec secundam, *sed* magis *vt convertatur*, & respiciat ad percutientem se: Petro autem, cum Patris sui voluntatem Deus sæpius revelasset, quodque necesse foret, vnum mori pro populo, defensio illa, præter quam quod inefficax esset & frustranea, etiam zelum indiscretum sapiebat, quare meritò fuit reprehensus.

22.q.64, art.5 in corp.

Ad 2. Quod intelligentes Medici alijs etiam prudentiores sint ad cautelam, morbumque præveniendum, vtpotè qui Prophilacticam egregiè calleant, verum quidem est illud *Homeri: Vir Medicus multis præstantior vnus*, sed huius

huius mali, vel iacturæ periculum, ex alia parte sufficienter compensatur, eo maiore lucro, quo tales capaciores sunt, vt multos & egregios viros alios vel præservent intactos, vel sanent infectos.

Ad 3. Negatur Subsemptum, Lepram enim omninò Contagiosam esse, experientiâ certum est, & Aucthoritates convincunt, quia enim citati Medici quidam huius opinionis fuerunt, benè docentur, & reprehenduntur ab alijs omnibus *Galeno* nempe *4. de differ. Pulf. cap. 1.* Paulo Ægineta, *Lib. 4. cap. 1.* Avenzoare *Lib. 2. tract. 7. cap. 12.* Avicenna *tertia quarti tract. 3. cap. 1.* Petro Aponensi *Differ.* 177. Hieronymo Mercuriali *Lib. 2. de Morb. Cutan. cap. 5.* qui ad loca citata nitidissimè respondet: Francisco Vallesio *Lib. de Sacra Phylosoph. cap. 19.* & vt ægri miserrimè vitam trahant, hæc quasi Morte acerbior est.

QVÆSTIO VII.

Vtrum Apothecarij possint præscriptum à Medico, immutare, vel omittere.

ARgum. 1. Medici interdum, sive per inexperientiam, sive per supinam oscitantiam, gravissimis in præscribendo committere possent errores: atqui talia videns Pharmacopola, tenetur errori isti non coöperari, ergo potest à Medico præscriptum vel immutare, vel etiam totaliter omittere.

2. Nihil ad Medicinam æque conducit, quam experientia, atqui hæc penes illos maximè est, in quorum manibus continuò pharmaca versantur, quales Myropolæ, & Apothecarij, ergo & illi sciunt de præscriptis iudicium ferre, & pro data occasione de illis disponere.

3. Multi præ rerum angustia, non possunt vti operâ Medicorum, habentes vixdum quibus Medicamina soluunt, atqui Apothecarij ordinariè nihil pro visitatione exigunt, ergo si illo casu ex proprio motu, & industria possint quædam ordinare, possunt prætiosorum à Medico præscriptorum loco, vel vilioris prætij, vel minoris quantitatis substituere; quod etiam locum habet, quoties ad manum non habent, quibus Medici mandato possent satisfacere.

SED CONTRA Facit Doctor Angelicus 22. q. 10. Art. 3. dicens *Ministri Artificum subduntur Dominis & prefectis suis.* Quod si in mechanicis (de quibus ibi agit) hoc locum habeat, quantò magis in Apothecarij officio, à quo hominum Salus, & Vita dependet.

CONCLVSIO.

Nullo modo poßunt Apothecarij ex propria aucthoritate à Medic præscripta, vel partialiter immutare, vel totaliter omittere.

NOn solum humanis Legibus ex Decretis, sed ipsa Naturâ etiam i comparatum est, vt inferiora superioribus subdantur, iuniores senio ribus cedant, discipuli Magistris obediant, minores maioribus obtempe rent, non est enim maior servus Domino suo. Imò post Chaos & primit vam vniversi Confusionem, rerum ordo expostulat, vt vnumquodqu Animal stationem suam indeclinabiliter servet, Personarum ad quam electu est, quisque effingat, nec falcem quis mittat in messem alienam. Hoc ad vertens primus Legislator Numa Pompilius vir de optimè instituta Romar Republica, præter supraque bene meritus, Laudatorem habere meru *Plutarchum Cheronensem*, ita ad rem nostram in vita eius discurrentem: Int reliqua eius instituta, distributio multitudinis secundum Artificia, mæru summam admirationem. Cum enim Urbs duabus gentibus constare videre tur (Romanis nempe, & Sabinis) re autem ipsa dissideret, ac in vnu coalescere nullo modo vellet, nec diversitatem, nec differentiam licer abolere, sed essent perpetuæ inter partes offensæ, atque contentiones cum animo suo reputans, ea corpora quæ suapte naturâ difficulter alijs, c duritiem, commisceri vellent, in particulas confracta, propter haru exiguitatem, inter se demum coire, atque commisceri posse: statuit vn versam multitudinem, in plures portiones partiri, ... divisit autem secu dum Artificia, vt suum peculiare Corpus haberent Tibicines, suum Au fices, suum Architecti &c: reliquas artes etiam singulas, omnes in vnu suum quodque Corpus redegit, atque his *Valerius Maxim. Livius*, *Cicero* pluresque fide digni subscribunt. Simile quid *Ampliss. Magistratus* noster, illis quæ ad Medicinam pertinent, nuper præstitit, dum Collegium Med cum restaurans, Pharmaceuticen exercentes certis Legibus, ac limitib astringit: Antea in hac vrbe maximè politica, Ludimagister, & Sutor, Sertor capacitatis suæ specimen Artis Censoribus exhibere tenebatur, ant quam illam publicè profiteri posset, idque ne communitas fraudaretur: S vnusquisque Tonsor, Auriga, etiam Bubulcus Pharmaciam liberè exerc bat: examinabantur Glebarum focalium qualitates, lignorumque mens ræ, ne inutiliter cives suas pecunias expenderent. Sed pharmaca quæ int ægrum corpus assumuntur, à quibus tota Salus, & Vita dependet, cu aliquando in illis non liceat peccare bis, quantumvis cariosa, corrupt

De vir il-lustr in eius vita.

putrida

putrida, adulterata, vix pondere librata, ab Apothecarijs, qui nunquam antea Artem didicerant, vendebantur impunè: ita vt tunc temporis verissimum erat dicere, quod inter alias, de avi sui erroribus, querimonias *Iulius Scaliger* scripto reliquit his verbis: *Si hoc tempore extitisset Theophrastus, videret impurissimum, ac nequissimum omnium impudentissimorum è triremibus vbi pinsebat in pharmacopolio medicamenta, in vrbem satis illustrem nihil præter audaciam importasse, quam vt oportuit à Magistratibus castigatam, ab eorum incubis fota est, atque etiam aucta: quam insaniam qui sustulisse debuerant, stabilem voluere. Ita nunc suffragijs, atque factionibus creantur vna horâ* (Apothecarij) *quos igni scelerum suorum pœnam dare æquum fuit.* *In 3. Theo. de caus. plant. c. 2.*

His iustissimis doloribus obviavit Magistratus noster Antverpiensis, omnisque alius cordatè civium suorum valetudinem curans, varijs in illum finem mandatis, etiam sub gravissima pœna, ex *edicto Caroli V. Imperat. Anni*, 1540. promulgatis, *nequis Apothecarius ægros visitet, aut illis absque Medici consensu Medicamen propinet, aut ab Iatro præscripta, in qualitate, vel pondere immutet*, nisi fortè ex Hypothesi in respons. ad Argum. in contrarium allegata: & hoc vt vnusquisque se suo pede metiens, extra spheram suæ Artis, neque Sutor vltra Crepidam exorbitet, nam præter vtilitatem, quæ patientibus cessat, vel damnum quod emergit, *Tunc totum Reipubl. corpus roboris sui integritate vigebit, tunc optimæ compositionis specie venustabitur, & elegantis pulchritudinis decorem induet, si singula quæque loca, teneant sortita decenter, si fuerit Officiorum non confusio, sed distributio*, inquit *D. Chrysostomus.* Et certè vt Herbarum, Mineraliumque virtutem aliquo modo calleant, ac Medicorum receptorum vt vocant, successum annotaverint, eaque, quorum non inanis fuit efficacia, alta mente reposuerint, tanquam temerarij, aut ignari omninò æstimandi sunt, si ex Hyppocrate, & *Galeno* non didicerint, omnes vno Callipodio non esse calceandos, neque vno, eodemque Remedio, eadem ratione dato, eundem specie morbum in diversis subiectis curari. Deinde non in commodum, sed detrimentum patientium vergit, Apothecarios, dum ægros visitant, dum ex proprio Cerebro Medicamina ordinant, nihil pro visitatione petere, nam ego ipse vidi Pharmacopolam Trium, Quatuorvè dierum spatio, pro 15. florenis Medicamina secum asportasse infanti mechanico, qui pro vno solido non indigebat, at nihil pro visitatione petebat, hoc est Petasonem gratis dabat, & Sinapi decuplocato prætio divendebat, non sine gravi Iniustitiæ delicto, dum pro paucis multa, pro vilioribus prætiosa ægris obtrudunt, loco vnius assis Suppositorij, Enema duorum florenorum injicientes. *8. Octobris.* *In Polycrat. lib. 1.*

Quantum vero malum ex eo proveniat, quod præscripta à Medico non

præcisè observent, non quis facile crediderit, nam optimum etiam Remedium à Medico tanquam ignavum reijcitur, quod ideo solum effectum sortitum non est, quia ab Apothecario vel mutilum vel castratum fuit; deinde apto tempore iam elapso, infirmus vel ægrè, vel ad sanitatem pristinam non pervenit; denique quod inquissimum est; quamvis vel omiserint, vel imminuerint, vel viliora substituerint, cum computum ex Medicorum scedulis pro vt verba iacent, conficiant, quod nunquam ægri habuerunt, solvere nihilominus coguntur: ob hanc rationem *Libauij* votum erat, vt Medici ipsi Remedia, sicut antiquitus moris erat, præpararent, & immediatè ægris suis porrigerent. *Vtinam*, inquit, *tota Medicina permansisset in aula Medici, vbi diversis ergasterijs, opera fierent diversa, & ministri, discipulique ad Iuramentum Hypprocratis sese astringere cogerentur, non ita in vulgus emanassent non revelanda Medicamenta: non venisset ad Aniculas, Balneatores, Carnifices, Barbitonsores, Empyricos* (Apothecarios) *& omnem fecem populi medicandi licentia*, & quod magis est omnia administrarentur fidelius, nam secundum *Plinium*, honestis manibus omnia lætius proveniant, quoniam & curiosius fiunt.

In Alchim. triumph.

Li. 18. Natur. Hist.

Generalioribus his ita præmissis, ad magis particularia descendo, & insigniorum Theologorum doctrinâ &, aucthoritate fretus, dico Apothecarios toties peccare, idque magis vel minus pro rei, & materiæ quantitate, quoties rudes & ignari id muneris suscipiunt, vnde fit, vt simplicia dignoscere, neque composita secundum Artem sciant miscere, & dum de notabili quantitate sibi provideant, & vnâ molestia multa absolvant, fieri natum est, vt Millia hominum inde detrimentum patiantur, nam Medicamenta, etiam quæ non nisi ad Scrupulum, vel Dragmam ordinariè sumuntur, qualia Theriaca & Mithridatium sunt, ad Octingentas, & Nongentas Libras, simul & semel in vno cacabo confici non semel vidi. 2. Si sufficientem diligentiam, & munditiam non adhibeant, sed in pixidibus, vel mortarijs, in quibus Venena reservata fuerunt, vel contusa, interna etiam Medicamina vel condunt, vel præparant 3. Si ipse tabernas frequentans Vxori, Ancillæ, vel ignaro Tyroni officinam relinquat, qui legat, & sumat pro Amomo Ammoniacum, pro Apio Opium, Corallina Corallium, Aparina Asarinam, Croco Coccum, Enula Esulam, Electro elaterium, Farfara Furfures, Mâcere Macim, pro radice Turpethi, Turpethum minerale, pixide, pulverem pro pulvere pixidem, vti bene notat *Freitagius* vnde non tam iniquè dicere solebat *Cornelius Agrippa*, quod Pharmacopolarum Tituli, Remedia & pixides Venena contineant, Vnde Mortem magna pecuniâ emere compellimur, quia tunc revera *Mors in olla est*.

Noct. Medic. cap. 20

4. Si non fideliter & sincerè, sed pro farina lini v. g. panem ex Sem

nu

num fecibus molendino pulsatili expressorum substituant, pro aqua stillatitia (expertus dico) puteali, pro Saccharo, Melle vtantur.

5. Si vnum medicamentum pro alio, hoc est *Quid pro quo* supponant (nisi fortè Antiballomenum eiusdem Qualitatis, & Prætij foret) contra Medici mentem, cum damni periculo, nam quod *Libavij* supra citati tempore, hoc nostro quoque verissimum est dicere: quod Pharmacopæi hodie sint nullius Fidei homines (multi si non omnes) qui cum lucri causa allata est, recepta omnia immutant, miscent, & inconsulto Medico quælibet faciunt, ne bolus è faucibus elabatur. Novi & vidi (*Libavium* auditis) oculos, & sensus Medicorum adstantium fallebant, & pro aqua theriacali, acetum mistum cum Theriaca Diatesseron tradebant. Novi qui Cassiam Diagridio, & Pilulas pulvere Antimonij auxissent, vnde ex vna Vncia Cassiæ exhibita; ægri mortui sint. Memini qui Cassiâ sumpta, omnia paterentur quæ illi, qui Venenum hauserunt. Si obiurgetur interim Pharmacopæus, respondet, & iuramento (mercatoribus nimis consueto, familiarique) seu deierando affirmat, se exhibuisse id quod Medicus præscripserat, eo modo & tale, quo & quali propinare mandaverat, & sic vicissim redit calumnia ad Medicum, & pernicies ad ægrotum ita *Libavius*.

6. Si Medicamenta Venenosa, vel ad conceptum impediendum, vel Abortum procurandum divendant.

Denique si in exigendo iustum prætium excedant, vt qui Dalerum pro purgatiuncula Quinque vel Sex assium, dare iusserat, beneque se excusatum putabat, dum mihi diceret, se illo die tantum illam scedulam habuisse, & nihilominus se domum Trecentorum floren. annuo solvendorum inhabitare. *Caput est in omni procuratione negotij* (inquit eloquentiæ pater) *vt Avaritiæ tollatur vel minima suspicio.* Cic. 2. offic. Vnde ne Pharmacopola cupidus exigat quod iniquum est, nec emptor Avarus deneget quod æquum foret, ita vtriusque φιλαργυρία frænanda, vt nec ille aliena rapiat, nec hic sua iniustè retineat, & ad hoc *Necesse est*, ait Princeps noster Avicenna, *Sit homo, qui non permittat homines sequi suas sententias, definiendo quid sit Iniuria, & quid Iustitia:* 10. Metaph. atque ille erit vniuscuiusque Reipubl. Magistratus, vel Princeps, qui neminem è subditis defraudari, sed vnicuique, quod suum est, reddere iubeat, adeoque iusta remediorum pretia determinet, curetque, vt sicut emptoribus de sinceris medicamentis, ita & Pharmacopolis de honesto lucro provisum sit, animadvertendo semper ipsos eadem simplicia, non eodem pretio sibi comparare, & in Medicamentorum præparationibus, præter rei substantiam, etiam expensa, Damna emergentia, Artem, ministerium, laborem & plura alia esse pretio, & consideratione digna: adeoque, *Tribuenda est* inquit Cassiodorus, *iustis laboribus compensatio meritorum,* Epist. lib. 2

quod si ita est, dignum est huic huiusmodi reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse. De his plura legenda apud *Salas dub.* 34. 5. Escobar *l.* 2. E. *cap.* 9. §. Busenbaum *lib.* 4. *Medull. Theol. moral. cap.* 3. *dub.* 9.

Quænam autem conditiones Apothecarijs necessariò insint, varij Medici docuerunt, quos brevitatis gratiâ omitto, & si qui illis careant, & iustissimas Magistratus leges prævaricentur, non conquerantur se & Medicorum indignatione, & Superiorum pœnâ, & Censoris virgâ castigari, sed hoc *Taciti* dicto se consolentur: *Criminum manifestos meritò ad servitut. detrahi, vt metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent.* Terrentur indies Prætoris minis, astringuntur novis Legibus & Edictis, admonentur indies a Medicis ipsis; quod si, neque ab omniscio conscientiæ scrutatore, neque civili criminum Iudice emendari nolentes, luant, imputent sibi, quod quæ fecere, patiantur, *Talis enim*, teste Cassiodoro) *vicissitudo recipitur*, *vt qui amanti Domino servire noluerunt, odientibus inimicis, iusto iudicio probarentur esse subiecti.*

Sup. Psal. 104.

Resp. ad Argum. 1. In tali casu (quem Deus avertat) cum nesciat an pr… vna, pluribusvè Dosibus, an fortioris Complexionis æger sit, an Morbu… tale requirens, Pharmacopola tenetur Medicum adire, vel qui præscripsi… vel qui ad praxim admissus est alium, & de dubio Medicamine consulere, vt qui de statu patientis melius informatus est possit vel immutare, vel aliu… substituere: & si Medicus nullus ad manum sit, in totum omittere pra… stat, quam cum dubia conscientia quempiam periculo exponere.

Ad 2. Medicinæ scientia non solum in cognitione Herbarum, Simplicium, vel Confectionum consistit, sed maximè in notitia Morborum, a… quam plus Studij, Industriæ, & Perspicacitatis requiritur, quam in Apothecario invenitur. Ideo cum Galenus dixisset quod *Sicut Pedotriba est Gymnastica magister, ita & Medici Cocus esset* nempe pharmaceuticus, huius comparationis rationem explicatius alibi allegat his verbis: *Nam sicuti Pedotriba omnes Luctas & Frictiones ritè obire valet, absque eo tamen* (nota) *quod virtutem aut sanitatem in illis consistentem sciat, aut consideret, ideo assimilandi sunt Cocis obsonia facere scientibus, minimè tamen quid in ipsis optimum sit intelligentibus, quamve facultatem ipsorum vnumquodque ad sanitatem habeat non dignoscentibus ergo* (concludit) *vt miles Artis Imperatoriæ, Pedotriba Gymnasticæ, ita per comparationis consequens, Cocus & Pharmacopæus Medicinæ minister* tantum *est*, principalius quod est, nempe remediorum applicationem, ignorans.

De Sanitate tuend. lib. 2. lib. 1. de aliment.

Ad 3. Neque hoc illis patrocinari potest, nullus Medicorum, ita Misericordiâ vacuus est, neque ita Viscera sua clausit, vt pauperculo proxim… gratis consilium denegaret, quod facilius credendum, quam quod Apo… theca…

thecarius, & consilium & remedium nulla spe mercedis daret, imo suspicandum magis, quod pretiosiora, vel plura quam par est Remedia, Visitandi laborem, facile compensarent, quare & illo etiam casu ad Medicum potius recurret.

QUÆSTIO VIII.

An omnis Infirmus teneatur uti operâ Medici?

ARgum. 1. Docent Theologi, quod nullus sese contra invadentem, vel occidere volentem, teneatur defendere, sed Morbi sunt tanquam Aggressores, & Invasores mortem comminantes, ergo nemo tenetur se contra illos defendere.

2. Hoc deberet fieri ex Philautia, quæ videtur illicita, & ab *Apostolo* his verbis reprehensa: *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines Amantes se ipsos*, ergo nemo potest propter Amorem sui, Medicum advocare in ægritudine. *2. ad Timoth. cap. 3.*

3. Omnis Christianus adspirare debet ad perfectionem in Virtute, sed teste D. Paulo: *Virtus in Infirmitate perficitur*, dicit, *libenter igitur gloriabor in Infirmitatibus meis, ut inhabitet in me Virtus Christi*, ergo sanari velle, est amovere illa, per quæ Virtus perficitur, scilicet Infirmitatem, quod est contra Christianam perfectionem. *2. Corinth. cap. 12.*

SED CONTRA est hoc pœnè Christiani Senecæ Epist. 15. *Fateor nos gerere Corporis nostri tutelam. Non indulgendum illi, serviendum nego. Multis serviet, qui Corpori servit: qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert: honestum ei vile est, cui Corpus suum nimium charum est: huius nimius amor, nos Timoribus inquietat, Solicitudinibus onerat, & Contumeliis obiicit. Agatur eius diligentissima cura: ita tamen ut cum exigit ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignem sit. Sic nos gerere debemus, ut non tantum propter Corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine Corpore: Corpori tantum indulgeamus, quantum bona Valetudini satis est.*

CONCLUSIO.

Æger periculosè laborans, cui copia & Medicorum, & Mediorum est, illis uti necessariò debet, si aliter sanari non possit.

H*Oc tabernaculum* (Corporis scilicet) *non sine malo circumdedit Natura, cuius lata quidem abstrusa sunt, & volucria, pluribusque doloribus admixta;*

In Axio *tristia vero improvisa, diuturna, prorsusque vacua gaudiorum; Valetudines nem-pe sententium membrorum, Vlcera, Morbi interni*, inquit *Plato*. An sese homo his malis opponere debeat, an pati verò possit, se ab illis obrui, vt calamitatum, simul cum vitæ, filo inciso, imminentes miserias eludat, præsens est Quæstio, hac ratione instituta, quod Caro hæc nostra, apud omnes cordatos, & intelligentes viros tam malè semper audierit, vt nimis vi-
In Moral. lis, & indigna habeatur, quam vt eius cura aliqua haberetur. *S. Gregorius*
De Claust. anima. vocat *Laqueum nostrum quod gestamus nobiscum, & Inimicum quem circumferimus*. Hugo: *Nihil aliud est Caro, cum qua tanta est societas, nisi spuma caro facta .... Sperma fœtidum, saccus stercorum, Cibus Vermium, post hominem Vermis, post Vermem fœtor, & horror.* Neque dici posse videtur non Carnis præcisè, sed vitæ gratià remedia adhiberi, nam & illa, teste *S. Ambrosio*, tantis malis repleta est, vt comparatione eius Mors Remedium putetur esse non pœna, nam ideo illam brevem Deus fecit, vt molestiæ eius, quæ prosperitate vinci, vel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur. Adeoque nec sapientiores ethnici per Medicos, eorumque remedia protrahendam esse censebant, vitam illam, cuius finem tanquam rem optatissimam deprædicabant. *Natura nihil hominibus brevitate vitæ præstitit melius, tot periculorum genera sunt, tot Morbi, tot Curæ, toties invocata Mors,*
In Conjur. Catil. *vt nullum frequentius sit votum* inquit *Seneca*; & *Salustius* Mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse, affirmat, eamque cuncta mortalium mala dissolvere: Ideo monstrum hoc surdis auribus, & inexorabile numen
In Stobæ. *Æschylus* quidam his verbis interpellat:

Ne, ne tuum oro Mors repellas supplicem,
Tu sola desperata medicaris mala,
A te receptos nullus attingit dolor.

Veneror Sacri textus oracula, & expertus fateor *Militiam esse vitam hominis super terram*, verum ideo illam velle amittere, vecordis, & pusillanimi Christiani est: fortium virorum est magis Mortem contemnere, quam
Lib. 5. Vitam odisse. *Sæpe tedio laboris* (Quintum Curtium legitis) *ad vilitatem sui compelluntur ignavi, at virtus nihil inexpertum omittit, vltimum omnium Mors*
Epist. 98. *est*. Simile quid scribit Phylosophorum Antesignanus *Seneca* dicens: Sapiens nec spe Mortis patienter dolet, nec tedio doloris libenter moritur. Quo modo ergo in hoc se negotio gerendum? *In vtrumque monendi, ac firmandi su-*
Epist. 24. *mus*, inquit idem Phylosophus, *& ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus, etiam cum ratio suadet finire, non temerè, nec cum procursu capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens, non fugere debet è vita, sed exire: & ante omnia ille quoque videtur affectus, qui multos occupavit, Libido moriendi, est enim mi Lucili, vt ad alia, sic etiam ad Moriendum inconsulto animi inclinatio*

natio, quæ ſæpe generoſos, ac acerrimæ indolis viros corripit, ſæpe ignavos, iacenteſque :quod ſi Ethnico diffidas, categoricam reſponſionem ab Eccleſiæ Doctore habe, & quidem Angelico, in hunc modum ad rem noſtram docente: Corpus noſtrum ſecundum duo poteſt conſiderari; vno modo ſecundum eius Naturam, alio modo ſecundum corruptionem Culpæ (ſub qua in anima) & Penæ (ſub qua Morbi, in corpore Dolores, aliæque calamitates, quas in corpore noſtro per Adami prævaricationem contraximus) Natura autem corporis noſtri, non eſt à malo principio creata, ſed eſt à Deo, & ideo ex dilectione charitatis, qua diligimus Deum, debemus etiam (nota) corpus noſtrum diligere, ſed infectionem culpæ, & corruptionem penæ in corpore noſtro diligere non debemus, ſed potius ad eius remotionem anhelare deſiderio charitatis, hæc *D. Thomas.* Hæc tamen non tam latè, & generaliter accipienda eſſe iudico, vt nullus exceptioni concedatur locus, nam cum *Plinio*, vitam quidem non adeo extendendam cenſemus, vt quoquo modo protrahenda ſit: ſed tunc ſemper advocandus eſt Medicus, & ſalutaria remedia adhibenda, quando ſine graviore incommodo fieri poteſt, ſin minus nunquam ſaltem, aut Tedio vitæ, aut nummorum Avaritià, aut Deſperatione, ſimilive malo affectu omittatur, niſi quis divinum præceptum tranſgredi velit *Honorandi Medicum propter neceßitatem. Heu quoties pecuniæ noſtræ parcimus*, exclamat Drexelius, *& animæ graviſſimè nocemus! ægrotare malumus*, inquit, *quam Argenteum illum Sanguinem emittere: imò quæ noſtra inſania eſt, non raro perire malumus, quam Argenti venam violare. O fatuos, quibus Aurum charius eſt quam Cælum*, nempe quod per huiuſmodi Avaritiam amittitur, vti & per eius contrarium contingit, quoties nimium pro corpore, vitaque ſolliciti prodigaliter ſua bona profundunt itaque modus in rebus ſit, *Si ei pluſquam debemus tribuimus, hoſtem nutrimus, ſi neceßitati eius quod debemus non reddimus, civem necamus* inquit *S. Gregorius.*

22.q.25. a.5. — *Lib.28. proëm. vel cap.1.* — *Gazophil. Chriſ part. 2.c.4.§.3.* — *Homil.3. part.3. Ezechi.*

Sed objiciet quiſpiam, melius fore, ſi infirmus ad Deum immediatè recurreret, quia teſte Scriptura *à Deo omnis medela*: Reſpondeo quod oporteat vnum facere, & aliud non omittere: Deum rogare, quia ipſe eſt qui percutit, Medicos advocare quia manus eius (nempe medici) ſanabunt. Hac de cauſa *Hyppocrates* ipſe Ethnicus vt eſt, Schytis illudit, qui ita ad Deos recurrebant, vt Naturalia negligerent; & alibi ſacrificulos arguit, quod credulas mulierculas deciperent, iubentes ſtatim donaria Dianæ offeri, vt morbis expedirentur ordinarijs Remedijs omiſſis; & arguit iure maximo, dicit *Ioannes Stephanus*, quaſi verò Dij optimi Naturalia Media non iuſtituerint, per quæ efficaces eſſe volunt. Ideo vniverſa Naturæ opera Hyppocrates *Divina* appellat, quod Deus cum quovis naturali agente coopere-

Lib. de Aëre & locis. — *Lib. de Virgin. morb.* — *Theolog. Hyppocr. cap.4.*

tur proxime (quidam dicunt Virtutis, & Suppositi immediatione) quo sanè ex eo facile probatur, quoniam Divina Virtus non est aliunde mutu ta, quin potius omnis rei creatæ virtus à Deo effluxit, adeo vt ipse creat ræ, sint quoque Dei virtus. Præsumptuosum itaque, & temerarium es immediatam semper à Deo sanationem, & in quocumque morbo miraculu exigere, imò & peccaminosum esse, docet *S. Antoninus Florent.* hit verbis *Quod si quis Medicinâ indigens, ea non vtatur, expectans à Deo Sanitatem graviter peccat, nempe Deum ipsum tentat, nisi pro eo habuerit divinum co silium, sicut Sancta Agatha &c:* nam vti in Spiritualibus, ita etiam in Co poralibus, qui te creavit sine te, non salvabit te sine te, adeoque oport & humana media impendere, per quæ naturali naturæ ordine mirabil operatur Dominus: *Honora Medicum, & non recedat à te, quia opera eius su necessaria.* De brutis animantibus, ait Iuvenalis,

Part 3. sum. tit. 7. cap. 1.

Eccles. 38.

Satyr. 7.

> *......... Mundi*
> *Principio indulsit communis conditor illos*
> *Tantum Animas, nobis Animum quoque, mutuus vt nos*
> *Affectus petere auxilium, & præstare iuberet.*

Vt Manus Manum fricet, vt vicissim vnus alteri adiutorio sit pro Ta lento, Capacitate, & Scientia quæ vnicuique à Deo data est. *Nunc* eni *postquam doctrina Evangelica toto orbe satis est stabilita*, inquit Calixtus *spiritus Dei ad miracula petenda fideles non monet, quod non sint, sicut oli necessaria*: atque sic, eodem hoc modo, & conditione ad consummationem sæculi tum Prophetica, tum alia in Ecclesia manebunt huiusmodi Chari mata, alias minimè, ideo *Irenaus* apud Eusebium rectissimè addit hæc ve ba: *Vbi conducibile est.* & hanc quoque *Isidori* fuisse sententiam, patet e his eius verbis: *Paulus pro non credentium infidelitate patrem Publij de infirmi tate febrium Virtutibus* (supernaturalibus) *curat: infirmantem vero Timothe um fidelem, non Oratione, sed Medicinaliter temperare, & noveris Miracul pro Incredulis, non pro Fidelibus fieri.* Quandoquidem ergo gratia ἰαμάτων e Apostolorum manibus, in nostras non demigrauerit, applicare oportet acti vâ passivis, viamque naturalem, & ordinariam ingredi, quam ipse Deu nobis per Ecclesiast. demonstravit, varijs in locis, & per Evangelistam di centem: *Non opus habent sani Medico*, quasi tacitè inferri vellet, ergo æ gri, quoniam continuò miracula facere non decreui Medicum honorent eiusque operâ vtantur. Hoc advertens *D. Augustinus* Religiosis suis manda vit expresè: Quod si non est certum de Infirmitate alicuius fratris, Medi cus consulatur, vt scilicet secundum eius consilium, ei quantum fieri potest provideatur: & ibidem Lavacrum corpori cuius infirmitatis necessitas cogit, minimè denegari iubet, fiat autem sine murmure, ait, de Medici consilio, ita v

In illud Ioan. quidquid petieritis in &c:

Lib. 5. c. 7.

Luc cap. 5.

In regula.

etiam

etiam si nolit, iubente Præposito faciat, quod pro salute faciendum est: atque huius sanctissimi Patris authoritati innixus *S. Ignatius*, expresse in constitutionibus suis sancivit, ne quis absque Medico, & eius Consultatione, Pharmacum sumat, ille autem non sit Triobolarius, quia periculosum; non Scurra quia animæ noxium, non Hæreticus, quia suspectum, non Iudæus quia Iure Canonico, & Imperiali prohibitum.

Resp. ad Argum. 1. hoc aliquos dicere, si invasus fugere non possit; si in bono conscientiæ statu sit, si absque aggressoris occisione sese defendere nequeat, &c: quod in illo casu posset se permittere occidi, & Iuri illi suo cedere quod à Lege naturali, & positiva, in illo casu ipsi concessum est: longè autem aliud de Morbo dicendum, qui tanquam agens naturale, æquè ac lapis, aut lignum cadens, hominem invadit, quæ si homo non fugiat, aut cum potest, impediat, Legem Naturalem transgreditur, & ex parvanimitate, aut desperatione contra illam Charitatem peccat, qua quisque sese tenetur conservare in esse, & contraria, ao nocentia à se propellere.

Ad 2. Econtra, *Livitici cap.* 19. nos ipsos diligere: expresse mandamur quia dicitur: *Diliges amicum tuum, sicut te ipsum*: Apostolus autem de Amore ibi agit inordinato, quo Animæ salutem, & proximi, imò Deum ipsum aliquis, corporis delicijs, vivendique voluptati vellet postponere.

Ad 3. Apostolus ibi de Infirmitate agit, quam Animæ nostræ Adami lapsus attulit, integritate illa Naturæ labefactata & soluta, & Concupiscentijs varijs Dominium acquirentibus, à quibus liberari ter Dominum rogavit, responditque ei Dominus quasi hoc modo: Tu morbo illo Tentationum times succumbere, sed *sufficit tibi* Medicus ille, nempe, *Gratia mea*: & vt de Infirmitate corporali intelligatur, multorum peccatorum, vitiorumque domitor, est Morbus: & præterea, curet homo sanitatem suam pro viribus, etiam in omnium Medicorum subsidio, nunquam occasiones deficient, quibus Tolerantiæ, Magnanimitatis, Mortificationis, Patientiæ, Fortitudinis virtus perfici queat.

QVÆSTIO IX.

An ægri teneantur obedire Medico?

ARgum. 1. Nemo potest Præceptis Divinis contrariare, sed secundum D. Ambrosium: *Contraria Divinæ conditioni Præcepta Medicinæ sunt, à Ieiunio revocant, Lucubrare non sinunt, ab intentione Meditationis abducunt, itaque qui se Medicis dederit, se ipsum sibi abnegat*, ergo nemo tenetur Medico obedire. *Sup. Psalm 130.*

2. Cum nullus homo nisi Morbo prævio moriatur, fortè Dei volunta est talem hominem mori, ideoque morbo affligit, præstare autem videtu
Lib. 3. Didasc. erud. cap. 20. sese eius voluntati conformare, nam teste *Hugone à S. Victore: Delicatus il est adhuc cui patria dulcis est*, ergo actus Fortitudinis erit, solatium effuger & remedia omittere.

22. q. 104. art. 1. 3. Secundum *D. Thomam*, in humanis ex ordine naturalis Iuris ac divini tenentur inferiores superioribus suis tantum obedire, & confirmatur ex ho *Hebræorum vltimo cap. Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis*, sed Medi cus non semper est superior sui patientis, ergo, tunc saltem, non tenetu ei obedire.

SED CONTRA Faciunt illa verba D. Augustini Tract. 12. in Ioann. *Quan tum est in Medico sanare venit ægrotum. Ipse se interimit qui Medici Præ cepta observare non vult.*

CONCLVSIO.

Quoties notabile periculum ex consilij omissione imminet, tenetu æger in licitis, & honestis Medico obedire.

SIcuti nullum periculum sine periculo, ita nullum malum sine malo, nu lus Morbus sine Dolore & Molestia vincitur, atque ideo in præsenti hi quæritur, vtrùm homo in conscientia illas difficultates subire teneatur, qui bus aliæ sunt redimendæ? ad quod dicendum: vnumquemque quantum i se est, ad sui conservationem obligari, quo supposito, vel Morbus ex periculum Mortis annexum habet, aliudve aliud notabile malum, vel i solo quodam Dolore, aut Molestia consistit: in priore casu, procul om dubio, tenetur æger stare intelligentium Medicorum iudicio, & eoru
22. q. 65. a. 1. in corp. Consilia sequi, quia vti *D. Thomas* ait: *Vnicuique commissa est cura propri salutis*, vndè quantumvis remedia dolorosa fuerint & molesta, dummod minora sunt, quam Morbus ipse, vel quod ex eo imminet, sese illis acco modare debet: Nam *Qui mente compotes sunt probè intelligunt Ægritudine esse Sectione* (vstione, extensione, Potione amara, Siti &c:) *perniciosiore quemadmodum & sceleratum esse, supplicio deterius est, hoc enim Curare est,*
Homilia 9. ad Rom. *sanum esse, at illud perire ac perpetuo esse in Morbo*, dicit *Chrysostomus*: Itaqu ægri partes sunt, tantum sanari velle, Medici verò, Remedia ad hoc adh bere: *Novit Medicus*, ait *S. Augustinus*, *quid salutiferum, quidve contr*
In quodam Sermone. *rium petat ægrotus: ægroti estis, nolite ergo Medico dictare, quæ vobis Medicam na velit apponere.* Verum fragilitas nostra tanta est, & tam delicata Natura vt non solum contraria sibi appetat, sed & à salutaribus abhorreat: vn

Medi

Medici stomachari non debent, si toties ab ægris suis audiant: Non possum hoc sumere, Non possum ab illo abstinere, cum antiquatum iam vitium est; de quo etiam suo tempore conquestus est *Seneca* his verbis: *Non possum hoc pati inquiunt, nimis dura præcipitis, nos homunciones sumus, omnia negare nobis non possumus. Vitia nostra*, respondet, *quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quam excutere, nolle in causa est* (nota) *non posse prætenditur.* Soleo ego patientes exhortari, vt Iaculatores imitentur peritos, vno oculo in Album collimantes, alium ad reliqua omnia obiecta claudentes: itaque dextrum Oculum aperiant, vt finem, & Album in quod collimant, quod præmium expectant, Sanitatem videre possint: sinistrum autem, cuius obiecta sunt Medicaminum Amaritudo, illati Dolores, Carentia voluptatis &c: claudant necesse est, si finaliter gaudere desiderent. *Omnis Medicina habet ad tempus Amaritudinem, sed postea fructus doloris Sanitate monstratur* ait *D. Hieronymus*: itaque sæpius Epist. 116. Sup. Serem. lib. 2.

Pellexi vt mites peterent per acerba profectus,
Capturi dulcem fructum radicis amaræ.

Alias nullus desperatius ægrotat, quam qui vel se ægrotare, vel remedijs vti negat, nam hoc est sanari non posse: Præscribere, Consulere, Persuadere, Instare Medicorum est, at exequi, Adhibere, Sumere, Pati, ad patientes spectant: nemo enim nolentem (nisi fortè tota mente captum) vnquam sanavit: ideo Christus Dominus, etiam ab illo, qui *Triginta & Octo annos habuerat in Infirmitate sua*, petit: *Vis sanus fieri?* & vbi de voluntate eius absolutè fidem fecisset illico sanavit. Quod si Divina Virtus adhuc hodie similiter operaretur in nobis, plures certè sanari vellent, at nunc quamvis per Medici vocationem sese velle ostendant (nuda nempe velleitate, vt Theologi loquuntur) interim re ipsa non volunt, dum media ad illum finem necessaria adhibere recusant, qui enim absolutè vult Finem, vult & Media, & econtra. Teneri tamen omnem ægrotantem sanari velle, & à Medicis præscripta Remedia adhibere: docet clarissimis verbis Ioannes Chrysostomus: *Si quis Medicus est potionemque dat* (& idem est, de alijs remedijs) *accipienda est, neque curiosè inquirendum qualis ea sit, sed habenda vt sanitati conducens.* Ideo apud Romanos Medici, teste Seneca *Imperatores* vocabantur, quia eorum Consilia Mandata erant, & Imperia: nunc, vt *Gellij* verbis vtar, *Corrumpitur, atque dissolvitur Imperantis officium, cum æger ad id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondet*, eoque duplex malum exoritur, primum quod talis infirmus perfectam, seu celerem sanitatem non acquirat, quia *Dignum perfectò est*, secundum D. Gregorium, *vt ab eius beneficijs sit quisque extraneus, cuius Iussionibus non vult esse subiectus*: Præterea, neque ipsi Medico nil præter Op- Ioan. c. 5. Lib. 7. de fato. Noct. Attic. lib. 1. In Moral.

 pro-

probrium, & Dedecus expectandum, cum vel necessaria omisisse, v superflua applicasse calumniatur, qui error à tam multo tempore increvit

Lib. de art. vt olim *Hyppocrates* noster exclamare coactus fuerit non sine stomacho: *Cæterum eos qui ob morientium calamitatem Artem demoliri contendunt, miror qua nam memorabili ratione commoti, Intemperantiam quidem morientium causam n statuant, Scientiam verò eorum qui Medicinam exercent, accusant: tanqua sanè Medici quidem ea quæ non conveniant imperare possint, ægri vero quæ imp rata fuerunt transgredi non possint: atqui longè magis rationi consentaneum e ægros non posse facere, quæ imperantur, quam Medicos non convenientia iube* quia facilius est imperare facienda, quam facere imperata.

Notandum denique in tantum quispiam ad conservationem, & dilectio nem sui teneri, ac per consequens ad obediendum Medico obligari, quan to dignior persona est, & cuiusvis ratione Reipublicæ vtilior: sicut enim pars ad hominem ita totus homo, ordinatur, vt ad finem, ad totam Civitate cuius est pars, inquit *Angelicus Theologus.* Si Morbus autem ex se talis sit

Loc. cit. qui etiam neglectus, grave corpori damnum inferre nequeat, atque curatio eius tamen molesta & dolorosa, non parum ex ægri obligatione imminue retur: nam in dolore Dentium v.g., non tenetur patiens semper ad violenta eius evulsionem, quamvis id ei Medicus consuleret.

Postremò instituitur hæc præsens Quæstio, de Remedijs adæquatis, a recuperandam sanitatem absolutè necessarijs, nam plurima præscribuntu à Medico, vt æger citius, iucundius, & commodius sanetur; vt minu doloris patiatur, melius dormiat &c: quæ tamen non sunt necessaria, nisi se cundum quid, non autem absolutè, vel necessitate medij. Paucis, Medic mandatorum omissio, tantum peccaminosi annexum habet, quantum il lud malum est, quod ratione istius omissionis provenit: quare securius semper, & vbique prudentis Medici consilium promptè sequi sive illud in grata præscribat, aut gratissima neget: hoc ipsum enim, nempe Sentire dolores, Sitim pati, Ieiunijs macerari, Vigilijs frangi, Calore exuri, de sideratis Abstinere, Ingrata obtrudi & similia, hoc ægrotare est, hæc auferas, quid amabo futurum est morbus? finio itaque cum S. Hierony-

In Prolog. in Abacuc. mo in hunc modum docente: *Si ægrotus exestuans Febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad Medicum vim patior, crucior vror, exanimor, atque, ô Medice clamabo & non exaudies? respondeat ei sapientissimus & clementissimus Medicus scio quo tempore dare debeam quod postulas, & non misereor modo, quia Misericordia ista crudelitas esset, voluntas tua tua contra te petit.*

Resp. ad Argum. 1. *S. Ambrosium* suo tempore multum negotij habuisse cum Arrianis quorum Medici apparenter in Christianorum, Fideique Romanæ opprobrium, à similibus pijs actionibus; etiam valentes abstrahe-

bant,

bant, à quo abusu nullum contra Artem Medicinæ ducitur argumentum: ſcivit enim vir omni, doctrinæ genere ornatus, verè ægrotantes ad Ieiunandum, lucubrandum, aut Meditandum non ſolum non obligari, ſed ſi notabiliter eis nocerent, in conſcientia teneri ab illis abſtinere, quod illis à Medico etiam expreſsè inculcandum, de quibus plura apud Ioannem Medinam *q. 3. de Ieiunio* Sayr *lib. 7. cap. 9. num. 28. Caietanum, Covaruviam aliosque*: vnde tantum abeſt, vt Artem illam improbaret, quod ipſe Medicorum operâ ſuadeat ægrotis vti, his verbis: *Accipiunt ſanitatem qui Medicum expetunt: illi autem qui refutant Medicum, nec requirunt, bonitatem Medici, quoniam non experiuntur, ſentire non poſſunt*, ita ait idem *Ambroſius*. *Lib. 4. de Interpel. cap. 2.*

Ad 2. Hoc tunc aliquo modo locum obtinere, vbi per revelationem de voluntate divina conſtaret ægro, alias nunquam. Illos autem *Hugo* ibi *Delicatos* appellat, qui dulcedine quadam Patriæ, & Mundi illecebris irretiti, ad æternagaudia non adſpirantes, dicunt *Cælum Cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum*: vnde non minus delicatus habendus eſt ille, qui vallis huius lachrimarum pertæſus, libenter moritur, qui tranſitoriam manſionem æternæ præponit. *Pſal. 113.*

Ad 3. In multis hominibus facile quid invenire licet, quo vnus alium, & viceverſa, ſuperiorem agnoſcat, ſecundum illud Apoſtoli: *In humilitate ſuperiores invicem arbitrantes*; ita privatis Perſonis præſtatur honor & obedientia ab ipſis etiam Regibus & Principibus, non quod eis ſuperiores ſint, ſecundum ordinem Dignatis, ſed propter aliquam excellentiam cuiuſdam Scientiæ, Virtutis, aut Doctrinæ, ratione cuius ſeſe illis ſubmittunt, imo & obedire tenentur. *Ad Phyl. cap. 2.*

QVÆSTIO X.

An Chirurgi, alijque ægris aſſiſtentes, teneantur Medicorum mandata promptè, & præcisè exequi?

ARgum. 1. Servus famulari debet, & famula ſervire, ac Dominis obtemperare, ſicut Centurio per hæc dicta inſinuat: *Dico..... ſervo meo fac hoc, & facit*, atqui nemo poteſt duobus Dominis inſervire, ergo vbi æger contrariatur Medico, præſtat vt aſſiſtens hero perpetuo obediat, quam Medico, vtpotè cuius ſalario, & victu gaudet. *Matth. 8.*

2. Si Aſſiſtens non conniveat, obſequatur, & complaceat, petita negans, ingrata promens ægro ſuo, erit ei ſecundus Morbus, vbi ſecundum Celſum ægros ſemper ſecuros agere convenit; nam *Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa*, ergo præſtat vt in omnibus illis complaceat, ne afflictionem addat afflicto. *Proverb. cap. 17.*

3. Tenentur interdum Chirurgi, & assistentes mandatis Medicorum contravenire, vel saltem omittere, cum iam fine cessante, propter quem præscripta fuere, possent graviter obesse, ergo non possunt Chirurgi, & assistentes Medicis in omni re moram gerere.

SED CONTRA faciunt hæc D. Cypriani verba: *Vociferetur, & clamet licet, & conqueratur æger impatiens præ Dolore, gratias aget postmodum cum senserit Sanitatem.*

CONCLVSIO.

Tenentur in Conscientia Chirurgi, & Assistentes in re alicuius momenti, Medicorum mandata strictè observare, neque in eis possunt ad ægrorum placitum convenire.

CVm plurimæ conditiones in illis requirantur, qui ægrotantibus assistunt, quæ multò perfectius in Sexu Femineo inveniantur; consuetudine, & quasi Naturâ ita comparatum est, vt Mulieres, Ancillæ, Religiosæ, & Moniales, morbo afflictis opem præstent, tanquam ad id operis magis idoneæ, & viris aptiores, ideo *Ecclesiasticus* ait: *Vbi deest mulier ingemiscit ægrotus*: Sunt enim nobis Modestiores, Quietiores, Nitidiores, Patientiores, ad Coquendum fercula magis habiles, ad quærelas longanimes, ad vexas Mansuetæ, ad dolores Compatientes: sed desideratur quoque in illis ordinariè, Amor fortior, major Submissio, & promptior ad Medici mandata exequenda Obedientia; quod defectus, etiam in Chirurgis sibi solis sapientibus, interdum reperitur, in quos illud *Taciti* quadrat militibus improperatum, quod *alacres quidem sint, sed qui iussa Ducum* (Medicorum) *interpretari, quam exequi mallent*: cum captivare deberent Intellectum confidentes; quod *Vnusquisque in Arte sua sapiens sit*, & Medici penitus morbum, statumque infirmi seu præsentem inspiciant, seu futurum prævideant, & tunc rarò peccato omissionis offenderent, proprio Cerebro præsumptiosè innixi: in Mulierculis, Nigris seu Griseis sororibus, vt vocant, & Ancillulis inservientibus contingit sepius, vt ægros suos non satis fortiter sed tenerè nimium ament, vnde illis invitis, & insipidum propinare, & noxium recusare, & dolorosum applicare timent, non obstante quod à Medico præceptum sit, quem sæpè tanquam immitem, severum imò crudelem accusant, quorum tamen *Si est lingua Curationis, est & Mitigationis & Misericordiæ* inquit Sapiens; ita vt satis graviter peccare in eo possint, si v. g. præscripta media hic, & nunc ad sanitatem essent absolutè necessaria, & ex illorum intermissione grave damnum immineret: attestante D. Gregorio

Cap. 36. | Lib. 18. hist. | Ecclesiast. 38. | Ibid cap. 36. | In Reg.

Qu

Qui potest emendare, & negligit, participem (peccati) *procul dubio se constituit*: à quo nec prætensam charitatem neque politicam complacentiam illas excusare posse, & Medicos sine vlla ratione aut fundamento accusari, docet expressis verbis his Ecclesiæ Doctor *Augustinus*: *Molestus est Medicus furenti Phrenetico* (v. g.) *& pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cedendo, sed ambo diligendo: si autem istos negligant, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelis est.*

Aliter fit in rebus levioribus, accidentalibus, & tantum concomitantibus, quarum omissioni, aut commissioni non tantum interest, vt aliquid sinistri inde decumbentibus accideret: verum cum non satis iudicij illis sit, vt malum, ex omissione, vel dissuasione, oriundum metiri queant, securissima viâ præstat incedere, & in omnibus, quasi cæcorum more, à Medicis duci velle: *Nulla enim dura videtur curatio*, dicit Seneca, *cuius salutaris videtur effectus.* Quare hortandi sunt, vt generoso animo sanitatem operentur, & cum stultō à Medicina non abhorreant, & ægrorum querimonijs dimissis, sanitati eorum soli adiuxtrix illa (si verè isto nomine appellari velit) debet esse intenta, sæpeque illud Senecæ in mentem revocare: *Proprium ægri est nihil diu pati, & mutationibus vt remedijs vti.* Vnde surdastræ ad similia sint oportet, ne aptiore tempore iam elapso, maloque increscente duriora pati cogantur: neque auscultandum ad Faciam post prandium, cras, aut perendie, *Nullus cunctationi locus est in illo consilio, quod non potest laudari nisi peractum*, inquit *Tacitus*: Neque per hoc amici offensionem timeant, nec ex eius gratia excidere vereantur, qui sanus factus generosam indubiè indolem, fortemque amorem laudabit.

Lib. de Ira. *Ecclesi. 38.* *De Tranq.* *Lib. 17. hist.*

Aliæ sunt quæ Medici quidem omnia remedia applicant, sed commissione peccant etiam vetita porrigendo, & hoc vitium mulierculæ à Millava sua Eva, tanquam hereditarium videntur contraxisse, à Serpente edoctæ: Quamvis hæc vetita vobis sint, audacter comedite, *Nequaquam moriemini*; qua mala tamen persuasione, aut incuriâ, sciant tantum illis peccatum imputandum, quantum malum fuerit ex ea postea secutum. Vndè *Hyppocrates* huius etiam fideliter nos admonet hac instructione: *Observare oportet*, inquit, *ægrotorum quoque peccata, per quæ multi sæpe mentiti sunt in assumendis his, quæ ingerenda exhibentur: postquam exosas potiones non accipientes, aut pharmacis datis, aut alia ratione adhibita perempti sunt, & factum quidem hoc non ad ipsorum confessionem vertitur, verum Medico imputatur*, & revera præter Infamiam quâ Medicum afficiunt, qui ægrum sanare non potest, efficacissimis remedijs elusis, qui Remedia, etiam in vehementiora sæpe immutat, vi Morbi attribuens, quod nimia circumstantium Indulgentiâ peccatur: deterius adhuc ex parte patientis se tenet, nā quo peius sese assumptis illis vetitis habuerit, eo magis ab vtroque incautè

Genes. 3. *In Præcept.*

 sub-

subticetur: ita vt Berthis illis verba hæc *Phalaridis* Tyranni meritò applicari possint: *Tunc tandem malè ipsi consuluisse cognoscetis, cum nullius remedij tempus sit, quam pænitentiæ.* Quando autem, vel quid mali ex eo maximè contingat, docet *Hyppocrates* hoc modo: *In refectionibus porro convalescentium ex morbis, insuperque in longis ægritudinibus, multæ conturbationes. & pravaricationes fiunt, partim sua sponte, partim à quibuslibet temerè admissis.* Atque hinc ordinariè illæ recidivæ mortales, & error posterior peior priore. Itaque decumbentes suos ad noxiorum abstinentiam hortentur sedulò, ad quod si spes futuræ sanitatis minus valeat, patientiam inculcent, virtutemque ex necessitate confectam: hos enim Deus ita per Prophetam solatur: *Quærunt aquas, & non sunt: Lingua eorum siti aruit, ego Dominus exaudiam eos* (si patienter sustinuerint) *& Deus Israël non derelinquam eos* in tempore suo: quod statim, vbique, & semper non exaudiantur, ideò contingit, inquit *Seneca* quia *Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est, æstimabimus itaque vtilitatem potius, quam voluntatem petentium, sæpè enim noxia concupiscimus, nec disquirere quam perniciosa sint licet, quia Iudicium interpellat Affectus* hæc dum non considerant,

Epist. ad Hegesippū. Lib. de Vet. Medic. Esai. 41. Lib. 2. de Benef. c. 14

Interea gustus Elementa per omnia quærunt,
Nunquam animus pratijs obstantibus.

Iuvenal. sat. 11.

Monet eos Christus in Evangelio dicens *Nescitis quid petatis*, & iterum per Apostolum: *Noli propter escam destruere opus Dei, malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Sed in promptu est quod regerant, Cibus salutaris est, omnique homini communis: respondet his *Plutarchus*: *Ex ijs Morbi nobis contingunt, è quibus vivimus, neque sunt peculiaria Morborum semina, sed istorum vitia respectu nostri, nostraque in ijs delicta Naturam perturbant.* Ast replicant non nisi pauxillum est, nec sæpe datur: Non est pauxillum vocandum, quod multum damni inferre natum est: neque illud semel dari excusat, in quo aliquando non licet peccare bis. *Ægrotantes*, inquit, *S. Chrysostomus, nisi semper ordinatè vixerint, nulla ipsis disciplinæ per Tres, aut Quatuor dies servatæ vtilitas.* Qua de re non contra Charitatem solum peccat nimium indulgens, sed *S. Hieronymus* alicubi docet, quod bonitas illa sit etiam Iustitiæ inimica, nec rationabiliter concedi potest, quod contra rationem postulatur.

Ad Rom. 14. Sympos. 8. quæst 9. Homil. 3. ad popul.

Discretè ergo, & non vbique quærimonijs ægrorum condescendendum, ne & Animæ propriæ, & Corpori proximi tui velis esse iniurius, ratione avocentur à vetitis, & nocivæ eorum fragilitati, solatijs obvietur. Hoc est quod Phylosophorum sapientissimus *Seneca* in Medico suo tantis laudibus inter alia efferebat: *Gemitus meos*, ait, *non insecutus excepit*: hoc est non nimium commiseratus neque abblandiens, ne dum justè conqueri me intelligerem

Lib 6. de Benef. c. 16

ſigerem, difficilius ei modum, frenumque imponerem: excepit tamen, & tanta Patientiâ & Longanimitate audivit, quantâ me pati deſideraret.

Aſt niſi annuerint, obiurgationes & maledicta timenda ſunt? Sed *quis Phrenetico Medicus iraſcitur? quis febricitantis & frigidâ prohibiti maledicta in malam partem accipit? hunc affectum adverſus omnes habet ſapiens* (nota benè) *quem adverſus ægros ſuos Medicus*, inquit idem *Seneca*. *Li. de Conſtant. c. 13.*

Aliæ aſſiſtentes, Indignationibus, damnoque ſuo, per has periculoſas conniventias obviare ſtudent, & per alterius detrimentum proprio ſuo intereſſe proſpicere ſatagunt? quod olfaciens *D. Auguſtinus* ſimiles increpat his verbis: *Plerumque ab eis admonendis, obiurgandis & corripiendis malè diſſimulatur, ne vel eos offendamus, vel vt eorum inimicitias devitemus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus, quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſive quas amittere formidat infirmitas*: atque ita contingit, vt deterius quid accidat, & cum poſtea, vti fit, innoteſcat, non inſi calumnias pro mercede recipiant, & ſerò cum Phrygibus ſapiant, cum enim tempore dato ſalubria ab inſalubribus diſcernere non potuerint, neque doctioribus credere voluerint, *Lib. 1 de Civit Dei.*

Iuvenal.

.... Quid fas
Atque nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus.

Quare pro huius Quæſtionis corollario, tam politicarum, quam conſcientioſarum ægrorum aſſiſtentium fœminarum animis hæc, *Seneca* laudatiſſima ſententia quam altiſſimè imprimi deſidero, nempe: *Sæpe noxia concupiſcimus, ſed cum ſubſedit Cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi, qui conſilium fugat, cecidit; deteſtamur pernicioſos malorum munerum authores. Vt frigidam ægris negamus, & lugentibus ac ſibi iratis ferrum, aut amantibus quidquid contra ſe vſurus ardor petit; ſic ea quæ nocitura ſunt, impensè, ac ſubmiſſè nonunquam etiam miſerabiliter rogantibus perſeverabimus non dare.* Ita ille negare itaquè cum Poëtæ verbis ſalutarius eſt: *Lib 2. de Benef, c. 14*

Diſſuadere licet, non eſt tua tuta voluntas,
Magna petis.
...... Funeſti ne ſim tibi criminis author. *Ovid. lib. 2. Metam.*
Pœnam pro munere poſcis &c:

Reſpond. ad Argum. 1. In cauſa ægrotantium, ſupremus Iudex eſt Medicus, cui omnes, tam clinicus, quam coadiutor tenentur obtemperare: neque ſervus ad obediendum obligatur, quoties Dominus illicita, aut noxia mandat, & præſupponi debet intelligentem Medicum, non niſi vtilia & neceſſaria iubere, quare ei contravenire neutri licet.

Ad 2. Ægris in eo complacere, & adulari, ex quo maius malum ipſi

postea timendum, Mel est aculeatum porrigere, & edulcorata Venena. *Non omnis qui parcit amicus est*, inquit D. *Augustinus*, *nec omnis qui vulne-rat inimicus: Qui Phraneticum ligat, & Lethargicum excitat ambobus molesti, ambos sanat, ambo quam diu ægri sunt indignantur, sed ambo sanati gratu-lantur.*

Epist. ad Vincent. Donat.

Ad 3. Etiam tunc securius foret, remedium suspendere, & differre donec super noviter accidens Medicum consuluissent: nisi fortè hoc com-modè fieri nequiret, resque tam evidens esset, vt nulla interprætatione Me-dici indigeret.

QVÆSTIO XI.

An licitum sit Sanctos in Morbis invocare?

ARgum. 1. Iuvamen illud quod à Sanctis expectatur, planè Miraculo-sum est, & Supernaturale, secundum *Grillandum de Sortileg. q.* 15 Medinam *de mirab. oper. Dei q.* 19. Del Rio *Disquis. Art. mag. lib.* 2. *q.* 7 & communiorem Theologorum sententiam, neque Sanctus, neque Dæ-mon potest vllum facere Miraculum: cum *Deus* sit *qui facit mirabilia*, quique *solus sanctus*, ergo invocatio Sanctorum, si non est Superstitiosa, saltem est frustranea.

2. Theologi passim Orationes illas damnant, quæ ad evitandas Aquas, Ignes, Carceres, Manus Iustitiæ, Damna &c: leguntur, vti patet ex Pe-*tro Ciruelo d. cap.* 11. Raphaële de la Torre *de vitÿs oppos. relig. tom.* 2. *q.* 9 *disput.* 3. *& alÿs*, atque idem videtur debere sentiri de illis Orationibus, qui-bus Morbos student, vel impedire futuros, vel sanare præsentes, ergo ta-les preces instituendæ non sunt.

3. Ægri pro obtinenda salute S. S. reliquias non solum venerantur & adorant, sed instar Amuleti etiam collo appendunt, quod Superstitionem sapit: deinde error gentilium fuit mortuis hominibus honorem impendere, ergo id Christianis non licet, quod ex eo Scripturæ quoque confirmatur, quod Angelus prohibuerit Ioannem volentem se adorare, & tamen secun-dum *Matthæum, Qui minor est in Regno Cælorum, maior est Ioanne Baptista*, hoc est Sanctorum Sanctissimo.

Apoc. vlt. cap. 11.

SED CONTRA facit D. Thomas in 4. sent. dicens: *Vnusquisque æger salu-tis precatores debet adhibere, per quos actuum nostrorum clauda vestigia Verbi Cælestis remedio reformentur.*

CON

CONCLVSIO.

Laudabiliter, & meritoriè Sancti in ægritudine invocantur.

QVam superstitiosi olim Veteres fuerint in personatis Dæmonibus, fictis Dijs, prætensisque Sanctis adorandis, & in Morbis invocandis, docent nos vniversa antiquorum monumenta. Apud Ægyptios referente *Alexandro ab Alexandro* pro ægrotantibus pueris vota concipiebant, vt si Deus voto adesset, defectum Capillum Dijs consectarent. Hygeian & Panaceian Hyppocrates olim tanquam Sanitatis Patronos, & Tutelares, in discipulorum adiuratione voluit invocari; inde apud Milesios, & Delios Vlion Apollinem dici habemus, sicut Geographus commeminit, quod Hygiasticum indicat, id est medendi potentem: Diana Artemis dicebatur, quod ἀρτεμέας ./. incolumes redderet: Apollinem etiam Medicum invocabant, qua intentione apud *Plautum* supplicat Dorippa: *Genial Dier. Lib. 3. cap. 22.*

> *Apollo quæso te, tu des pacem propitius,*
> *Salutem, & Sanitatem nostræ familiæ,*
> *Meoque vt parcas gnato, parce propitius.*

Mercat. 4. scena.

Febrim ad minus nocendum Templis colebant, inquit *Valerius maximus*, quorum adhuc vnum in Palatio, alterum in Area Marianorum monumentorum, in summa parte vici extat: Cicero etiam invocare iubet: *Divos, & illos quos merita in Cælum vocaverint, Herculem, Liberum, Æsculapium &c:* quæ omnia fortè ad veram, piamque Sanctorum invocationem non parum contulerè, quandoquidem vsu probatum sit, *Taciti*, testimonio, *Leges egregias, exempla honesta apud bonos, ex delictis aliorum gigni.* Verum quid Sanctorum sanandi privilegium in dubium trahimus, iam in Dei contubernium admissorum, vbi Vespasianus Imp. si *Suetonio* credimus, ope Dæmonis (nullo enim Naturali modo contingere potuit) quemdam, luminibus orbatum, aliumque Crure debilem, opem valetudinis ab eo orantes, huic inspuendo, illud calce contingendo, restituerit sanitati? *Lib. 1. tit. de Mod. comed. Lib. 11. de legg. Lib. 15. Ann. In eius vita.*

Hinc Gentilium Deorum tam ingens multitudo, quod eos qui hic meritis singularibus plurimos sibi devincirent, tanquam quibus supra alios aliquid deberetur, summis honoribus mactarent, ac pro Dis adorarent; quod *Proclus* referente *Porphyrio* his verbis etiam confirmat: *Quicumque vero & esse Deos, & providentiam eos rerum habere putant, & multa eorum quæ fiunt, posse etiam aliter evenire, hi & preces convenienter approbant, & vitam nostram dirigere profitentur: atque addunt proborum hominum preces convenire maximè ..... quoniam veluti Patre & Matre carere videmur ij, qui non curant precari, neque*

que se convertere ad præstantiores : vnde mirum non esset in vero nostro, mæritorio Sanctorum cultu, superstitiosas adhuc quasdam mendas perma sisse, aut irrepsisse de novo, de quibus statim.

Hic tanquam primò verum statuimus, non tantum salubriter, sed piè, religiosè Sanctos in Morbis invocari : *Si enim dum hic adhuc viveret* (sanct aliquis) *misertus est peccatoribus, & oravit pro eis, nunc quantò verius agn scit miserias nostras, orat pro nobis Patrem : quia beata illa patria Charitatem ei non mutavit ; imo potius movit sibi viscera Misericordiæ, cum ante fontem Mise cordiæ consistit*, inquit Doctor mellifluus. Quænam verò & qualis Reve rentia illa, & Cultus sit, explicabo latius. Varios vnanimes Theologi Cu tus statuunt, quorum omnium primus *Latria*, dicitur, per quem nem Deo Omnipotenti verum, & plenarium Dominium, à se, & per se ipsu obtinenti, Cultum & honorem deferimus, de quo cum parum ad propo situm nostrum faciat, videri potest *D. Thomas*, Quare, Quomodo, Quando contra hunc peccetur, clarissimè pro more suo explicans : Cont hunc peccant omnes (in Hispanijs maximè) qui Missas legunt aut celebra iubent, quas vocant *Missas de la Luz, Del Treyntenario revelado, Missas d Conde, de la Anima sola, de la Imperatriz &c:* de quibus amplè egêre S Vincentius Ferrerius, Sanchez, Cirvelo, Raphaël de la Torre, Caiet nus, plurimique Synodi, & consilia Provincialia in Hispanijs super ho negotium celebrata : & de his fortè loquitur *Tridentinum Sess. 22. in Decre de observand. & vitand. in mis. celebrat.* dicens : *Quarumdam Missarum, & ca delarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religio inuentus est, omnino ab Ecclesia Episcopi removeant.*

In quodam Sermone.

22. q. 93. art. 1.

Hom. 1. Duic. 4. in Advent. Sum. To. 1. Lib. 2. cap. 11. num. 1 Tract. de Superst. part. 3. cap. 11.

Alius Cultus est, quo Beatissima Virgo Maria, super omnes Sanct in Cælis, & in terris elevatur, & colitur, non vt pura creatura est, s Dei Mater, *Hyperdulia* dictus, in quem, cum eodem ferè modo, quo Duliam peccetur, in paragraphum sequentem de eo latius.

Tertius itaque Cultus est, quem creaturæ similitudinem participanti e hibemus, qualis est omnis Sanctus in cælis, atque hic *Dulia* à Theolog nominatur, contra hunc autem toties peccatur, quoties aliquid superst tiosi admiscetur, quid autem, aut quale illud dicendum sit, ex quæstion Part. 1. videri potest : ex Superstitiosorum autem numero sunt, adiunct vanis circumstantijs Reliquias Sanctorum gestare : Cingulum ægrotant metiri, vt inde colligatur à quo Sancto sanitas petenda, sit, notabil enim error iam vulgum tenet, Morbi particulares, à particularibus Sanct immitti, qui & tempore Romanorum fuisse ostendit Iuvenalis :

Satyr. 13.

Præterea lateris vigili cum Febre Dolorem
Si cepere pati, missum ad sua corpora Morbum

I

Infesto credunt à numine; saxa Deorum.
Hac, & tela putant.

Vnde & aliud absurdum inferunt: ægritudo hæc à tali, aut tali Sancto immissus, ergo ab eodem hoc necessariò curandus, quod vtrumque falsum esse ostendit *Burchardus*: dixi, Necessariò, nam omnis Sanctus in omni morbo invocari potest, quod autem etiam Christianè alio modo contingat, proque hoc malo ille, pro isto alius invocetur, ideo solum fit, quod Dominus Deus quemcumque Sanctum suum per hoc glorificari, & ab hominibus honorari voluerit, quod ipsi pro Deo, vel tanquam heroicum peregerunt, vel tanquam difficile sustinuerunt: atque ita est quod in Peste *S. Rochus*, in Nephritide *Liborius*, in Malignus Vlceribus *Blasius*, in Strumis *Ludovicus*, in Sacro Igne *Anthonius* invocetur. *In Pœnitent. Lib. 19. cap. de Arte magica.*

Neque est quod hæretici objiciant, per similem cultum divino honori derogari, quia *Honoramus servos*, ait S. Hieronymus, *vt honor servorum redundet ad Dominum*, scimus enim ipsos nihil habere quod ab illo non acceperunt, à quo, *& per quem omnia facta sunt*, & fiunt; idque expressis verbis sufficienter manifestatur cum Orationes ab Ecclesia approbatæ, non aliter sonent, quam: *Digneris Domine Deus per hunc Sanctum famulum tuum: per merita huius Martyris, Confessoris &c: Tu sancte Michael, Antoni &c: impetra nobis apud Deum: Intercede pro nobis ad Dominum*, & similiter. Neque arguendum etiam Invocationem illam non solum mentaliter, aut verbis intra dentes enecatis apud nos fieri, sed actibus etiam externis adhibitis, nam cum Invocatio similis ad Religionem spectet, illius virtus, secundum *D. Thomam*, non modo interioribus actibus perficitur, sed etiam exterioribus, non quidem principaliter, sed quasi secundariò, & vt ad interiores ordinatis, atque ita ad Ritus illos descendimus, quibus invocationes illæ ordinariè solent fieri. *Epist. 53.* *22. q. 81. a. 7.*

Pro quibus Notandum hos Ritus externos, Sanctosvè colendi Ceremonias, nullo modo à quolibet immutari posse, vel pro vniuscuiusque voluntate, & devotione de novo effingi, ne pius, sed indiscretus zelus cuiquam imponat, aut simplex Pietas Superstitione adulteretur, sed à *D. Thm* alijsque Theologis requiritur talis colendi modus, qui à Deo, aut ab Ecclesia, ad hunc illumvè Morbum sanandum sit institutus, si tamen inveniatur talis, qualem circa Infirmitates etiam corporales in genere dictum fuit, esse Extremam Sancti Olei inunctionem: vel saltem per communem Ecclesiæ Consuetudinem approbatus, quales sunt Casulæ v. g. D. Bernardi (de Chlamide B. Matris Annæ Ordinis Carmelitarum, quod hic in vsu, si non abusu, magis dubitarem propter mox dicenda) Spineæ Coronæ, Lignivè Crucis Salvatoris nostri, particulæ vestimenti SS. Ignatij & Xaverij, aliarumque *§. Deinde.*

rumque ab Ecclesia approbatarum reliquiarum, exteriores ad ægrum corpus applicationes, & hæ *Diversæ Consuetudines Ecclesiæ in cultu Divino* (& Servorum honor, vt diximus, ad Dominum redundat) *in nullo Veritati repugnant: & ideo sunt servandæ, & eas præterire* (nota bene) *illicitum est*, inquit *D. Thomas*. 22. q. 93. art. 1. ad. 3
Ex quibus vltimis verbis, vtrum etiam in Corpus deglutienda dari possint, tantopore dubito, vt ego à Conscientia mea hoc impetrare non possem. Scio ex doctissimorum Theologorum, & approbatorum Exorcistarum, alibi citatorum consilio, prædictas S. S. Reliquias non solum exterius appendi, & gestandas dari, sed imaginum Agnus Dei à Summo Pontifice consecratarum particulas, ex Thure, in forma clavorum in Benedictione Cereæ Paschalis, adhibito, confectas pilulas, etiam cum aqua Benedicta deglutiendas offerri; verum tunc spirituale hoc Remedium, Corporali Morbo non applicant, sed Spirituali infirmitati proportionatum, ad eijciendum Dæmonem, vel magiam auferendam adhibere solent: alias qui putaret Spiritualia hæc media Naturaliter & per se agere in Ægritudines Corporeas, non minus erraret & peccaret illo, qui rebus Corporalibus Dæmonem aut Magiam, vtpote mala spiritualia, Naturaliter fugare prætenderet, vti latius ostensum est in *Parte 1. Quaest. 9. & 10.* Part. 1. Quaest. 10.

Vnde satis mirari nequeo quæ in Libello, cui Titulus *Cultus Immaculatæ Conceptionis B. Virginis solidus*, tanquam Miracula ad augendum Matris Mariæ Immaculatæ Conceptionis honorem, enarrantur: nempe quandam ordinis Religiosi Novitiam, ex Confessarij etiam consilio, hallucis Carcinoma, sive maioris digiti Pedis Gangrænam per solam schedulæ, versiculis Immaculatæ Conceptionis inscriptæ, applicationem sanasse: Item alias Moniales, quod magis est, vnam à Calculo, aliam ab Hydrope fuisse liberatam schedâ his verbis inscripta *In Conceptione tua Virgine Immaculata fuisti &c.* ore assumpta & deglutita. Illas sanatas fuisse, similesque res per Immaculatæ Virginis intercessionem indies contingere posse, nullus Christianus mirabitur, qui eius apud Deum Filium suum aucthoritatem irrefragabilem & efficacissimum favorem non ignorat: vndè absit, absit à me vt Sanctissimæ Virginum Virginis laudes patiar vel gloriam imminui, cuius Immaculatam Conceptionem, licet Cliens & Cultor indignus, pro posse meo & modulo, concertatione etiam arrectaria semper defendam. Verum modus hic Miracula petendi solus offendit, ac similia media omninò illicita fore pro indubitato habeo. Nam in primis *Petere à Deo* (vt alias ex Del Rio diximus) *vt sine necessitate Miraculum edat, est Deum tentare*, quod Temeritatem sapit: deinde illa Media ideo meo iudicio sunt prohibita, quia *Superstitionem* redolent: nam cum Verba illa, Litteræ, & Characteres, nec ipsa schedula, sicuti nec aquæ à personis privatæ aucthoritatis, in huius illiusve

Cap. 5. histor. 58.

Histor. 60 & 61.

illiusve Beati vel Sancti nomine sacratæ; Rosæ, Lilia, alijvè flosculi in honorem D. Virginis Mariæ benedicti, aqua ex tali Monasterio, Cemiterio, aut puteo circa tale sacellum sito; oleum ex lampade ante huius, illiusvè Sancti imaginem suspendi & accendi solita, & his similia, nisi ad hoc specialem à Romana Sede indulgentiam obtinuerint, aut per longum vsum, & communem Ecclesiæ consuetudinem fuerint approbata, quod difficulter, ac rarò, & tunc tantum fieri contingit, quando per evidentia miracula Dominus Deus clarè ostendit se hoc, aut illo modo in tali Sancto suo coli velle, eiusque gloriam per hæc mirabilia opera sumere incrementum, alias, dico, cum hæc & similia nullam sanandi Naturalem vim habeant, & de Supernaturali eius virtute, sive ex Revelatione Divina, sive Ecclesiastica Constitutione, nihil constet, imò expressè sit contra communem Ecclesiæ consuetudinem, Cultus ille D. Virginis omninò vanus est, superfluus, & superstitiosus, quia fini, hoc est Sanitati obtinendæ, improportionatus, vti nobis clarè demonstrat *Doctor Angelicus*, inquirens vtrum in Dei (& idem est de eius Immaculatæ Matris) cultu possit esse aliquid superfluum, & vbi primum modum quo id contingere potest assignavit, addit: *Alio modo potest esse aliquid superfluum secundum quantitatem Proportionis, quia scilicet non est fini proportionatum:* & paulò post: *Quiquid homo facit secundum Dei, & Ecclesiæ ordinationem* (nota) *& consuetudinem eorum quibus homo convivit, non est superfluum in Divino cultu: si autem aliquid fit, quod quantum est de se non pertinet ad Dei Gloriam ...... aut etiam si sit præter Dei, & Ecclesiæ Institutionem* (notetur benè) *vel Consuetudinem Communem, quæ secundum Augustinum pro Lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum:* Atque ideo omnes libelli qui pronuntiationes, sive inscriptiones Verborum quantumvis sacrorum (de quibus alibi) continent, quæ sive in Aure murmuranda, sive Ore deglutienda dantur, vt Morbis Corporalibus medeantur, ab omnibus Ecclesiæ & Pontificijs Censoribus Iure vetantur, & meritò supprimuntur, ne scilicet Vulgus plausibili Vocum, Nominumque Sanctitate deceptum, per similem Perniciosum Cultum Superstitionibus assuescat. Vndè alius ex eadem Societate Iesu R. P. Hieremias Drexelius, inter præcipua Immaculatæ huius, de qua agimus, Virginis gaudia, eiusdem in terra Venerationem meritò annumerans: *Beatam*, inquit, *dicunt hanc matrem omnes generationes; omnes eam colunt. Atque hic cultus iam magis ac magis tot libris, tot Congregationibus, tot Aris, tot templis, tot modis alijs propagatur. Hominum*, addit *imprudenter piorum Commentis, Fictis Miraculis, & Historijs nos nihil patrocinamur, non indiget Mater Domini his pigmentis.* Melius his vsus fuit, vbi Latronum manus evaserat, Ambrosius Catharinus (quod eodem libello recitat *R. P. Lauffius*) hoc factum erga me (verba Catharini

[Margin notes: *12 q.93. a.2.c.* — *In Epi.86.* — *Hic part.2 Quæst.9.* — *In Ros. selectiss. part. 2.c.6. §.2* — *Histor. 37.*]

„ dem

Yy sunt)

„ sunt) Gratiæ ipsius Divæ Virginis adscripsi, cuius tunc Nomen devotè „ in Corde meo (non in schedula conscriptum, non Ore devoratum) ab „ vrgenti periculo excitatus invocavi: Ut me ita eo discrimine redimeret „ sicut ego illam redemptam credidi.

Neque est quod miretur quispiam, similium schedularum deglutitionem tanquam Superfluum, Vanum, Irreligiosum, imò & Perniciosum Cultum improbari, nam præterquam quod per similia Plebs indocta & illitteratus popellus in vlteriores Superstitiones devolvatur, in huiusmodi nugas pietatis larvâ personatas alias ex se nimium pronus;unc *Erit Cultus Perniciosus*
Ibid. art. 1. inquit, *D. Thomas, si per cultum exteriorem*, qualis est illa Verborum inscriptio, & Papyri deglutitio, *aliquid falsum significetur*, quale hoc est: Posse ad Sanitatem Corporis procurandam conducere. Pro illis autem Superioribus, sive Confessarijs qui talia permittunt, dissimulant, aut, quod peius est, promovent, addit in Corpore eiusdem Conclusionis: *Potest contingere Falsitas in exteriore Cultu ex parte Colentis: & hoc præcipuè in Cultu communi qui per Ministros exhibetur in Persona totius Ecclesiæ. Sicut enim* (addit maioris elucidationis ergo, & vt bene intellectum inculcet) *Falsarius esset qui aliqua proponeret ex parte alicuius, quæ non essent ei commissa, ita vitium Falsitatis incurrit, qui ex parte Ecclesiæ cultum exhibet Deo* (sive Virgini Deiparæ, cum nulla sit rationis disparitas) *contra Modum Divina aucthoritate ab Ecclesia constitutum* (notæ) *& in Ecclesia Consuetum.* Qualis modus est, semper fuit, & erit, per Litteras scriptas, Characteres stylo exaratos, Verborum Pronuntiationes ac similia Morbos sanare velle, vti
Part. 1. Quæst. 8. latius ex S. Chrysostomo alibi ostendimus, vbi de efficacia Evangelij agit, quæ maior certè deberet esse, quam virtus aliarum humanarum vocum quantumvis piarum, & vt argumentemur à Maiori ad minus, *Vbi est* rogat
Homil. 43. super Matth. hic S. Pater, *Virtus Evangelij, in figuris litterarum, an in Intellectu sensuum? si in figuris, bene circum collum suspendis*, dicam ego: ore deglutis, *si in Intellectu, ergo melius in Corde posita prosunt* hæc Chrysostomus. Vndè si ægros quosdam verè Catholicos deglutiendi spiritualia remedia libido capiat, innocenti Ore Sacrosanctum Christi Corpus assumant, *Manna* illud *Cœleste, Panem Angelorum* manducent, & *Audiant Christiani*, inquit alius sacer Scriptor etiam Aureus D. Chrysologus, *qui quotidie Corpus Christi assumunt, quantam de ipso Corpore sumere possunt Medicinam, vbi mulier* (Hemorhoussa
Cap. 9. de qua apud Evangelistam Matthæum) *totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem.* Nunc, relictis vulgarium hominum manuscriptis, ad veros & ab Ecclesia Canonizatos Sanctos, eorumque reliquias accedamus.

In primis vel Ceremoniæ illæ fiunt circa Reliquias S.S. quæ particulari
Cap. 19. contra Morbos efficaciâ valent, nam in Actibus Apostolorum, *Super langui-*

guidos deferebantur à Corpore eius (Pauli) *Sudaria*, *& Semicinctia*; *& recedebant ab eis languores*; adeoque in illum finem, illas adorari permittit Ecclesia, vt declarant eius dogmata, inter quæ hæc habentur: *Sanctorum Corpora, & præcipuè Beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra essent syncerißimè honoranda credimus*: neque refert reliquias illas non semper esse partes ipsorum Corporum, sed vel Indumenta, Instrumenta, aliævè res insensibiles, nam *Si paterna Vestis*, inquit D. *Augustinus*, *aut Annulus, aut si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus &c*: quasi dicat quare Reliquias Sanctorum, etiam à Corporibus distinctas, pari honore non afficiemus, quo, & quali amore illos iam beatificatos prosequimur? Ideo eorum Reliquias qualescumque (doctrina D. *Thomæ* est) honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipuè illorum Corpora, quæ fuerunt templa, & organa Spiritus Sancti in eis habitantis, & operantis; & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam Resurrectionem, vndè & ipse Deus (nota) huiusmodi Reliquias convenienter honoravit, in eorum præsentia Miracula faciendo. Ita ille

In lib. cor. cap. 73.

Lib. de Cura pro mortuis cap. 3.

3. q. 25. a. 6

Aliæ venerationes, pijque cultus fiunt circa Sanctorum Imagines, quæriturque inter Theologiæ Proceres, quo honore, aut Adorationis specie adorari possint, vel debeant: pro cuius faciliore intellectu, ex *Aristotele* notandum est, duplicem esse motum in Imaginem, unum in Imaginem ipsam, pro vt nempe res quædam est, puta lignum, vel lapis sculptus, aut pictus, & hic motus nullo modo religiosus esse potest, neque hoc intuitu vlla ei reverentia exhiberi potest: alius motus est in Imaginem, in quantum est Imago alicuius Personæ, atque sic pius esse potest & religiosus, ac Imagini vt sanctum representanti, honor & reverentia exhiberi potest, est D. *Thomæ*: Species autem talis Adorationis esse debet, qualis est quâ exemplar ipsum adoratur, nam *Imaginis honor ad Prototypum pervenit*, inquit D. *Basilius*, quare secundum D. *Thomam* omnesque ferè alios, & Crux Christi, & Imago eius cultu Latriæ; Deiparæ Virginis Hyperduliæ, Sanctorum particularium Duliæ cultu adoranda est: modum illas Reliquias, Sanctosque ipsos colendi, quod attinet, pro cautela, & instructione fortè serviet hæc sequentia.

Lib. de Mem. & Rem. c. 2. tom. 2.

3. q. 25. a. 3

1 In primis cum ex duplici natura simus Physicè compositi, Corpore nempe, & Animâ, ita quoque Deo, Sanctis, eorumque Reliquijs, & Imaginibus duplicem honorem & reverentiam offerimus, inquit D. *Thomas*: Spiritualem scilicet; quæ consistit in interiore mentis devotione; & illa vbique locorum fieri potest, mens enim nostra interius apprehendit Deum, eiusque per Sanctos opera, quasi non comprehensa aliquo loco: & Cor-

Loc cit.

 por-

poralem, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione, Genuflexione Osculo, Peregrinatione, Cantu &c: necesse autem est hæc corporalia signa esse in determinato loco & situ, quem scilicet Dominus Deus, per Revelationem, vel Miracula ad hunc, illumvè effectum, determinavit, & illustravit; non quod determinatio loci ad adorationem hanc requiratur principaliter, quasi sit de necessitate ipsius, sed secundum quamdam decentiam, & vt facilius id quod petitur, à Deo, per hunc, illumve Sanctum impetretur.

Deinde solennes Adorationes istæ & Cultus, non nisi Sanctis exhiberi possunt à Sede Apostolica Canonizatis, vti benè advertit *Glossator in Cap. vnico de reliq. & venerat. Sanctor. in 6. verbo Sedis versu 5*

Tertio si quis Deo, Sanctóvè aliquo invocato sanatus fuerit, non statim pro Miraculo deprædicet quod *Canones* prohibent expresse, *Richardus in Prax. Episcop. Rodericus* & alij, quia ex simplicitate, parvoque iudicio fieri potest, quod aliquis hoc non Naturali, & propriæ virtuti, sed Divinæ & Supernaturali attribuat: *Ideo sæpius nobis aliquid insolitum est*, inquit Seneca, *quia Naturam Oculis, non ratione comprehendimus, nec cogitemus quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit, vnde fit*, vt ibidem ait, *quod Magna ista quia parvi* (intellectus) *sumus, credimus, multis rebus, non ex Natura sua, sed ex humilitate nostra, magnitudo est*: fieri etiam id potest ex superstitiosa, & Indiscreta Devotione, vt talis, vel talis Sanctus plus imposterum æstimetur (absit enim cogitare, quod talia divulgarentur ad turbam, populique multitudinem advocandam vnde lucrum ex offertorio speratur) sed de his videtur conqueri *Ieremias* dum ait: *Seduxerunt populum meum in mendacijs suis & in Miraculis suis.*

Resp. 485. n. 1. Quas cau. & reg. 432 a. 15. 10. 3. Lib. 6. Natur. quæst. cap. 3. Lib. 3. præf.

Quarto, vt *Quæstione* 8. diximus, non temerariè ad illorum suffragia recurrendum, ac Medicinâ posthabita statim Miraculum postulandum, sed vnum oportet facere, & aliud non omittere; doctrina D. Basilij magni ex *Gregorio Nazianzeno* est: Neque porsus artem Medicam esse fugiendam, nec omnem in ea spem collocandam: verùm vt agriculturam quidem exercemus, petimus autem fructus à Deo, & gubernatori quidem navis temonem committimus, Deumque obsecramus, vt è Pelago salvemur, sic etiam introducentes Medicum, in Deum (eiusque Sanctos vt intercessores) sperare ne desinamus, cuius dictante prompta manu ipsum debet operari, alioquin plurimum à scopo aberrat, & in devia, & Syrtes impellit, quæ eius Navis structuram demoliuntur & demergunt.

2. Part. In ipsa men.

Vltimo Aniculas, Fæminas, Puellas, Puerosque à Parochis, vel curam animarum habentibus benè doceri optarem, & inculcari, quod antiquæ illæ, & externæ Ceremoniæ, pura debeant intentione fieri ab omni

Tem-

Tempore, Numero, Mensurâ, alijsque circumstantijs liberæ, ne vim vllam in eis faciant: nam dum hæc Novem dies Sacras Ædes frequentat, illa Sexies ./. bis ter Imaginem, vel Reliquias Sancti alicuius genubus circumrepit; ter Vestimenti fimbrias exosculatur, Septem candelas accendit, Grana ad ægri pondus commensurata offert (tantum à me visa refero) Quinies strophiolum aquæ benedictæ immergit: quamvis similia, vel in honorem 9. Chororum Angelorum, vel SS. Trinitatis, aut Vulnerum Christi v. g. laudabiliter fiant, per bonam illam intentionem iustificata, periculum tamen magnum est, nisi idiotæ, laici, & simpliciores melius instruantur, ipsos Numero isti, aut Mensuræ, alijve Circumstantiæ, omnem virtutem attributuros, vel saltem nisi illas ceremonias rigurosè observaverint, se nihil apud Deum impetraturos, neque præces valituras absque illis, sed inefficaces forè & inutiles putabunt.

Quærere hic non abs re aliquis posset, vtrum Superstitionem non sapiat, præteritò Mortis periculo, vel Valetudine adversa, Tabellas rerum gestarum seriem continentes, aut etiam Vestes, Fascias ægrorum, Instrumenta quibus vel sanari, vel sublevari studuerant, vt Bacillos, Fulcra, Vincula hernialia &c: ad Templorum parietes appendere, cum hoc olim apud Gentiles, & Ethnicos fuerit vsitatum, vanos vtpote, & credulos? eaque *Anathemata* dici solebant ideo quod Deo dicabantur, consecrabantur, vel suspendebanrur in facti alicuius memoriam, à voce *ἀνατίθεμαι*, quæ Suspendere vel dicare significat, vt tradunt *Suarez, Navarrus & alij*: ita *Macrobius* refert antiquos cepisse Saturno Cereos potius accendere, & in Sacellum Ditis aræ Saturni Oscilla quædam pro suis capitibus offerre, quæ non Cereæ, vt hodie, sed Laneæ erant, vel stupeæ, vel etiam ex Argilla, vt notarit *Festus & Varro*, eaque in cuspide, vel in altum defigebant, vnde *Virgilius*: *Lib. 1. Saturn. c. 11.* *Lib. 4.* *Lib. 6. de Ling. Latina.*

Oscilla ex alto suspendunt mollia Pinu. *Georg. 2.*

Et Tibullus: *Lib. 1. eleg. 3.*

Nunc Dea, nunc succurre mihi, nam posse Mederi,
Picta docet Templis multa Tabella tuis.

De Vestibus, & Linteaminibus ait Statius: *Thebaid. Lib. 12.*

Pendent & Vestes mutata forte relicta.

Et his similia habent *Propertius lib. 2. Ovidius 2. de amore eleg. 13. &c*: credebant enim superstitiosi Gentiles, Deos his propritiari, quamvis prudentissimus illorum Seneca, non Anathemate, sed pia Voluntate Deum devinci doceat, his scriptis: *Nec Auro Argentoque suspenso, nec in thesauris stipe infusa, sed pia & recta voluntate*: Præterea Arioli Phylisthæis consilium dederunt dicentes: *Facietisque similitudinem Anorum vestrorum, & Similitudines Murium, qui demoliti sunt* *1. Reg. 6.*

terram, & dabitis Deo Israel Gloriam &c: Vnde similia videntur illicita? dicendum totum abusum istarum Ceremoniarum dependere, à sola intentione facientium, & pro vt illa Pura & Sincera, Vani aut Superstitiosa fuerit, etiam actus illi Boni ac Laudabiles, vel Vani & Superstitiosi, sunt censendi, quandoquidem media illa, ceremoniæ quibus vtuntur, ex se res indifferentes sint, quibus homo & vti potest, & abuti: quia iam Ecclesia similia ex bona, puraque mente & intentione fieri mandat, ideo non solum eorum vsum approbat, sed comendat in veri Dei honorem; hunc morem ait *Franciscus Torreblanca*, respexisse videtur castissima Iudith in holofernis victoria, habetur enim Iudith Cap. vlt. *Et Conopaeum quod ipsa sustulerat de cubili holofernis, obtulit in Anathema oblivionis*, his vel similibus, apparenter Davidis verbis: *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.*

Lib. 1 Damon. cap. 28.

Psal. 115.

His ita prælectis, clarissimè patet ex *Theodoreto*, alijsque, Cultum & Invocationem Sanctorum, non solum esse licitum, & laudabilem, sed commune Morborum Remedium. Itaque confugiamus ad illos qui, quantum valent, exemplis quotidianis ostendunt, vel Divinorum testimoniorum oraculo comendantur, aut talia reliquêre argumenta, quæ de illorum facultate diffidere non patiantur, inquit *Viringus Archiater Lovaniens.* ex quibus illi certè ex præcipius censendi sunt, qui adhuc mortales ægrorum anxietatibus & sanitati, se promptos facileque impenderunt, nonulli disciplinæ Medicæ operam adhibuerunt, eamque professi sunt, quales *Panthaleon, Blasius, Franciscus de Paula, Cosmas & Damianus, Lucas &c:* quorum suffragia ipsa Ecclesia quotannis invocat abstinentiæ Quadragesimalis decursu medio, peculiari velut Festivitate illorum poscens subsidium, quo tum nonnihil enervatis corporibus, perficere valeat, quod religiosè suscepit. Si verò magis illi moveant, qui Morbos peculiares, aut in Membris quibusdam Tormenta sustinuerunt; vt *Anthonius*, & *Bernardus* Pectore laborantes, *Agatha* in Mamilla, *Apollonia* in Dentibus cruciatæ: vel qui dum in vivis adhuc essent, peculiare ægris præstitere beneficium, veluti qui Febricitantibus fontes excitarunt, vti olim inter ceteras Veronam Caroli magni Proneptem peregrinis afflictis in agro Grudiorum impetrasse, viva adhuc scaturigo testatur: vel Morte soluti celebres indies nobis opitulantur, vt *Dymphna*, & *Nazarius* Furiosos iuvat & Energumenos; *Hubertus* Rabidos, *Leonardus* Claudos & Paraliticos, cùm magna laude, & merito illis quispiam honorem impendit, vt fructum rependat: adhoc religiosissimus iuxta ac sapientissimus Philosophus nos exhortari videtur, & tepide Christianos Ethnicus confundere hac instructione: *Oportet scire illos esse qui præsident mundo, qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, in-*

In præfat. quadam.

Seneca *Epist. 95.*

terdum

terdum curiosi singulorum. Hi nec dant malum, nec habent: ceterum castigant quosdam, & coërcent & irrogant pœnas, & aliquando specie bonipuniunt. Vis eos propitiare, bonus esto, satis illos coluit, qui imitatus est. Quidprofectò Christianius magis proferri posset, si rectam Fidem adiungas. Finio itaque cum Cantilena Ecclesiæ:

Angelum nobis Medicum salutis
Mitte de cælis Raphaël, vt omnes
Sanet ægrotos, pariterque nostros
Dirigat actus.

Respond. ad Argum. 1. Distinguendo Subsumptum, Sancti, aut Dæmones, non possunt facere Miraculum per se, sive se solis, aut per propriam virtutem, hoc quidem verum est: possunt autem omnia in eo, qui illos confortat, Deo, qui solus, per se, & essentialiter Sanctus est, omniumque sanctitatis Fons, & Origo, atque ita est intelligendus *Propheta*, omnis autem creatura reliqua, etiam irrationalis, instrumentum esse potest, & organum, per quod vis illa supernaturalis, & miraculosa ad nos descendit.

Ad 2. Theologos tunc loqui de certis quibusdam Superstitiosis, Vanis & determinatis Præcatiunculis, ex incognitis Dei, vel Angeli Nominibus, & extraneis Vocibus compositis, vti bene docet *Martinus de Ales*, *Turrecremata & alij*, de quibus Vocibus, & non rei significatæ, omnem virtutem pronuntiantes attribuunt: vel illa etiam in ijs recitantur, quæ per se quidem bona sunt, vel indifferentia, verum ad id, ad quod applicantur, non sunt instituta, nec vllam prorsus habent efficaciam, & hæc omnia superstitionem sapiunt, adeoque ab omni Theologo, imo Christiano damnantur, non autem generales illæ, & ordinariæ præces, quas fundere ipse Deus præcepit per *Ecclesiasten* suum dicens: *Fili in Infirmitate tua ne despicias te ipsum sed ora Deum, & ipse sanabit te*: quod Propheta Regius sæpe secutus, ait: *Sana me Domine*; *Deus in adiutorium meum intende &c*: ad cuius imitationem S. Ecclesia pro Itinerantibus, Agonizantibus, Periclitantibus &c: expressas Orationes, Præces, & Officia instituit. Notandum tamen hoc ab Ordinarijs loci per Medicos obtineri debere, ne vllus Monachus, Religiosus, vel Sacerdos, in quocumque Morbo Chronico, & diuturno languore, præcipuè in Pueris, & Mulierculis, absque Medicorum attestatione, exorcismos, & similes præces ad Magiam, & Intoxicationem depellandam ab Ecclesia institutas, adhibeat: nam præterquam quod hoc proprium interesse aliquando & Lucrum sapiat, Ceremonias Ecclesiæ ludibrio exponunt, ægrósque pessima de hac, aut illa vetula. suspicione adimplent.

Tract. 10. de superstit. In cap. non observetis huius 26. quæst.

Ad 3. Simili ferè modo argumentatum fuisse *Vigilantium*, quando dicit:

Prope

Prope ritum gentilium videmus sub prætextu Religionis introductum, pu viſculum neſcio quem in medio vaſculo prætioſo linteamine circumdatu
Epiſt. ad Repari. 53. oſculantes adorant, cui & argumento præſenti reſpondit *D. Hieronymus* hunc modum: *Nos, non dico, Martyrum reliquias, ſed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos adoramus, ſcilicet adoratione Latriæ, honoramus autem Reliquias Martyrum, vt eum, cuius ſunt Martyres, adoremus: honoramus ſervos vt honor ſervorum redundet ad Dominum:* Adeo vt nos honorando Reliquias Sanctas, nullo modo incidamus in errorem Gentilium, qui cultum Latriæ, & Divinum Mortuis ſuis impendebant.

QVÆSTIO XII.

An æger aliquando teneatur nudi corporis, partiumque obſcenarum inſpectionem permittere?

ARgum. 1. Si hoc aliquando foret neceſſarium, præcipuè locum haberet in Impotentibus, Frigidis, & Maleficiatis, atqui illa ſententia iam dudum à *Iuſtiano* alijſque honeſtatis causâ exploſa, vt in *§. Pubertatem inſtitut. quib. mod. tut. fin.* Item *Abb. in cap. Puberes de deſponſ. imbud.* ergo inſpectio illa nunquam eſt neceſſaria.

2. Non ſolum contra Pudicitiam, ſed & contra virtutem Fortitudinis eſt
In Platon. Lachetem. obſcena ratione Morbi revelare, nam vt *Ficinus* ait: *Temperantia Pudoris vſ frenis efficit, vt à Turpibus invita voluptate ſemper obſtineamus; & Fortitudo magnanimitatis freta calcaribus, dat operam, vt ad honeſta viriliter contendamus, ſpreta difficultatis, & Doloris formidine.*

Cap. 16. 3. *Ezechiel* Propheta in Sermone obiurgatorio, Hyeroſolimæ exprobrans immenſa beneficia ipſi collata, addit: *Ego verò expandi amictum meum ſuper te*, quia nempe omnis Nuditas ignominioſa & deteſtabilis: vnde *Levinus Lemnius* Medicus Ziricſeus Paraphraſticè hæc verba evarians *Et velat*
In Herb. bibli. c. 15. inquit, *quæ parum prudenter & verecundè oculis ſpectantium exhibentur, ac decentius obteguntur,* ergo ſimilia revelari non poſſunt.

4. Cauſá vivendi, Æterna Beatitudo eſt, quæ propter vitam nullo modo amittenda, ſed per ſimilia Nuditatum ſpectacula, Vita periclitatur Spiritualis, & æterna beatitudo, ergo propter vitam temporalem æger illa non tenetur, nec poteſt admittere, vel Ethnici Poëtæ teſtimonio dicentis:

Satyr. 7.
Summum crede nefas Animam præferre Pudori,
Et propter Vitam, vivendi perdere cauſam.

SED CONTRA faciunt illa Tertulliani monita Libro de Pœnitent. in fine: *Qui in partibus Verecundioribus corporis contracta vexatione conſcientiam Medentium vitant, cum erubeſcentia ſua pereunt.*

CONCLVSIO.

Quotiescumque notabile corpori damnum, vel vitæ periculum im minet, tenetur patiens Corporis Inspectionem admittere.

AB eo tempore quo homo prævaricator, ſimplicitatis, & innocentiæ tunicâ exutus, pudenda commiſit, tanto pudore affectus eſt, vt illo etiam in Mortis extremitate ſuffundatur, dubiteturque, num pro ipſa Vita redimenda, quiſpiam corporis Nuditatem teneatur Medentibus oſtendere, an verò Pudori obſequens, certam Mortem poſſit expectare: & quia ingens hic Pudor pæna illius peccati eſt, cuius auctrix, poſt Serpentem prima fuit credula nimis Eva, ideo & eius deſcendentes Mulieres, & ſequior Sexus, illâ magis à natura premuntur, quam Mares. Dico, à Natura, nam ſi mores hodiernos, pravaſque huius Sexus conſuetudines intueamur, longè aliter ſe rem habere comperiemus, illumque nunc cum ſpurciſſimis viris de Impudentia certare, & vt obſcænas geſticulationes, & ſcurriles ſermones ſubticeam, dicere quiſque poteſt, vti evo ſuo aliquando deploravit ***Seneca***: ***Video ſericas Veſtes, ſi veſtes vocandæ ſint, in quibus nihil eſt, quo defendi aut Corpus, aut denique Pudor poſſit: quibus ſumptis Mulier parum liquido Nudam ſe non eſſe iurabit***: ***quibus veſtita corpora nudantur***, inquit ***Hieronymus***. Ex his non raro tales videre fuit, quæ partes ipſis communes cum Viris, Suram, Tibiam & Pedem, Medico oſtendere pertinaciter recuſabant, vbi neceſſarium tamen erat, ac per conſequens licitum; quæque in publicum progredientes membra Sexum diſtinguentia, & per quæ ſunt, id quod ſunt Vbera integra cum papillis, vtinam præ pudore rubentibus, cum Collo & ſemidorſo omnibus ſpectanda exhibebant, minus dico, etiam palpanda. ***An ergo mutata fæminarum Natura? minimine***, inquit ***Seneca***, ***ſed Vita eſt, & cum Virorum licentiam æquaverunt, Corporum quoque Virilium vitia æquaverunt, Fœminam exuerunt***: & hæ tamen nihil magis quam Caſtimoniam ore crepantes, nihil minus in actionibus obſervant; quare egregiè à ***D. Cypriano*** vapulant dicente: ***Nunc conſidera***, inquit, ***an cum Veſtita eſt, verecunda ſit inter viros talis, quæ ad Inverecundiam proficit audacia Nuditatis? .... Virgines eſſe deſinunt, furtivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti, ſed Chriſti adulteræ.***

Lib. 7. de benef. c. 9.

Ad Laſam

Epiſt. 95.

Tract. 2. de habit. virgi.

Sed de his fortè nimium, niſi ad hoc inſervire poſſent, vt S. S. Patres, in Impudentiam, Nuditates Corporis, & ſimilia invehentes, & tanquam maximè peccaminoſa in ſcriptis ſuis deteſtantes, de illis dumtaxat loqui intelligantur, quæ nulla cauſa cogente, ex mera Laſcivia corpus ſuum de-

Serm. 33. tegunt, non autem de his, quæ mali necessitate coactæ, sese cum rubore, & decentia sanari permittunt, & cum honestissima hemorrhoissa, vt *Chrysologus* ait, *Occulto vulneri, & verecundo Languori remedium ita quærunt, vt & suum pudorem tegant, & Curantis reverentiam custodiant.* At verò quia olim similia spectacula in casu nubentium, plus quam frequentia erant & vltra omnem honestatem procedentia, vti patet ex *L. de Ventre inspiciendo & alijs*, ideo iure, & laudabiliter sunt abolita & sublata.

Séd obijciat aliquis etiam necessitate vrgente,

Vbi turpis est Medicina sanari piget.

Ait *Seneca*? regerit *Horatius*:

Stultorum incurata Pudor malus Vlcera celat.

Nempe quæ occultè serpèntia Imprudentiam malè pudicorum, tandem Morte castigat: nam vt alter ait:

Qui blandiendò dulce nutrivit malum,
Sero recusat ferre, quod subijt, iugum.

Sup. Ps. 5. *O incredibilis insania*, exclamat Augustinus, *de Vulnere ipso non erubescis, & de Ligatura Vulneris erubescis, Nonne Vulnus fætidum & putridum est? confuge ergo ad Medicum*: & qui S. Augustinum (idem sit de alijs S. S. Patribus, aut Scripturæ locis alibi citatis) hic Mysticè, ac de Spirituali Vulnere, & Medico lócutum fuisse contendit, advertat id non contra nos, sed optimè ad rem, & propositum nostrum facere, nam metaphorica hac locutione, Augustinus tacitè comparationem instituit, inter Corporaliter, & Spiritualiter ægrotantem, dicitque: sicuti magna insania est, quod Vulneratus sanationem præ Pudore recuset, ita quoque magna stultia sit, quòd in Anima peccatorem saucium per confessionem salvari pudeat; alias si illa verba in sensu litterali, & pro vt iacent, vera non sint, & illud quoque falsum erit, quod per illa figuratè intelligi prætendit.

Itaque non solum stultum est, præ Pudore media ad salutem necessaria omittere, vel quod idem est negativè occidi velle, sed etiam peccaminosum; quandoquidem homo non sit Corporis sui Dominus, ne dicam Tyrannus, sed Tutor, atque ideo vnusquisque sibi commissus, vt contraria sibi avertat, & salutaria procuret, vti latius ostensum hic est alibi: non enim culpâ vacare, vel animæ innoxium esse potest, quod rectæ rationi contradicit, quale hoc est, cum abscondito malo perire, quam illud manifestando, ab eo sanari malle. Propter similes fortè rationes, infirmi apud Iurisperitos quosdam, non sanæ mentis esse censentur, vt habet Parisius *de Resignat. benef. alijque ibidem ab eo citati.* Rationem huius assignare videtur *Plutarchus* Commentario quodam, quem *de Vitioso Pudore*, integrum composuit: *Vitiosus Pudor*, inquit, *etiam in maioribus rebus facit, vt respuamus quod*

Lib. 12. q. 1. nu 28. Lib. 2. moral.

quod recta ratio vtiliter suggerebat: pauloque inferius: *Inepto pudori hoc planè vsu venire, vt qui eum secuti Fumum fugiunt, & in Ignem incidant*: revera si per quæ quis peccat, & punietur, quid mirum omnia Membra puniri, vbi singula offenderunt? Cum sæpius (quod de L. Domitio olim aiebat *Salustius*) nullum Membrum à flagitio vacat, Lingua vana, Manus cruentæ, Pedes Fugaces, & quæ honestè nominari nequeunt, inhonestissima: atque ideo *Quoniam in cunctis delinquimus*, ait *D. Gregorius*, *in cunctis ferimur, vt impleatur quod dictum est: Et pugnavit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Sed sicuti in peccati pœnam, ita & pro materia Mortificationis, ad Patientiæ exercitium, & humilitatis, ad Erubescentiæ meritum, similes interdum Morbi à Deo immittuntur: ita *Hieronymus à Capugnano*, in vita B. Angelæ Fulcinensis Ord. S. Francisci, refert, illam in ipsis Pudendis intolerabili cruciatu laborasse: alijque etiam Sancti similia sæpe perpessi sunt, quamvis in illorum vitis reverenter omittantur, vel obscurè satis enarrentur. Ipse vidi Dolorem clamorosum arte Magica honestam Mulierem affligentem, ad Venerabilis Sacerdotis præces & exorcismos, nunc Guttura, nunc Manum, Frontem, Pedem in momento petere, & ad eius consecratæ Manus, & Digitorum attactum inde, mox alio demigrare; hinc non minus sagax quam salax Dæmon, dolorem Pudendis immisit, loco nempe sacris Manibus exoso, sed Stola vestibus illic imposita, Infernalis Veteratoris vafritiem elusit, & ægra laudabilis ruboris præmium, sanitatem obtinuit: ita vbique illà Cerastes in semita, vbi hominem per infamem Impudentiam, ad Lasciviam allicere non potest, immutata fraude, per indiscretum Pudorem ad desperatam pertinaciam, qua se perdat, deducere satagit. Hinc *illa est* vt *Tertulliani* verbis vtar, *hominum perversitas, salutaria abijcere, Medicamina evitare, & Mori citius, quam curari desiderare: vnde Medicinæ præsidium complures refugiunt, plures stulti, plures timidi, & malè verecundi*: cumque hoc animi pathema personas minoris iudicij & intellectus, quales Pueri sunt & Mulieres, potissimum apprehendat, fit, vt Verecundiam erroneè inter magnas virtutes enumerent, cum tamen ex *D. Thomæ* documento, Verecundia nequaquam virtus sit, cum à virtutis perfectione deficiat; quod magis est, dicit ibidem Angelicus Doctor *Probos homines Verecundià non moveri, quia non apprehendunt Turpitudinem vt possibilem sibi, vel quasi non facile vitabilem, ita vt potius Decentia quadam*, ait, *quam Virtus nuncupanda sit.*

In Fragm. *Homil. 35. Exod. 40. Sapient. 5.* *Ad Gymnasso. 608* *22. q. 144. a. 1.* *Art. 4.*

Respond. ad Argum. 1. Inspectio Corporum, quam Iurisperit; & Canones improbant, non illa est de qua hic agimus, ex necessitate, & sanandi ergo tolerata, sed quæ Pubertatem, & Coëundi capacitatem explorandi causa fuit instituta, in qua non solum Corpora detegebantur, sed

& Matrimonij arcana, quæ non nisi per Sacramentum cohonestantur, fie- bant manifesta: quando, quod bruta abhorrent, in Iudicis, testiumque conspectu cum Nuda infami spectaculo iubebatur congredi, & Aphrodi- sion exercere: qui detestandus mos abolitus, & per honestas Leges, ab omni casto Oculo est amotus.

Ad 2. Nunquam exlegem necessitatem Pudicitiæ, vel Castimoniæ Le- gibus adversari, neque *Ficinum* ibi agere de medijs ad sanitatem recupe- randam requisitis, sed de Temperantia, & Pudicitia, pro vt Voluptati ac vitijs similibus opponitur, & ne hæc gratis dicta esse quis arbitretur, en in *Ficino* ibidem præcedentia quæ sic se habent: *Pudorem & Magnanimita- tem nobis genuisse Divinam Providentiam, ait Plato, vt nos à turpibus revo- caret, & ad honesta provocaret: vt ratio quæ auriga est, Pudore quodam quasi freno, affectus nostros, velut equos, à turpibus, licet suavibus cohiberet:* Hæc autem Inspectio & Attrectatio de qua hic agimus, neque Turpis est*, vt nec suavis, sed invita, Dolorosa, ac per consequens equè ac Temperantia, om- ni Mollitiei contraria.

In Lachet.

Ad 3. *Prophetam & Lemnium* ibi non omnem Nuditatem improbare, sed Lascivam, Mollem, Petulantem, non autem quam ipsa necessitas coho- nestat, vti iam supra dictum est.

Ad 4. Negando Subsumptum, saltem plerumque, & ordinariè loquen- do nullum morale Vitæ Spiritualis periculum, tali inspectioni, seu activæ seu passivæ est annexum, cum tam benè illa absque carnali complacentia & consensu fieri possunt, quam Confessionum exceptiones à Confessa- rijs, Si quis tamen firmitati suæ diffidens, vel Cogitationis Morosæ, vel Consensus periculum timeret, de imbecillitate sua ex præteritis casibus mo- raliter certus, (quamvis vnicuique per Gratiam Dei datum sit resistere pos- se) talis tenetur abstinere, ne in periculo, quod amaret, periret.

QVÆSTIO XIII.

An impotentes ad copulam poßint contrahere matrimonium, & quinam censendi sint tales.

ARgum. 1. Copula nullo modo est de essentia Matrimonij, vt patet in D. Virgine, & Iosepho, alijsque Sanctis qui coniugati abstinue- runt à Copula carnali, additque D. *Augustinus*: hoc exemplo magnificè insinuatur fidelibus Coniugatis, etiam servata pari consensu Continentiâ, posse permanere, vocarique Coniugium, non permixto Corporis sexu, ergo quantumvis ad Copulam inidonei possunt validè, & licitè Matrimo- nium contrahere.

Lib. 33. c. 8. cont. faus.

2. Omnia impedimenta Matrimonij, tantum sunt ex Constitutionibus Sanctis, & Decretis humanis, sed Matrimonium, sicuti nec alia Sacramenta, non est ex institutione humana, sed Divina, ergo talia impedimenta non videntur posse personas, ad contrahendum Matrimonialiter, reddere ineptas.

3. Si quidem reperirentur tales, essent Spadones, & Eunuchi, sed & illi quoque ad Copulam sunt idonei, teste *Aristotele*, dicente. Testiculos ad generationem non esse necessarios: & Putiphar Eunuchus Pharaonis genuerat filiam postea Iosephi vxorem, ergo nulli inveniuntur ad Matrimonium impotentes. *Lib. 1. de gen. cap. 4.* *Genes. 37.*

4. Matrimonium inter Impotentes contractum, tantum est sterile & infæcundum, ac nullius prolis productivum; atqui secundum *D. Thomam, Barbosa, Sanchez, aliosque*, sterilitas non obest valori Matrimonij, ergo propter Impotentiam non sunt ab eo prohibendi. *4. di. 34. q vn. a. 2. ad 3.*

SED (præter alia in corpore conclusionis alleganda) CONTRA facit Aristoteles Polit. 7. cap. 6. dicens: *Matrimoniorum curam habere debet legislator, nam Viro generare potente, si Mulier concipere non potest, vel Muliere ad conceptum apta, si vir non potest, lites & discordiæ inter eos oriuntur:* & teste Augustino de pueror Baptis. *Coniugum dissensio, totius domus est perturbatio:*

CONCLVSIO.

Impotentes nullo modo possunt Matrimonialiter contrahere.

ANtequam ad casus particulares descendamus, quædam generalia, de quibus in obiectionibus facta mentio, sunt præmittenda. Secundum omnes Theologiæ consultos, Matrimonium vel consideratur vt Officium Naturæ, atque tunc eius finis est Generatio prolis, & hic quidem primarius: vel Remedium Concupiscentiæ, & pro fine secundario habet Copulam Carnalem. Finis, vlterius, Matrimonij quamvis duplex sit, & varius, medium per quod ad vtrumque pervenitur, vnum & idem est, nempe Corporum Commixtio; vnde fit quod omnes illi, qui Morbo, Defectu, aut vitio aliquo perpetuo laborant, ita vt Debitum Coniugale persolvere non possint, iure meritò à Coniugio prohibentur, & sub peccato ab illo abstinent, cum enim hi nunquam media necessaria adhibere valeant, semper vtroque Matrimonij fine frustrabuntur.

Tales in primis omnes illi sunt, qui membris, partibusque ad coitum necessarijs, absolutè sunt destituti; deinde qui illis non quidem carent, sed

perpetua Frigiditate Naturali, aut Maleficio ita affectas habent, vt ad C nopolim totaliter, & semper sint inidoneæ. Dixi *Perpetuò*, & *Semper*, qu si temporale tantum vitium fuerit, cui vel ætatis processu, vel Medicin remedijs subveniri potest, hoc nec Matrimonium impedit contrahendum neque dirimit contractum. Ad hoc autem cognoscendum vtrum impedime tum illud, seu vitium perpetuum sit, nec ne, Ecclesia determinatum ten pus adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, scilicet Trie nium, in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam Carnali Copu implendæ, si inveniatur Matrimonium non esse consummatum, iudic

Supp. q. 58. a. 1. in corp

Ecclesiæ dissolvitur: Sed, addit *D. Thomas*, in hoc quandoque Eccles errat, quia per Triennium non sufficienter quandoque experiri potes perpetuitas Impotentiæ, vnde Ecclesia, si se deceptam inveniat, per ho quod ille in quo erat impedimentum, invenitur Carnalem Copulam, cu alia, vel cum eadem perfecisse, reintegrat Matrimonium præcedens, dirimit secundum, quamvis de eius licentia sit factum.

Dices, non solum Morbum, aut Impotentiam perpetuam, sed & p tempore solummodò durantem etiam, videri quempiam à Matrimonio r tinere, nam Impubertas est tantum Impotentia temporalis, & tamen M trimonium cum impubere initum, est irritum, non quidem Iure Naturæ, vt respons. *Gregorij 13. die 13. April. Anno 1580.* & ipso textu *C. 2. de despons. impu*

Lib. 5. de Spons. c. 15

sustinet *Alexander Carrerius*, sed Iure saltem Ecclesiastico? dicendum quo Ecclesia hoc specialiter, quoad Impuberes ita constituerit, quia licet in tam t nera ætate interdum inveniatur robur ad Copulam sufficiens, tanta non sol istis Annis discretio adesse, quanta ad gravissimum, & perpetuum Matrimon iugum desideratur, vnde ingentia, & innumera essent nata oriri incon moda. Itaque verum manet, illos omnes (secluso Ecclesiastico Iure, quo in casu Impuberum disposuit) non posse Matrimonium contrahere, quoru Impotentia talis est, vt per naturalia media, vel temporis lapsu auferri no possit. *C. Fraternitatis de Frigid. & Maleficiat.*

Si quis vlterius inquirat, quinam tanquam Puberes, quinam Impuber habendi? Respondeo breviter, omnes illos esse Puberes censendos, quo

Lib. 7. hist. anim. c. 1.

vel Ætas; vel Malitia ad Generandum reddidit capaces, & taliter etiam *Aris telem* sensisse patet ex verbis ipsius dum ait: ***Prodeunt nonulli iam inde à pr mo ortu natura Impuberes, infæcundique*** (hoc est ad generandum inhabiles & infra: ***Mulieres etiam simili modo Impuberes, à Natura creari possunt***: i quidem, vt ad Pubertatem, nec à Theologis, nec ipsis Medicis, cert Annorum numerus, aut limitata ætas, quod aliqui contendunt, facile de

De Situ Orbis cap. 63.

terminari queat. *Solinus* meminit quarumdam Mulierum in India, qu Quinquennes generant, Octennes verò consenescunt, & moriuntur; qu

re *Hostiensis* etiam dicit, non attendi Annorum numerum, sed Pubes dici etiam minor Duodecim, aut Quatuordecim annis, si modo Malitia suppleat, quæ Ætas negabat, generandi facultatem; & idem sentit *Menochius de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 57. num. 32. Abb. Bartholus & alij*. Nihilominus constituitur quidam Annorum numerus, vt præter extraordinarium, aliquid ordinarij habeatur, secundum quem moraliter conformare se quispiam posset, & cum fundamento suspicari, hunc, vel illam iam forè ad generandum capacem: statuuntur autem pro Masculis Annos Quatuordecim, pro puellis Duodecim, quia circa illos ordinariè adolescere solent & secundum *Galenum quæ hanc* (Adolescentiam) *præcedunt ætates, aut planè Semen non effundunt, aut certè infæcundum, aut malè fæcundum*: quod tunc semper verum est, quando Malitia, vel extraordinarius complexionis vigor ordinarium non invertit. *Lib. 4. de Sponsf. Impub. n 5. & 6.* *Lib. 2. de Santuend. c. 2.*

Certa itaque, & constans est Theologorum sententia, Impotentiam simpliciter incurabilem, ex illis impedimentis esse, quæ aliquem à contrahendo Matrimonio Impediunt, & aliquando etiam contractum Dirimunt. Tales sunt Eunuchi, & Spadones, quidquid dicat *Gloss. Cap. Hiqui 32. q. 7. & Alciatus Metina & alij pauci*: neque de hoc dubitare iam fas est, propter *Sixti V.* declarationem in Motu aliquo proprio edito Anno 1587. quæ sic habet: *Committimus fraternitati tuæ & mandamus, vt Coniugia per dictos & alios quoscumque Eunuchos, & Spadones vtroque Teste carentes, cum quibuslibet mulieribus defectum prædictum ignorantibus, sive scientibus, contrahi prohibeas, eosque ad Matrimonia contrahenda inhabiles authoritate nostra declares, etiam locorum Ordinarijs, ne huiusmodi coniunctiones de cætero fieri quoque modo permittant, interdicas: quin eos etiam, qui sic de facto contraxerint, separari cures, & Matrimonia ipsa sic de facto contracta, nulla, irrita, & invalida esse decernas.* *L. spadon. 128. n. 1. ff de verb. signi.*

Quæri hic meritò posset vtrum Senes, & decrepiti inter Impotentes numerari non debeant, de quibus Poëta

..... *Coitus iam longa oblivio, vel si*
Coneris, iacet exiguus cum ramice nervus,
Et quamvis tota palpetur nocte iacebit. *Iuvenal. Satyr. 10.*

Ratio est, quod Senectus ipsa continuus morbus sit: & *Galen.* & *Avicenna* dicunt Senum dispositionem non esse absolutè Sanitatem: *Seneca* & *Guevarra* vocant Morbum insanabilem, adeo vt neque naturæ officio generationis fungi, nec pro remedio Concupiscentiæ valeant inservire. Respondendum nihilominus cum plerisque Casuistis, Senes licitè, & validè posse contrahere, neque inter Impotentes esse computandos, quin vix senex inveniendus sit, qui non aliquo tempore ad Copulam sit aptus, & quamvis eius semen *Lib 6. de Santuend. c. 2. 2. 1. doct. 1. c. 2.*

De bono viduit. cap.8.

men sterile esset, & non prolificum, sufficit ipsum intra Vas Fæmineum [...]minare posse, quia in quibusdam (inquit *Augustinus* agens de bono nupti[...]rum, & refertur *C. nuptiarum 27. q. 1.*) Matrimonium esse humanita[...] solatium, vbi *Glossa* verbum *In quibusdam* intelligit de Senibus. Ideo *L. P[...] piam Poppeam* Viris Sexagenarijs, & Fæminis Quinquagenarijs nuptias i[...]terdicentem, omnium primus Claudius Cæsar abrogavit, ait *Alexander* [...] *Alexandro*: & iure meritò, nam *Aristoteles* plurimos generasse scribit, an[...] Ætatis 65. & *Lib. 7. ibid.* etiam Octogenarios; quod etiam confirmat *A[...]bertus Magnus*. Narrat *Avenzoar* viros Centenarios genuisse Masculos: [...] quamvis Leges pleræque, & Canones terminum conceptionis in mulie[...] statuant Quinquaginta annorum, Corneliam è Scipionis familia anno Æt[...]tis suæ Sexagesimæ Secundæ peperisse Volusium Saturninum, scribit *Plini[...]* & his similia plura videnda sunt apud Medicos doctissimos *Stephanum Rod[...] Castr.* in opusculo, cui titulus, *Quæ ex quibus*: *Codronchium*, *Schenkium* [...] *alios*, ita vt hæc sententia certissimma sit, longoque vsu ab Ecclesia co[...]probata, quod sola Senectus nuptiarum valori nullo modo obsit; vti d[...]cet *D. Thomas*, quem omnes cum *Enriquez lib. 12. de Matrim. cap. 7. n.* [...] passim sequuntur. Hæc omnia tamen optimum *Hesiodi* consilium non d[...]struunt suadentis:

Lib 4. Diergen. c. 22. histor. Animal. c. 14. s. Animal. tract. 2. c. 1 theis lib. 2. tract. 3. c. 1 Lib. 6. Natur. hist. c. 41. Lib. 4. cap. 4. Method. testit. cap. 16. Lib. 4. tit. de Concept 4. d. 34. 4. vn. art. 2. ad 3.

> *Iunge tibi vxorem dum firmus adhuc vigor adsit,*
> *Annos cum numeras ter Denos, plusvè minusvè*
> *Aptum est Coniugium: Decimo sed fœmina Quarto*
> *Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.*

Alia Quæstio est de *Spadonibus* propriè dictos (secundum vulgi commun[...] antea cum Eunuchis confudimus) quales illi sunt, quibus vnicus tantu[...] est ademptus Testiculus, vti benè advertit *Chabotius*, sed cum apud omn[...] ferè Medicos certissimum sit, vnum Testiculum posse ministerium generat[...]ni necessarium exercere, cui etiam Iuridici, & Leges subscribunt *L. Si ser[...]* 40. *§. si spadoni ff. de iure dotium* vbi *Glossa fin.* ait *Spadonem appellari qui ge[...]rare potest, eo quod vnum adhuc Testiculum habeat*: vide *Petrum Tholosan[...]* Ideo enim sapientissimus Creator duas Aures, Oculos, Manus fecit, ce[...]rasque corporis partes geminavit, vt vnius altera defectum suppleret, qua[...] partium geminationem in dextro, sinistroque corporis nostri latere con[...]tutam, *Galenus* Naturæ Iustitiam appellat, de qua *Eccles. Sic intueri in om[...] opera altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum*: & *Parmenides*:

In horat, exod. 9.

Syntag. Iur. lib. 7. cap. 2. n. 18

Cap. 33.

> *Vndique diffusum pari libramine molis*
> *Tantumdem à medio distans.*

Lib. de Forma fœtus.

Nempe vt vbi opus foret, alter alterius onera portaret & *hos scopos*, inq[...] *Galenus*, *haud-quaquam ipse crediderim citra Sapientissimum, eundemque Pot[...]*

tissimu[...]

tißimum Opificum factos esse, quis verò hic sit, pronuntiare non audeo, præ consilij inopia obmutescens: nempe quia fidei lumine privatus.

Tertia Quæstio oritur de *Thlibijs*, aut *Thlasijs* (hoc est, quibus Testiculi non quidem adempti, sed contriti sunt) & vtrum illi inter absolutè Impotentes censendi sint, ex eo dependet, an illa attritio tanta, & talis fuerit, vt semen conficere, vel perficere, membrum arrigere, & intra vas debitum seminare non possint: alias in Spadonum catalogo reponerem, cùm duo Testiculi semiattriti, facile vnum integrum adæquabunt.

Quarta erit de *Hermaphroditis*, dari enim homines, brutaque animalia vtriusque Sexus genitalibus præditos, nullus dubitat, fierique hoc modo docet *Albertus Magnus*, si vtriusque genitalis materia superflua sit, tum Maris, tum Fœminæ, neque valet altera alteram superare & absumère, necessarium illud sequitur, vt vtriusque forma retineatur: atque idem in Brutis contingere scribit D. *Augustinus*, *Plinius*, *Ausonius*, *Ovidius &c*: Hæresis tamen est manifesta sub Innocentio III. exorta, ex his Geneseos verbis: *Masculum & Fœminam creavit eos*, nempe Sexus non fuisse divisos in statu Naturæ integræ, quod sustinere aliquando contendit *Martinus Polonus*, ad cuius confirmationem ex *Aulo Gellio*, *B. Isidoro*, *Aristotele*, *Calliphane &c.* Adferebant gentem esse vtriusque sexus genitalibus præditam, omnes inter se promiscuè coëuntes supra Nasamones, confinesque illis Maclias Androgijnos vtriusque sexus inter se vicibus coëuntes: verum vni magis *Augustino* credendum dicenti: Ne quisquam arbitretur ita factum, vt in homine singulari vterque Sexus exprimeretur, sicut interdum nascuntur, quos Androgynos vocant, ideo pluralem numerum continuo subiecit, hoc est, *Fecit eos, & benedixit eos.* Similes verò Hermaphroditas contrahere Matrimonium posse in Sexu prævalente, constans est tam Theologorum, quam Canonistarum sententia: quis autem Sexus prævaleat, tum ex Medicorum, tum peritarum Matronarum, post córporum inspectionem, habendum est iudicio secundum *Albericium*, & *Turrecrematam*: nam Matrimonium quod in Sexu debiliore, minusque apparente contrahitur ipso naturæ iure est irritum, apud *Sanchez in Matrim.* requiruntque Canonistæ, vt nulla ratione vrgente, cur huius potius, quàm illius Sexus censendus esset, talis Hermaphroditus, quod voluerit, eligat, & iuramento se astringat, quod nunquam alio, ab electo Sexu, in vita sua vsurus sit, ita *Navarrus Consil. Lib. 1. in prima edit. tit. de Ætat. & qualit. consil.* 8. *n.* 3. Maioli *lib.* 3. *de Irregul. cap.* 25. *num.* 16. *& C. Presbytero* 16. *q.* 1. & alij Vbi autem post ductam semel Fœminam (idem est de viro) viduus factus fuerit, peccatum mortale committit, si instar Fœminæ contrahat cum viro, quia delinquit in re gravissima, & præterea periurij reus est, inquit *Maiolus l. c.* sed cum tale Matrimonium, neque

Lib 18. Anim. tract.2.c.3
Lib.3. de civ. Dei cap.31. lib 7. histor.
lib.1. Noct. Attic. lib.9. cap.4 lib. 11. cap.3.
Lib.3. de gen. ad litt c.22.
d.l. Quæritur num. 5.
C si testes § Hermaphrod. 4.q. 3.n.3.
Lib.7. disp 106. num. 5.

L.cit. n.8. n.10. iure Naturæ, neque Pontificio irritum reddatur, validum esse iudicat *Sanchez*; sustinetque contra alios quosdam, æqualem Sexum tam ordinis quam Professionis Monasticæ esse incapacem, tum propter indecentiam tum propter abusos inde oriri natos, plura de his legantur in *Benedicti Sinibaldi*.

Genean-trop. Lib.2 tract 1. cap.4.& 5.6. Quandoquidem hæc Impotentia, de qua agimus, duplex esse possit vna à Natura & Nativitate, alia præter naturam, & per Maleficium acquisita, operæ prætium hic esse iudicare, quomodo hæc ab illa internosci queat (quibus verò medijs vtrique succurrere Medicus, aut Physicus, aut spiritualis possit, cum vna ad Medicum alia ad exorcistam attineat, huius loci non sunt, & quæ mixti fori in simili negotio non raro intermiscentur, sufficienter alibi explicavimus. Signa autem quæ à præcipuis Medicis recen-Part.1.q. 9. sentur hæc habe: Si Impotentia illa à Naturali indispositione, aut Morbosa Frigiditate contingat, vir non appetit coitum, nunquam arrigit, nunquam nec somnians nec vigilans patitur Pollutionem: dixi *Numquam*, quia si aliquando, quantumvis raro, hæc contingant non est Frigidus: deinde Tract.6.de pecosat. Membrum valde pausillum habet, à colore debito degenerans, rugosum, vel omnino incurvatum, vel apertionem meatus vrinarij non in glandis Lib.3. de Morb. venef. medio, sed infra, qualem dum hæc scribo patientem habeo: sed hi duo vltimi semper inter Impotentes simpliciter numerandi non sunt, cum Arte p.1.quæst. 8. medica non raro corrigantur, vide *Guidonem de Cauliaco*, *Codronchium*, *Sprengerum*: Quod ex Maleficio illa Impotentia proveniat patet quia coitum Lib. 2. Dæmon. appetit, & Virgam quidem arrigit, vbi autem ad rem ventum est, subito flaccessit, ita vt opus complere non possit; & levato iterum riget, & si cap.42. rursum copulari nitatur, denuo collabascit, hoc autem omnino præter Na-in 4 dist. 34.q.1.a. 3. turam est, quia Membra semine turgentia & rigida, non laxantur, quovsque exufflentur, vt cum *Torreblanca* sustinent *Soto*, *Ludovicus Lopez & alij*: deinde (& hoc signum quasi evidens est) si cum vna nequeat, pos-2.p instruc cap.51. col.6. sitque cum cæteris, vti habet *Enriquez lib. 12. de Matrim. cap. 8. n. 2.* *Torreblanca loc cit. num. 27.* Sed hoc non vniversaliter verum esse, bene Chirurg. vnivers. monet *Fragosus*, nisi hac addita conditione, quod per aspectum nullus re-tract 2. de clar. periatur defectus in temperamento, ac membri proportione, si hoc fiat per Maleficium, illud tunc vocatur respectivum, non verò absolutum, de In vita Clotarij. quo nos semper hic egimus, quali olim laborasse Theodoricum Regem, refert *Paulus Æmilius*; etiam Galeatius Sfortia, quod ideo factum fuerat, ne In hist. Ital. Isabellæ Arragoniæ Matrimonio potiretur, vti refert *Francis. Guiciardin.* Lib.2.Dæmon.loc. cit. Modos autem quibus Dæmon hoc Maleficium, sive Impotentiam inducit plusquam Quinquaginta agnoscit *Remig.* *Franciscus* autem *Torreblanca* illos ad Sex Capita reducit.

Vtrum

Vtrum conscius suæ Impotentiæ temporalis, eaque durante Matrimonium contrahens peccet, variè iudicant Theologi: non excusant talem à peccato (non dicendo tamen quali) *Turrecremata*, & *Sotus*: limitant autem *Richardus 4. d. 34. a. 2. q. 1. Assensis 2. p. sum. l. 8. t. 26. a. vn. q. 1.* nisi magna necessitas, vel vtilitas id suadeat: *Sanchez autem de Matrim.* tenet nullam esse culpam quidem ex natura rei, quia lex Matrimonij, dicit, obligat ad reddendum debitum, tantum instar præceptorum aliorum affirmativorum, nimirum semper, sed non pro semper, sed salva incolumitate personæ (quæ hic non est) & tempore commodo; sed quod culpa esse posset, ratione deceptionis alterius partis, quando illa Impotentia esset diu duratura, esset enim deceptio in qualitate valde necessaria, exponereturque altera pars Incontinentiæ periculo, quod in Matrimonij initio plus solet vrgere. *33. q. 1. in sum. a. 1. n. 9 4. d. 34. q. vn. a. 2. col. 3. Lib. 7 disp. 92. num. 5.*

Respond. ad Argum. 1. Quantumvis copula non sit, secundum *D. Thomam*, eius potentia, & aptitudo est de essentia Matrimonij, quia per Matrimonium datur vtrique Coniugum potestas in corpus alterius, respectu Carnalis Copulæ: ad Matrimonium autem Mariæ virginis cum Iosepho dico, vt S. Augustinus, quod *Omne nuptiarum bonum impletum sit in illis parentibus Christi, Proles, Fides, & Sacramentum: Prolem cognoscimus ipsum Deum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum quia nullum divortium.* *Suppl. q. 42. a. 4. Lib. de nupt & concupis. cap. 11.*

Ad 2. Matrimonium esse diversimodè, considerandum: in quantum Officium Naturæ, institutum est à lege Naturali, in quantum est Sacramentum, statuitur Iure Divino: & in quantum est Officium Communitatis statuitur Iure civili. Ius autem Divinum interprerari, explicare, & applicare, pertinet ad Ecclesiam, quæ ad hoc attendere debet, ne Matrimonij Sacramentum Divinitus institutum, debito sibi fine frustretur.

Ad 3. Aristotelem in eo toto Cælo errasse, vt post *Galenum* docent *Anthon. Musa*, *Nicolus Florentinus de Membris naturalibus*, *Andreas Laurentius alijque* Anatomici omnes, imo ipse *Aristoteles*, fortè melius postea edoctus, alibi contrarium scribit: Putiphar autem Eunuchus dicitur, non quod Castratus esset, sed Regis Minister, qui Ministri, cum plerique Eunuchi essent, vti alibi latius ostendimus, si hinc inde integer Mas intercurreret, & hic communi cum alijs Eunuchi nomine vocabatur: sicuti post *Caietanum* & *Abulensem* explicant *Pereira tom. 4. in Genes. cap. 37.* & eodem modo Pincerna, & Pistor Regis, appellantur Eunuchi. *In Aphorism. Hypp. lib. 6. tract 1 cap. 3. Sectili problem. 16. Genes. 40.*

Ad 4. Negando Assumptum, nam præterquam quod à persona sterili non expectari possit finis primarius Matrimonij, nempe Generatio prolis; ab Impotente, neque finis secundarius, Remedium Concupiscentiæ, haberi

 beri

beri poteſt, qui tamen in ſterilibus invenitur: nam quamvis Impotentes, v Eunuchi aliqui, arrigant, & infæcundum ſuum ſemen in vas Mulieris ſe-
Num. 7. minare poſſint, hoc non ſufficere, benè docet *Sanchez* in eadem diſputatione, quia finis ſecundarius Matrimonij non eſt Remedium Concupiſcentiæ habitum per Copulam quamcumque, ſed per Copulam aptam generationi, quæ ab Impotentibus, & ab Eunuchis expectari non poteſt, atque ideo ad Matrimonij contractum non admittuntur.

QVÆSTIO XIV.

An præter impotentiam adhuc alij morbi, aut defectus ſint à nuptijs arcentes, & quinam?

ARgum. 1. Quotieſcumque per Copulam, & Generationem primarius Matrimonij finis habetur, etiam reliqui ſecundarij, vt Mutuum obſequium & iuvamen, Remedium Concupiſcentiæ, humanitatis ſolatium, & ſi qui alij ſint, facile inveniri poſſunt, atqui hæc reperiuntur in eo qui potens eſt ad Copulam Coniugalem, ergo habitis ad Matrimonium requiſitis, non videtur quiſpiam aliunde, ſive ex alio Morbo ad illud contrahendum poſſe impediri.

2. Multi defectuoſi, & morboſi plus alijs deſiderio prolis, æſtuque Libidinis vruntur, atqui ſecundum Apoſtolum *Melius eſt nubere quam vri* ergo illi ſaltem qui in Defectu, vel Morbo ſuo ita pruriunt, nullo modo ſunt à Matrimonio prohibendi.

3. Sicut Morboſus omnis rationem habet, vt corporis ſui ſanitati proſpiciat, ita quoque ius habet, vt ſaluti Animæ provideat, ſed qui vtitur Iure ſuo, nemini eſt iniurius, ergo propter commodum, quo vnus tertius, v. g. Proles bono ſuo, privaretur, non debet illud omittere, cum enim effectivè non intendat, neque obicem ponat, quo minus Proles inde naſcitura bono ſuo gauderet, ſi aliter contingat, præter eius intentum eſt, & merè per accidens, adeoque ipſi minimè imputandum.

SED CONTRA Facit D. Thomas 22. q. 154. art. 2. in corp. *Fornicationem ſimplicem* dicens *eſſe peccatum mortale*; *quia importat inordinationem, quæ vergit in nocumentum vitæ eius, qui ex tali concubitu eſt naſciturus*, atqui in nocumentum naſcituri vergere poteſt, vbi gravi Morbo, aut Defectu laborantes contrahunt, ergo & tales ſunt à Matrimonio retrahendi.

CON-

CONCLVSIO.

Morbi ſunt, quamvis pauci, quibus affecti coguntur, & tenentur à Nuptijs abſtinere.

IN quantum Matrimonij Sacramentum Officium Naturæ eſt, pro fine principali, diximus habere, prolis generationem; non quod Actualis Copula de eius eſſentia ſit, aut neceſſitate, ſed ſaltem potentia ad illam, ita vt omnes ad Carnalem Commixtionem abſolutè & ſimpliciter Impotentes, iure meritò à Nuptijs arceantur: deinde quamvis generatio Prolis, vel eius aptitudo requiratur, illa tamen ſola non ſufficit ad Matrimonij Sacramentum; ſed variæ inſuper conditiones in contrahentibus deſiderantur, quarum vna, vel plures, quempiam reddunt ad contrahendum inhabilem.

In primis requiritur ab omnibus omnino Theologis, *Deliberatus Conſenſus*, cuius conditionis defectu à Matrimonio arcentur totaliter Amentes, Furioſi, & ſemper Stulti ita *D. Thomas*: Hi Morbi enim ſub vitio rationis læſæ collocantur, quod antiquiſſimus Latinorum Medicus *Cornelius Celſus* Inſaniam appellat, atque hæc, ſecundum *Galenum* trifariam dicitur: vel enim Ratiocinatio depravatur, vel diminuitur, (de quibus agemus poſtea) vel omninò aufertur, & de hoc iamiam diſcurrendum. Vbi omnis, & totus intellectus diſcurſus ſimul & ſemel eſt ablatus, Morbus ille à Græcis *ἄνοια* dicitur, à Latinis *Amentia*: Hoc affecti cum deliberare, vel de negotio tam arduo quale Matrimonium eſt, per intellectum diſcurrere non poſſint, Nuptijs cogendi ſunt abſtinere. Nec ſcrupuloſius hic à Criticis inquirendum (vt hoc per tranſennam dicam) vtrum homo talis, abſolutè ſine Mente, & Rationalitate inveniri poſſit, quod planè eſt impoſſibile, non enim poteſt in brutum degenerare; ſed ita appellatur, quemadmodum ab *Ariſtotele* quædam aves dicuntur *ἄποδες*, non quod nullos pedes habeant, ſed breviſſimos: addo pro iiſdem argutulis, non me hic aſſerere, omnem omnino dementiam eſſe Morboſam, ab *Hyppocrate* noſtro melius edoctum, ſic *Athenæus* de bardo quodam ſcribit neſciente quot pedes haberet: ſimiles fortè populi Thraces quidam ſunt, quos *Ariſtoteles* affirmat vltra 4. numerare non ſciviſſe.

Suppl. q. 58 art. 3. *Lib. 3. cap. 18. 2. de ſymptom. cauſ. 2.* *Lib. 4. epid* *75. probl. 3*

Alia inſaniæ ſpecies eſt in qua Ratiocinatio diminuta eſt, vocaturque à Medicis *Fatuitas*, quam *Aëtius* dicit eſſe duplicem, vnam in quo ægri non ſolum debiliter diſcurrunt, verum etiam neque dicunt, neque faciunt conſequentia, & ordinata, ſed confusè, & abſque vllo propoſito loquuntur, &

Lib. 6. cap. 22.

& operantur, & hi quoque tanquam inhabiles à Matromonio arcendi
diciturque hic affectus à Græcis λῆρος. Alia *Fatuitas* eſt, in qua ægri ſimpl
citer diſcurrunt quidem, ſed aliquo modo ordinata dicunt, & faciunt d
citurque μῶρωσις: atque hos in eodem gradu cum illis ponerem, qui lucid
intervalla habent. Itaque vt ſponſalia valeant, requiritur vt vterque contra
hens ſit ſui compos, rationiſque vſum habeat, & ſi alteruter inſanus ſit
ſponſalia nulla erunt: ſic definitum eſt per **C. Dilectus de Sponſal**; & ide
habetur **L. 6. t. 2. p. 4.** deduciturque argumentum **ex Clement. Si furioſus**
homicidio, idque contra *Gloſſam* dicti **D. Dilectus**, **Decretumque Fabiani Pon**
tificis, qui ſentire videntur, Sponſalia, & Matrimonia cum Furioſo con
tracta eſſe valida, ſi contrahens erat Furoris conſcia, contra quos ægreg
num. 2. **Præpoſitus** in illud ipſum **C. & Cavarruvias.**
4. decret. In dubio autem, vtrum ſatis ſapientiæ haberet nec ne, hæc regula inſe
2. p. c. 2 n. vire poteſt, tunc eum iudicari ſanæ Mentis eſſe, quando eam delibera
7. tionem habet, quæ in materia gravi ſufficit ad peccatum mortale, ſicuti d
t. 1. de Iuſt confectione Teſtamenti docet **P. Molina.**
tract 2. Tertia ſpecies inſaniæ eſt, in qua Ratiocinatio dumtaxat depravata eſt
diſput. 136 cuius vitia cum varia ſint, omnia, dicit **Galenus**, ſub vno nomine **Para**
2. de ſympt **phroſynes** comprehenduntur. Phrenitis hæc iterum duplex eſt, vna ſine fe
cauſ. vlt. bre, vocaturque à Medicis **Mania** & hæc patientes ſuos in ordine ad Matri
cap & 3. monium reddit incapaces: Alia cum febre eſt, & hæc propriè **Phrenitis** di
in 1. epid. citur. In his Ratiocinationis Morbis & vitijs, ſi quis lucida intervalla, ſpa
tiaque temporis quædam habet, quibus mens viget, quamvis habitualite
ſtulteſcat, illo tempore validè contrahit, cum tunc rationis vſus ſit parti
4. 34. q. vn ceps. **C. Quamvis** 7. q. 1. **D. Thomas** varijs in locis, eiuſque Commentariſta
& Suppl. ibid. **Bonaventura, Richardus, alijque.**
q. 58. a 3. Ex his facile colligitur, quid de **Ebrio** ſentiendum ſit, in Ebrietate ſu
in corp. Matrimonium contrahente, nam hic eidem amuſſi, de qua ſupra, appli
candus eſt, & videndum vtrum ſufficientem deliberationem potens ſit inſti
tuere, qualis ad peccatum mortale faciendum requiritur, & ſufficit, de qui
3. p. 4. c. 19 bus **D. Antoninus, Covarruvias, Gregorius Lopez &c:**

Circa alias Principes facultates, nulla eſt difficultas, ſunt autem præte
Ratiocinationem iam dictam Imaginatio, & Memoria, quarum etiam ac
tiones vario modo lædi poſſunt: Sic Imaginatio tollitur in Caro, imminui
tur in Comate, & Catalepſi, depravatur in Delirio: & ſimilia quoque i
Memoria contingunt, pro vt hæc, aut illa pars Cerebri læditur, quæ ſen-
ſui huic interno habitaculum prebet: ita tamen, vt in vno Imaginatio in-
terdum lædatur, vigente Memoria, & è contra; quæ ſingula tamen, dum-
modo Ratio conſtat Matrimonium non impediunt, vti ex Medicis, con-
for-

formiter satis ad rationes supra allegatas, de facultatibus his discurrentibus est videre, *Galeno lib. 2. de Sympt. caus.* Aëtio *Lib. 6. cap. 22. tetrab. 2. serm. 2.* Avicenna *Lib. 3. fen. 1. tract. 3. cap. 6.* Cælio Aureliano *Lib. 1. acut. pass.* Averrhoë *3. Collect. cap. 2.* Mercuriali *Lib. 1. pract. cap. 14. & 15.* Massaria *Lib. 1. cap. 11. Hyppocrate, Celso &c:* Ratio autem quare iam nominati affectus Matrimonium inhibeant, præter varia incommoda, quoad concordiam, mutuumque inter coniuges obsequium, est valde vrgens, quod sit contra

Bonum prolis, vnde fit, vt habitu Furiosus, quamvis lucidi intervalli tempore valide contrahat, peccat tamen, quia ad educandam prolem est inidoneus: ita sentire videtur *D. Thomas*, addit *Soto ibid. q. vnic. à 4. conclus. 1.* iniuriam Sacramento irrogari, & si vterque contrahens frequenter deliret, forsan esse peccatum mortale, cum *Ex D. Thoma* manifestum sit, quod ad educationem hominis, non solum requiratur cura Matris, à qua nutritur, sed multo magis cura Patris, à quo est instruendus, & defendendus, ac in bonis tam interioribus, quam exterioribus promovendus: vnde cum bonum speciei melius sit, quam bonum individui secundum *Aristotel.* si alterutrum incommodari necesse est, præstat vnum per Matrimonij abstinentiam, quam plures pati, ex inordinata eius copula generandi. Neque refert quod aliquis per nutrices & Pedagogos sufficienter provideat proli de educatione, quia id quod cadit sub Legis determinatione, iudicatur secundum id, quod communiter accidit, & non secundum id, quod in aliquo casu potest accidere, ait idem *D. Thomas* Deinde ideo *Galenus* noster integrum *Librum de Animæ morum, & Corporei Temperamenti mutua consecutione* composuit, vt ostendat suum parentibus officium, quantique intersit, pueros omnia Membra, Partes, & Facultates benè habere dispositas, ita vt hic immeritò

4. d. 34. q. vn. art. 3.

22. q. 154. a. 2. in c.

1. Ethic. cap. 2.

Loc cit.

Dubitare quis posset, vtrum per hanc conditionem etiam à Matrimonio excludendi sint, qui Morbo hæreditario aliquo laborant, cum hic à parentibus, in sobolem, ob vitium Seminis, vel Sanguinis materni transfundi solet, quales potissimum sunt, Prodagra, Apoplexia, Nephritis, Melancholia, Pthisis, Epilepsia, Lienositas &c: quandoquidem notabilia incommoda pueros manent, ex Morbosis his parentibus nascituros? cum Phijlosopho dicendum: *Melius est esse, quam non esse*, vnde cum etiam ex talium Coniugum Matrimonio, plus boni, quam mali proles recipiant, non est quod de parentibus suis conquerantur: deinde cum Charitas benè ordinata à se ipsa incipiat, vtatur vnusquisque Iure suo, quod habet ad sibi simile producendum, & Animæ suæ saluti prospiciendum, nam preterquam quod Morbus non necessariò ad liberos descendit, nulla prorsus Iniuria

Lib. 2. de generat. t. 59.

vocan-

vocanda est; vbi cum re tam grata, qualis Vita est, malum per acciden & contra voluntatem adveniens compensatur.

Similiter de Morbis illis dicendum, qui per effluvium, seu Inquin mentum à corpore ægro emissum, in aliud corpus se potest per Contagiu propagare, quales sunt, Pthisis, Ophtalmia, Scabies, Scorbutus, Lepr & Lues Venerea: cum priores nullam difficultatem pariant, tanquam f cile sanabiles, vel non tanti momenti, de duobus posterioribus res nc videtur tam clara, propter ingentem fæditatem, gravissima symptomata vituperium, ac in primis.

Lepram quod attinet, hac affectus, secundum *D. Thomam*, tanqua ineptus removetur ab administratione Ecclesiæ, neque potest ad Sacerdo tium promoveri, neque celebrare in publico, inquit, propter horrorem deinde, teste eodem Doctore Angelico, Morbus hic plerumque induc tur pro peccato: ita Giesi pro Simonia ab Elisæo Leprâ percussus: Pro S crilegio Rex Ozias: David propter homicidium Ioab. Abner occidenti in precatur: propter Murmura & Rebellionem soror Moysis, quod nec Ethn ci Dely negant teste *Eschine*, putantes Morbum illum ab Apolline missun quod contra Patriæ mores, virum illustrem, in Insula sepelivissent; ita in huius pœnam segregatio ab omni humana consortio, & non in sanoru præservantiam videatur fuisse instituta his verbis: *Omni tempore quo Lepros est & immundus, solus habitabit extra castra.* Si solus, ergo etiam sir vxore. Pro maiore lumine in hac obscuritate sciendum ex *Paulo Ægineta Avicenna*, & *Fernelio* Lepram esse Impetiginis speciem omnium deter mam, quandoquidem omnes aliæ impetiginis species ad eam tantum vide antur esse dispositiones: ita sæpe Papula nisi maturè sublata sit, in Lich nem vertitur; hic in Psoram, Psoraque in Lepram, quæ vbi formata es Cancer totius corporis vocatur à *Celso*, & *Avicenna*, nam corrumpit complexio membrorum, & forma ipsorum & figura, & in fine aliquanc ipsa Membrorum continuitas, ita vt corrodantur & cadant casu, qui fit exulceratione. Vtrum autem hæc Lepra, vnum & idem cum eo est, quc Deliorum Morbum vocant, de quo Rhetor Græcus *Eschines* loco supra c tato scribit, parum hic refert, asserit quidam *Meyssonnier*; erravit in eo s tem Eschines, quod putaverit Morbum esse incolis Delos (Insulæ vni ex illis quæ adhuc in Archipelago sunt prope Negropontum) propriun nam *Aristoteles* ipsi coætaneus, dicit esse hominibus proprium, scilicet pl ribus. Alij confundunt illam cum Elephantiasi, à *Plinio* vocata, vel Me tagra illa, quæ primum Tiberij Claudij Cæsaris Principatu medio in Ital irrepsit, Persino equite Romano contagium ex Asia comportante. *Arnobi* voluit illam Lepram quam Christus curavit, fuisse Vitiliginem albam: me

3 p. q. 82. a. 10. ad 3. 1. 2. q. 111. a. 5. ad 7. 4. Reg. 5. 2. Paralip. cap. 6. 21. 2. Reg. 3. N. 12. 11. Epist. ad Phylocrat. Levit. cap. 13. 46. Lib. 4. c. 3. Lib. 4. fen. 3. tract. 3. Pathol. lib. 7. cap. 4. Lib. 5. loc. cit. Tract. de Morb. extr. In 2. locis Problem. Lib. 15. cap. 5.

iud

iudicio non putem Res tam multum, quam Nomina distare, vtrumque enim tam pertinax malum est, vt nunquam, vel rarissimè sanetur naturaliter, Miraculosè autem Deus dedit 1. Pontifex in homine obvio osculo sanavit. Gloriatur impius *Cardanus* balneum primogeniti, cui Menstruorum reliquiæ adhuc annexæ sunt, tanquam præstantissimum remedium se expertum esse, qua perversa doctrinâ non parum Iudæorum crudelitatem stabilivit, qui sub illo pretextu Infanticidia committunt: nefandum hoc consilium, ipsi à Græcis Medicis suggestum Lepra correpto, Constantinus non minus generosè, quam piè respuit, & Sanguinis innocentium misertus, ab innocentiæ Protectore Deo sanari mæruit, in piscina enim à Silvestro Papa ei demonstrata, mundatus fuit. Atque hæc Morbi huius horrenda symptomata, pertinacia, invincibilis & detestabilis fæditas, plus quam sufficientia videntur, vt ijs correptos à Matrimonio excludant, ne tantis malis innocens subijciatur Proles, ex infecto Coniugio nascitura. Verum his omnibus non obstantibus, ex communi doctrina dicendum, Leprosos posse Matrimonium contrahere, sibi invicem cohabitare, & debitum coniugale, & petere, & reddere: ita Vega 1. *tom. sum cap.* 78. *casu* 3. Palacios 4. *d.* 32. *disp.* 1. Petrus de Ledesma *de Matrimon. q.* 64. *a.* 1. *dub.* 2. *conc.* 2. Manuel 1. *tom. sum cap.* 243. *n.* 2. Sanchez *de Matrim. lib:* 9. *disp.* 24. Ratio est, quod hic, sicut in omni alio contractu, vitium rei si detegatur, non minus, quam si vitio careret, obligentur contrahentes, & quod proles beneficium per existentiam, non iniuriam acquirat.

Platina in eius vita fol 88.

Dices ex communi Theologorum sententia petentem cum notabili sanitatis periculo, peccare mortaliter, & similiter ei debitum reddentem? Dico hoc intelligendum esse in Morbis communibus, & in Indispositionibus temporalibus, in quibus mutuus amor, vitaque coniugalis conservari, & Incontinentiæ periculum evitari potest, Copulâ pro tempore dilata: In ægritudinibus verò, quas Chronicas vocamus, & perpetuas, si pars sana iuri suo cedat, & sanitati posthabita Amore Matrimonij patiatur, opus meritorium exercet: nam Leprosos maximopore Libidine prurire, experientia docet, & ratio convincit, nam ab adusto, & Melancholico illo, quo distenduntur humore, grossi vapores per Arteriarum continuationem, ad duos Nervos cavernosos in Pene mittuntur, quos inflant & replent, vnde continua, vel frequens saltem virilium tensio, & æstus inextinguibilis, ita vt ab aliquibus *Satyriasis* nomine appelletur: in alijs autem Morbis, non tale, vt diximus, subest vel Amoris Coniugalis destructionis, vel Incontinentiæ periculum: deinde quod pressius vrget, parti sanæ notabile nocumentum adfertur, absque vlla beneficij compensatione, quod in prole locum non habet, huic enim non simpliciter non nocetur, sed

 no-

notabile beneficium confertur, dum per hanc Copulam, ex numero mere possibilium, per realem existentiam entium catalogo inscribitur: atque hæc mens & doctrina est D. *Thomæ 4. d. 32. q. vn. art. 1. ad 4.* Caietani 22. q. 154. *art.* 1. Bartholomæi à Ledesma *dub. 71. de Matrim.* §. sed solet oriri, S. Bonaventuræ *art. 2. q. 1. n. 21. in solut. ad 2. Viguer. Lib institut. cap. 16.* §. 7. Petri de Soto *Lect. 16. de Matrim. circa fin. D. Antoninus, Rossella, Astens.* Hæc eadem de Luè Venerea infectis dicenda, cum hac differentia, quod Lue Venerea de facto laborantes, peccent graviter contrahendo, idque propter Aborsus (quos pluries vidi) periculum Prolisque infectionis & mortis, quod non obstat tamen, quo minus validè, quamvis peccaminosè contrahant: deinde scio ex virorum eruditissimorum inquisitione, & relatione ex leprosis parentibus, sanas generari proles, dumque hæc scribo talem hic prope Antverpiam infantem in testimonium veritatis possem ostendere, vbi econtra nullus vnquam Medicorum, ex parentibus Lue Venerea infectis non nisi miserabilem prolem vidit progigni.

Resp. ad Argum. 1. Iam dicta quidem efficere, vt Parentibus, ac ipsis contrahentibus benè sit, sed hoc ad bonum, & legitimum Matrimonium nullo modo sufficere, sed vlterius requiri, vt Prolis inde nasciture bonum procuretur, vti latius in corpore conclusionis explicatum.

Ad 2. Simplex nubendi desiderium ad valorem Matrimonij non sufficit, nam & in Castratis fomes Concupiscentiæ, Satanas ille Colaphisans perseverat, vnde Apostolus de benè valentibus loquitur, & vbi aliunde nullum impedimentum ponitur aut obex, alias melius est vnum celibem cum patientia incommodum pati, quam duo cum iniuria, nempe compars sana, & proles nascitura.

Ad 3. Morbosi illius Ius per ægritudinem vel malum quod patitur, non auferri quidem, sed impediri tantum, quo minus illud ius exeat in talem actum per quem tertius notabiliter gravaretur, cum aliunde ipsi media, nempe spiritualia suppeditentur, quibus saluti Animæ potest prospicere sine alterius nocumento, neque illud per accidens fieri dicendum, quod naturaliter, adeoque necessariò consequitur, & vt intentum non sit, prævisum saltem esse debet, quod sufficit ad hoc vt ei imputetur.

QVÆSTIO XV.

Vtrum coniugati quocumque tempore, & modo coire possint, nulla habita sanitatis ratione?

ARgum. 1. Quandoquidem Consuetudo sit altera Natura, & transitus subitaneus ab vno extremo ad aliud semper periculosus, non possunt

absque notabili sanitatis detrimento coniugati à Copula abstinere; nam apud omnes Medicos certum est, defectu Copulæ, Veneno quid simile aliquando in corpore generari, ægritudines plurimas, & principaliorum partium læsionem, imò pravam sæpe totius corporis Indispositionem induci, sicuti ex plurimis auctoribus, ac rationibus bene docet *Petrus de Abano*, ergo Coniugati nunquam possunt illum actum intermittere cum teneantur sanitati prospicere. *Differ.124*

2. Si in quibusdam casibus, Medicos concernentibus, tenerentur se continere, esset ideo, quod quisque ad conservationem sui, & sanitatis obligetur, & commixtio illa Carnalis interdum obesse posset, atqui maius animæ damnum in alterutra parte à violenta Continentia timendum est, ergo præstat per continuatam Copulationem, neglecto minore, maiori periculo, Incontinentiæ scilicet, obviare.

3. Videtur quod actus Matrimonij sit de integritate, & necessitate Sacramenti, cum ad speciei conservationem sit institutum, atqui species illa incessanter, continuò, & omni tempore deficit, ergo incessanter, & omni tempore est restauranda, quod fit per actus Venerei exercitium.

4. Vnicus tantum hominibus Carnaliter congrediendi mos naturalis est ordinarius, prono scilicet Viro & Muliere supina, sed secundum D. *Augustinum*: *Sicuti iniquum est aviditate possidendi, transgredi limitem agrorum, ita & iniquum est Libidine concumbendi, subvertere limitem morum* ergo nunquam fas est illum modum immutare. *Lib.15. de Civit. Dei*

Sed Contra Faciunt hæc D. Hieronymi in Cap. 18. Ezechiel. *Præcipitur ergo Viris, vt in suis quoque vxoribus, certa Concubitus norint tempora: caveat ergo & Vxor, ne fortè victa desiderio Coëundi, illiciat Virum, & Maritus, ne vim faciat Vxori, putans omni tempore subiectam sibi esse debere Coniugij Voluptatem.*

CONCLVSIO.

Dantur Tempora, & Modi, quibus Coniugatis illicitum est Actum Coniugalem, ob ægritudinis periculum, exercere.

QVandoquidem illa præcepta, tam ad caduci generis stabilimentum, quam humanæ fragilitatis solatiū, à Deo legitimè Coniugatis data, *nempe Crescite & multiplicamini..... eruntque duo in carne vna*, & ab *Apostolo* denique inculcata & explicata his verbis: *Vxori Vir debitum reddat & Vxor Viro*, tam generalia non sint, & absoluta, vt sine vlla exceptione, omni tempore & modo obligent, non magis quam alia affirmativa, quæ semper quidem, *1.Corinth. cap.7. v.5.*

 non

non autem pro semper nos astringunt: Varia tempora S.S. P. P. & Theo logiæ prudentes allegant, quibus propter reverentiam, Cultumque Divi num, rem cum Coniuge habere prohibetur: verum nos de illis tantum ca sibus agimus, quibus propter sanitatis dispendium, Copulam habere no licet.

In primis hac de causa, cum Menstruata rem habere, vel eo tempor exigere, vt plurimum saltem veniali culpa non caret, tum propter inhone statem, ac rei turpitudinem, tum propter infectionis, & in marito, & prole nascitura, non contemnendum periculum. Vidi non semel ex ho congressu Viros insignes Excoriationes, & Inflammationes circa pudend acquisivisse: docent præterea varij Medici, inter quos non vltimus, *Pla tearius*, prolem in Menstruis conceptam, Leprâ, & Elephantiasi infic posse, & idem sensit *D. Hieronymus*, quare vetitum esse multi sustinent qua in re non *Natura damnatur*, inquit *Augustinus*, *sed concipiendæ prolis noxium prohibetur*: de quibus insignia multa ad rem hanc pertinentia *Ludovicus Bona ciolus.* Dixi etiam propter Indecentiam, ob quam *Levitici cap.* 20. Morti pœna inducitur, eo tempore coëuntibus: & *Levitici* 15. omnis qui eam so lum attigisset, Divina lege erat immundus. Omnibus his tamen non obstan tibus, facile est rationes quasdam turpitudini huic præponderantes allegare quæ & actum hunc non solum excusant, sed cohonestant, & ab omni cul pa reddunt immunem. Ex Physicorum vnanimi doctrina & consensu, tem poris harum defecationum finis, vel vbi immediatè ante præcesserunt, ge nerationi tempus est aptissimum, propter Vterum iam expurgatum, salter pro maiore parte, & reclusum: & ideo sterilibus, aut difficulter conc pientibus, tempus hoc, & occasionem arripere, sapienter, ac licitè con sulitur: fieri præterea potest vt periculum Incontinentiæ evitetur, ac alia vrgentes ob causas, vt in longa Mariti absentia &c:

De ægritud. Cutis. in cap. 18. Ezech. Lib. 4. quæst. in levit. c. 64. tom. 4. de Fat. form. cap. 2.

Nec meo iudicio par ratio cum illis est, quæ fluentibus adhuc Elochi post partum, sibi Copulantur, quamvis id quibusdam videatur, quia tur sub Mortali non licere bene sustinent *Paludanus*, *D. Antoninus*, *Margare Confess. sylvester & alij*: quod ex eo Concubitu, gravis puerperæ Morbu immineret, quod certissimum; nam ex illo actu notabiliter illam debilita necesse est, per Vteri gestationem, partusque cruciatus, iam viribus e haustam: deinde per motum corporis, & concussionem fieri natum est, v Natura ad abundantem evacuationem prona, & iam occupata, si mag irritetur, retinaculis totius abdominis reseratis, & facultate retentricè in dignante, ingentem fluxum permittat, atque ita ebulliens Sanguis, alijqu excrementitij humores soluti, Qua data portà ruant: quod si autem ex ill congressu concipiat, Vterus arctissimè claudatur, atque ita elochijs su

4. d. 32. q. 1 a. 3. n. 12. 3. p. t. 1 cap. 20. §. 4.

pres

pressis, ferinus ille & intestinus hostis, quasi vi incarceretur, mox ad suprema sublimatus, feroces excitabit histerias, Energumenorum passionibus non multum dissimiles, præterea Vterum toto gestationis tempore, Menstruales exonerationes supprimentem, sua mole distendet, non sine venarum rupturæ periculo, ac magno tum prægnantis, tum Fætus ipsius incommodo.

Dubium huic affine accedit, quid de illo tempore dicendum, quo alterutra pars (vti aliquando contingit) Gonorrhæa ./. Seminis profluvium pateretur? D. *Thomas*, *Soto*, *Palacios*, *Sanchez*, docent nullam omnino culpam subesse, etiam tunc temporis Debitum Coniugale exigere: ego tamen præclarissimos Hos Doctores cum hac cautela, & conditione intelligendos forè iudico, si notabile sanitatis absit periculum, quod tamen ordinariè, imò semper imminet, maximè in viris, qui rarius tamen hoc morbo affliguntur, quam fœminæ, qui talis ex se, & tantus est, vt, *Aretæo* teste, multis ad Paralysim viam straverit, addit *Zacutus Lusitanus*, quin & ad Interitum. Accidit autem hæc continua, involuntaria Seminis effluxio, sine omni etiam imaginatione, sine vllo Concupiscentiæ stimulo, qualibet ferè horâ ægros fatigans, in qua à nocturna sanorum Pollutione distinguitur: malum hoc tam sævum, vt sensim sine sensu, hominem ad tabem deducat, omni vigore, & robore in Genitura prodigaliter quasi effuso, vnde abundantiâ Vitalium Spirituum difflata, toto iam corpore, resoluto, eiusque habitu refrigerato, facilè Paralysis, Marasmus, Tabes Cacochymia, Hydrops, Coloris defœdatio, & similes gravissimi languores inducuntur, de quibus *Cornelius Celsus*, *Paulus Ægineta*, *Aurelianus* legi possunt: vnde cum illi qui Morbis iam nominatis de facto laborant, non solum in conscientia à Copula teneantur abstinere, sed & illi etiam, qui dispositivè tantum ad illos se habent, idque propter periculum cui se exponunt, miror revera, quomodo supracitati authores, tam absolutè sint, & generaliter locuti, quandoquidem plures viderim ex nimia Venere hunc Morbum contraxisse, qui nisi in tempore & illo quidem longo Abstemij fuissent, & Continentes, nullo modo evasissent, etiam omni arte & industria adhibitis. His omnibus tamen non obstantibus, quandoquidem non rarò, vti dixi, contingat, Mulieres Seminifluas fore, & fluore albo, vt vocant laborare, qui Morbus tam pertinax est, vt invitis expertissimis Medicis, & Remedijs etiam efficacissimis elusis umquam sanari queat, vel per plures annos protrahatur, satis malè cum Coniugatis illis ageretur, si per omne, vel tam notabile saltem tempus, à Copula abstinere cogerentur, vnde si mutuus consensus imperari non possit, nolint fraudare se invicem, sed per Coniugalem Actum, Incontinentiæ periculum evitent, præ-

4. d. 32. q. vni. a. 2. quæst. 2. ad 1. ibid. Lib. 9 disp. 21. n. 9. Lib. 2. de diuturn. Morb. c. 5. Lib. 3 Medic princ. Histor. 24.

Li. 4. c. 21. Li. 1 c. 37. Lib. 3. Chronic. cap. 13.

ſtat enim Corporalem Morbum aliquouſque protrahi, quàm ſalutem æter-nam periclitari.

Notandum tamen talem facile caſum aſſignari poſſe, in quo Coitus ipſ Gonorrhæam ſanaret, verbi gratia, vbi Semen quantitate, vel qualitat quadam acri peccaret, à quibus Vaſa Spermatica liberata, debitè poſte ſuo officio fungerentur, facultate retentricè ſuperfluo onere alleviata: ho tamen nullo modo locum obtinet, quoties Gonorrhæa hæc virulenta fue rit, Venerea, & ex infecto corpore contracta, quod illis bene adverten dum eſt, qui in tali caſu vnicum eſſe remedium depredicant, cum ſan muliere Clinopalìm exercere, quæ omni Virulentia & Venenoſitate in ſe attracta, tales mundatos & ſanos dimittat, quod tam peccaminoſum pietatique Chriſtianæ tam contrarium eſt, quam experientiæ repugnans imo Gonorrhæa hæc ſcurrili laborantem, nullo modo debitum peter poſſe iudico, neque, celato Morbo, comparti reddere, propter graviſ ſimum, quod ſanitati adfertur, nocumentum, nam ex maligna hac fluxio ne, vel per coitum irritata, vel neglecta, gangrenoſa Vlcera in pudendis Bubones Venerei in Inguine, & quod ſæpe ſæpius accidit, ipſa Lues Ve nerea in corpus ſolet irrepere.

Alia inter ſcrupuloſiores oritur Theologos dubitatio, an peccatum ſi rem habere cum iam imprægnata? cuius reſponſio ex alia petitione depen-det, nempe vtrum hoc ſine Aborſus periculo fieri poſſit nec ne, quod ex Medicinæ principijs hauriendum eſt, nam cum Aborſus periculo gravi-dam cognoſcere, omnium omnino Caſuiſtarum, & Theologorum calcu-lo eſt peccatum mortale, à quo (contra mentem *Petri Ledeſma*) Inconti-nentiæ metus, cum illi per alia media tunc temporis obviare quis poſſit, & teneatur, neminem excuſat: & huic ſententiæ plerique *S. S. P. P.* ſubſcri-bunt, Ratio demonſtrat, inquit *Ambroſius*, illis temporibus ſimilia ceſſare debere: explicatius *D. Hieronymus* ſcribens contra Iovinianos, ſe cauſa Reipublicæ, & generis humani iungi dicentes: *Imitentur ſaltem pecudes*, iuquit, *& poſtquam Venter Vxoris intumuerit, non perdant filios*, & his ſimi-lia habet *D. Auguſtinus, S. Iſidorus & alij*. Sed quandoquidem illud periculum ordinariè, non ſubſit; dicendum etiam ordinariè fas eſſe, & licitum, cum prægnante Copulam habere, nam aliunde nulla Lex, vel Mandatum id inhibet, & vbi neceſſitas non cogit, ait *Sanchez*, multiplicare culpas non oportet, eo vel maximè, quod Matrimonio velut laqueum inijcitur, ſi hæc culpa etiam venialis ſolum eſſet, plurimo enim Matrimonij tempore Vxo-res ſunt gravidæ, vnde vel plerumque deberent à copula abſtinere, vel Millena Venialia comittere, eſtque hæc ſententia *Sanchez, Alberici, En-riquez, & aliorum*: putant multi *Tyraquellum* eſſe in opinione contraria,

De Matrimon. q. 64. a. 1. dub. 4. *Sup. 1. Corinth. 7.* *Lib. 1. De bono Coniug. cap. 7.* *Lib. 2. de Sum. bon. cap. 39.* *Lib. 9. de Matrim. diſp. 22. n. 6.* *Loco cit.* *Rubr de ſponſ. C. n. 25. connub. n. 11.*

vbi

vbi *L. 15. connub. n. 141.* probare videtur, Matricem vehementi coitus concussione, & delectatione irritari, & ad apertionem stimulari, atque sic materiam nondum coagulatam effundi, & disperdi: *Sanchez* respondet id contingere, vti supponitur, antequam materia iam sit formata, quod Aborsus ille non intendatur, quod operam det rei licitæ, & quod tantum vtatur Iure suo: quæ sanè responsio, cum tanti viri venia, mihi non satisfacit, nam in primis, si tale periculum subsit, vt *Tyraquellus* supponit, non dat operam, nisi rei illicitæ, cui nempe Aborsus annectitur: deinde illicitè vteretur Iure suo cum iniuria tertio, nempe futuræ, vel formandæ proli inferenda: neque potest dici non intendere Abortum, qui efficaciter illa media adhibet, ad quæ moraliter certò ille consequitur: non refert etiam materiam illam adhuc fore informem, quia saltem proximior informationi, quam simplex Semen est, nemo tamen potest illi rei operam dare, cui moraliter certò periculum Pollutionis annexum est: Respondendum itaque, nullum Copulæ cum prægnante habitæ annexum esse morale Aborsus periculum, cum fiat rarissimè, vt nos experientia quotidiana docet: secus autem sese res habet, vbi Viro per experientiam vxoris infirmitas innotesceret, & exemplo didicisset, illam tunc Aborsui esse subiectam, qualem ego vnam, alteramvè novi, sed hoc perrarum est: Deinde Copulæ finis per vnam conceptionem non semper esse obtertus videtur, quandoquidem & secundò potest concipere, & Superfœtatiò fieri, ita vt gemelli procreentur, atque ideo videntur ab omni culpa excusandi.

De Matrimon lib. cap. 15 n. 17. loc. cit n. 7. & 1.

Vtrum autem inter lactandum sibi commisceri possint, dicetur in Quæstione *Vtrum mater teneatur ipsa lactare infantem.*

Quoad situm corporum, & concumbendi modum, etiam legitimo vase servato, & effusionis extra illud Seminis periculo seposito (secus enim semper Mortale est nullo prorsus Theologorum refragante) de eo disputare video Casuistas, sustinentque angustioris conscientiæ quidam, vt *Præpositus*, *Monaldus*, *Henriquez*, peccatum mortale subesse, quando vir succubus est, præposterè, à latere, sedendo, stando &c: vxori copulatur, moti fortè rationibus à *Severino Pinæo* allegatis: & quantum capere possum, corporum hanc situationem ideo improbant, quod iudicent prolis conceptionem impedire, aut Pollutionibus esse obnoxiam, sed ex ratione, authoritate, & experientia constat contrarium, nam Semen (quod bene advertendum) non per simplicem delapsum, seu infusionem, sed maximè per attractionem in Matricem animalium recipitur, Vtero toto suo collo, & cervice, gratissimo hospiti quasi obviante, cum in eo naturalis virtus sit in se attrahendi Semen, incomparabiliter maior quam in Magnete est ad alliciendum Ferrum (loquimur semper de sana, ac bene disposita) & secundum

Lib. 1. de Not. Virgin. cap. 9.

Tom. 1. Lib. 14 de vsu parti. dum *Galenum*, aliosque, villos & Musculos habet, equè ac Ventriculu (cui apud Medicos & Phylosophos sepius comparatur) ad recipiendum & attrahendum dispositos; atque ideo, notent curiosi, Partus equè a Vomitus, semper sunt dolorosi & violenti, ita *Aristoteles* ferè & *Albert.* Lib. 2. Animal. cap. 4. 4 d. 31. art. 24. *Magnus*: ex quibus patet omnem ferè corporis situm ad ingravidandum su ficere, & valere, dummodo simplicem in Vas infusionem non impedia Deinde videmus Mulieres varietatis amantes, &, vt iuniores sunt, petu lantes, simili situ magis accendi, ac per consequens Semen virile avidiu haurire, & arctius amplecti: vnde de Venere præpostera Lucretius:

Lib. 4 Natural. in fine.

..... More ferarum
Quadrupedumque magis ritu plerumque putantur
Concipere Vxores, quia sic loca sumere possunt
Pectoribus positis sublatis Semina Lumbis,
Nec molles opus sunt motus vxoribus hilum

Ita vt non imperitè à Medicis talis interdum corporum situs (absen semper omni Pollutionis periculo) sterilibus consulitur, neque etiam ill citè, cum firma conclusio sit, omnibus his modis, servato debito vase, Coniuges copulentur, non nisi Venialiter peccare, quoties ex petulant fit, & nulla ratione premente, equè ac si ex mera Voluptate inter se re haberent: *Si fuerit aliquis Coniugalis excessus*, ait D. Augustinus, *qui tame* Lib. de Fide ad Petrum. *legitimum non violet thorum* (qualis hic esse dicendus) *habebit nonullum, Veniale peccatum*, & hic tamen in rebus hisce tanto post conversionem, fu scrupulosior, quanto ante illam fuerat dissolutior. Parentes nihilominus i crepandos omnino esse iudico, qui ex mera petulantia naturalem hominu agendi modum invertunt, qui ex sola Lascivia Matrimonij reverentiæ o liti, castum coniugij Amorem in æstrum brutale commutant, indulgent Sacramenti turpiter abutentes; quamvis ab Immodestia & Indecentia abs vantur, quoties notabilis circumstantia, legitima ratio, aut vrgens nece sitas actum illum cohonestat. Videantur plura apud *Graffis 1. p. decis. lib. cap. 82. n. 17.* Gabrielem *Quæst. vn. art. 2. conclus. 6.* Emanuelem Sa *Su verb. Debitum Coniugale: Verb. nullus modus* Petrum Soto *lect. 16. de M trim. §. finem sequitur modus* Sanchez *de Matrim. Lib. 19. disp. 16.* aliosq ab eo citati, quos tamen non vidi.

Respond. ad Argum. 1. illud quidem rectè procedere, vbi nulla abs nendi ratio; nec divinum præceptum obstat, secus quamvis ex nimiu retento, ac corrupto Semine Morbi causari nati sint, melius est illos cu patientia pati, quam alteri inferre, parum est Corpus malè habere, du Animæ bene sit: hoc enim incruentum illud Martyrium est, quo Vidui Celibes, & Virgines afficiuntur, cum non liceat facere malum, vt even bonum; & eodem planè tenore

Resp. ad Argum. secundo loco obiectum.

Ad 3. In primis, Copulam non esse de necessitate Sacramenti Matrimonij, vt alibi sufficienter diximus, de Matrimonio Ioseph cum Deipara Virgine loquentes: Præterea integritas de qua in Matrimonio agitur, secundum *D. Thomam* duplex est, quarum prima attenditur secundum perfectionem primam, in ipso esse rei consistentem, & illa sufficit ad hoc, vt nihil Matrimonio desit: alia vero attenditur secundum perfectionem secundam, quæ in ipsa operatione Commixtionis Carnalis consistit, & hanc ad Matrimonij integritatem non requiri, patet ex sæpius dictis: adde Præcepta pleraque affirmativa, quale hoc est de Debito Coniugali, quamvis semper, non tamen pro semper, sive omni tempore obligare.

Ad 4. Totum concedendo, quotiescumque legitima ratio aliud non requirit, vti latius in conclusione dictum est. *Augustinus* autem non agit in illo loco, de concumbendi modo, aut corporum situ, sed de Adulterio, instituitque tacitum inter 1. & 10. Decalogi Præceptum comparationem hoc modo: sicut enim vno loco Deus præcipit *Non Furaberis*, ita in alio: *Non concupisces vxorem proximi tui, non ancillam &c:*

QVÆSTIO XVI.

An Mulieres gravidæ, & Lactantes possint, vel teneantur ieiunare?

ARgum. 1. *L. Quæritur §. Puerpera ff. de Edil. edicti. &* & *Gloss. ibidem §. Si mulier Marc. Ant. sing.* 10. *num.* 5. Habentur Mulieres gravidæ pro sanis & bene dispositis, sed tales tenentur Ieiunare, ergo gravidæ obligantur ad Ieiunium.

2. Quæcumque homini non sunt multum difficilia, neque Naturæ molesta, non videntur sanitati posse aliquid detrimenti adferre, atqui propter Anorexiam, Stomachi cruditatem & indignationem, ac corporis repletionem gravidæ facillimè Ieiunium ferunt, ergo non possunt à Ieiunio abstinere.

3. Videtur quod hæc Quæstio non bene instituatur sub disiunctione, qnandocumque enim gravida potest, tenetur Ieiunare, & iterum quandocumque tenetur ad Ieiunium, dicendum est quod possit, cum nemo teneatur ad impossibile, ergo gravida omnis non est Ieiunio excusanda.

SED CONTRA facit doctrina Fulgentij ad Prob. *Ieiunijs sic est adhibenda temperies, vt corpus nostrum nec saturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet.*

CONCLVSIO.

Gravidæ & Lactantes Mulieres aliquando Ieiunare possunt, nunquam obligantur.

IN *iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea* in Vtero, inter Stercus & Vrinam sito. Heu Dementiam (dicam per transennam) exclamat *Plinius*, ab his initijs existimantium ad Superbiam se genitos. Sed si natalis locus tam gloriosus, quis tandem Fætus nasciturus? dicat *Innocentius*: Est homo formatus de pulvere, de Luto, de Cinere, quodque vilius est, de spurcissimo Spermatè, conceptus in pruritu Carnis, in fervore Libidinis, in fœtore Luxuriæ. Hinc eius constructio tam infirma, compages tam debilis, & corpusculum tam tenerum, ac imbecillum. Hinc personatus mundi hospes, omnino peregrinus, Fætus, inquam, cum nihil proprij possideat, quo vitam sustentet, vt incrementum acquirat, & debilitatem fulciat, quasi sibi soli naturaliter providens, matrem ipsam sua substantiâ spoliat, Carnem consumit, Sanguinem partim, pro præsenti alimento assumit, partim pro futuro disponit, Vterum pondere suo gravat, totum corpus per tumorem distendit, instat vt creditor, sepidie appellat, nunquam non molestus, ita vt genitrix viribus destituta, proprio alimento defraudata, *Tribulationem Carnis habeat huiusmodi*, indivulsum ingrauidationis comitem. Quia itaque fætus puriórem Sanguinem, ex *Galeni* sententia, & *Matthioli*, feculentiore relicto, ad sui nutrimentum trahit, ideo contingit, ait idem Pergamenus, prægnantes esse tam valetudinarias. Harum miserta pia mater Ecclesia, vt & matri consulat, & proli prospectum sit, gestantes Vtero à Ieiunij onere levavit, vti docent *Navarrus*, *Azorius*, *Caietanus* & alij ferè omnes, per paucos enim legi contrarium sustinentes, idque circa abstinentiam à refectione, eiusque numero, & Lacticiniorum vsu: Circa Carnium comestionem, maiorem meritò faciunt difficultatem, monentque optimè, eius licentiam non concedi passim & promiscuè, sed tunc solum, quando prægnans ingenti à Piscibus, aversione laborat, & iudicetur à Medico prudente, ipsam cum embrione non sufficienter ex alijs rebus posse nutriri: idemque de Lactantibus dicendum, cui, si Piscium, Oleumque vsus non sufficiat, Carnes conceduntur, nisi puer iam 10. vel 12. Mensium sit, valens ac robustus, qui cibo enutriri potis est & ablactari, tunc enim iudicarem Carnibus illam vesci illicitè: quales sæpe vidi, quæ in fraudem Præcepti, ex mera Voluptate, vel insano erga prolem amore, vel ne tam facilè concipiant, per Annum cum dimidio,

Lib. 7. histor. — *De vilitat. Cond. hum.* — *Lib. 1. cap. 7. de sympt. caus. lib. 3. epist. 3. comm. 3. in 3. de Morb. vulg. agro 2.* — *Num. 6.* — *Quæst. 6.* — *Verb. ieiun.*

2.imo

2. imo tres vbera prebent: aliud tamen est vbi econtra infans delicatior, valetudinarius, & quærulus nimis est, quod partim à matre, partim à prudenti Medico, aut viro iudicari potest, vbi sincerè informatur, totaque dispositio, non subdolè, sed vti revera est, indicatur fideliter: vnde vt tuta in conscientia sit, probet se ipsam, metiatur vires, advertat num ordinaria munia possit obire, nam vt monet illas Cæsari. *Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam, his diebus* (quibus Ecclesia ieiunare præcipit) *qui potest, & non ieiunat, sentiet pœnam*: atque hæc de Lactantibus: Gravidæ verò non debent esse tam anxiæ, quin meliusculè etiam sese habentes, non statim teneantur à Carnibus, nisi quibusdam, pro re nata & devotione, hebdomatatim diebus, abstinere: disparitatis hæc ratio est, quod non solum status præsens, sed & futurus considerari debeat; sicuti enim milites etiam hibernantes, ac bene valentes, Carnibus ideo in Quadragesima vescuntur, vt de robore, Itineribus, Excubijs, Conflictui, cæterisque Belli incommodis sufficiente, sibi proiudeant; ita prægnantes sibi vires procurare debent, vt completæ gestationis gravamini, clamorosis Partus doloribus, Elochiorum profluvio, alijsque parturientium imminentibus molestijs, validè possint resistere. & durante ingravidationis tempore, pancraticè valere; nam Morbi in alijs dubij, in gravidis Lethales fieri, docet *Hyppocrates & Galenus* varijs in locis, & ne Ethnicis (quibus tamen in Arte sua credendum) fidem neges, sententiæ illorum Angelicus Doctor subscribit his verbis: *Si immineat necessitas multum laborandi* (sicuti in partu fit, à Flandris, *labor* nuncupato) *vel propter conservationem vitæ corporalis* (vti fit in Vteri gestatione) *& simul cum hoc non possint Ecclesiæ Ieiunia observari, non obligatur homo ad ieiunandum.* Præterea notent ex Medicorum Principe scrupulosiores, ipsum Partum, non nisi alimenti defectu fieri, quod & docet *Aristoteles*, quo pressus infans iam grandiusculus factus, advertens se (non actu intellectus, sed Naturæ instinctu) sufficiente, ac necessario alimento fraudari, quasi ab avaro, parcoque nimis hospite demigrat, & viâ corpusculi inversione ac descensu, pedumque calcitrationibus ad exitum parata, collectis viribus claustrum effringit, ne in ipso promptuario moriatur præ fame, cum Vterus muliebris Vitæ domus sit, non mortuaria. Hæc latiusculè propter anxias, strictiorisque conscientiæ Mulierculas deduxi, quæ non tam piè, quam pertinaciter Ieiunantes, doctioribus Confessarijs non obediunt, & salutare Medicorum consilium eludunt, se vitæ, fœtumque Aborsus periculo exponentes, quo adhuc seposito, fit, vt Ieiunijs fractæ & extenuatæ, emaciatam quoque prolem & tam debilem enitantur, vt per plures Annos valetudinaria sit & Morbosa, quod cum illicitum sit & peccaminosum, discant à *S. Chrysostomo*, qui peccat & ieiunat, non ad gloriam Dei ieiunat,

In Admonit. 2.

Aphoris. lib. 5. 30. Lib. 1. de Morb. in princip. in Comment ibid.

22 q. 146. art. 4. ad 3

Hypp. lib. de Natur. puer.

Lib. 4. de gener. Anim. cap. 6

Sup. Matt.

nec

nec se humiliat: deinde sicuti certum est, quod ad conservationem sui teneantur, validumque partum, quantum in se est, procurare debeant, ita vt undequaque sibi præviderint, nullus Partus innumeris molestijs caret vitæque periculo. Postquam enim communis parens nostra Eva, virulento colubris consortio, quasi contagionis venenum hauserat, pomi illicio fascinata, philautiæ studio vesana contra fas & creatorem sese arrexit, ac neglecto salubriore præcepto errantem phantasiam secuta est, non minus sibi ipsi sæva; quam toto suo sexui infidelis, pœnalem hanc audire sententiam meruit: *Multiplicabit Dominus ærumnas tuos*: & iterum *In dolore paries filios tuos*, idque in tanto, quanto nullum animalium in partu affligi confirmat *Aristoteles*, qua de causa gravidæ sese munire debent, & præparare, nisi enim ipsa tam valida fuerit, vt frequentes nisus procurare possit, fætusque tam robustus, vt Secundinis, & involucris sese expedire, & duplicato conatu sibi viam ad exitum parare possit, actum de matre est, & de puero conclamatum. Concludo itaque cum D. *Hieronymo* dicente: *Prudenter Deus vult sibi serviri, non vt nimietate debiles fiant. & post Medicorum suffragia requirant* & iterum alio loco repetens: *Sic debes ieiunare*, inquit, *vt non palpites, & respirare vix possis.* Itaque prudenter gravidæ zelum ieiunandi temperent, & in conscientia tutiores esse si velint, alijs Misericordiæ, Pietatisque operibus liberaliorem cibationem compensent: *Non* enim *culpatur infirmus* (cuius generis prægnantes etiam esse supra ostendimus) *Ieiunium soluens*, inquit Leo Papa, *à quo cibos accipit pauper esuriens, nec escam sumendo polluitur, qui elymosinâ in percipiendo mundatur ..... non in sola Abstinentia Cibi stat nostri Ieiunij summa &c*: plura de his *in part. 1. Quæst.*

Lib. 7. hist. Anim. cap 9.

Sup. illud Timoth: Noli aquā bibere.

Ad Demetri virg.

De Ieiun. septimens.

Resp. ad Argum. 1. Iuristas habere gravidas pro sanis, satisque valentibus in ordine ad illa peragenda, quæ Iuris Legumque formalitates requirunt, vtpote ad Comparitiones, ad Testandum, &c. deinde sola sanitas non sufficit ad inducendam Ieiunij obligationem, sed requiritur, ne aliunde ponatur obstaculum ab infirmitate, itinere, labore, & in casu nostro, à prole nutrienda, & partu imminente.

Ad 2. Quod gravidæ aliquando Famem non sentiant, vel facilius ferant, hoc ipsum Morbosum est, ex deiecta Appetentia, & Orexis ignavia proveniens: obvium enim, & commune est, Naturæ inimicissima, & sanitatem destruentia ægris tanquam facilia, imo delectabilia à Morbis proponi, ita Hydropicus Aquam, Lethargicus Somnum appetit, & gravida ciborum Abstinentiam, sæpius

Deteriora petens propriæ contraria vitæ.

Ad 3. Posse absolutè, sive quomodocumque, non importat Ieiunij obligationem, sed commodè posse, absque notabili sanitatis præiudicio, & taliter

liter gravidæ non possunt, & vt vna inter multas sit, & Sexagenarius senex, & Octodecennis iter faciens &c: quem Ieiunium fortè non multum incommodaret, hic vel ille particularis casus, generalem regulam non destruit.

QVÆSTIO XVII.

An Chocolates, Vini, Lactis, cremoris Hordei, Tabaci sumptio solvat ieiunium.

ARgum. 1. Nullus potus frangit Ieiunium, quamvis tollat mæritum, sed omnia supradicta potulenta sunt, etiam Chocolate, nam eius ingredientibus *Vrbano VIII.* Pontifici oblatis, & in eius præsentia Chocolate confecta, de illo pitissasse, & dixisse: hic est verè potus, refert *Henriquez*, & sustinet Ieiunium non frangere. *In suum verb. Ieiunium.*

2. Lac Mulieris, Vaccæ, Capræ, Asinæ, Amygdalarum emulsio &c: ideo violant Ieiunium apud Casuistas, quia ex communi vsu, non sunt ordinata ad Potum, sed ad Cibum, ad refectionem, Chocolate autem ex communi vsu ad Potum destinatur, & sorbetur, aut bibitur, ergo non est par cum cæteris ratio.

3. Quod Chocolate non subeat rationem Alimenti, ex eo patet quod partes in eo prævalentes sint calidæ, tenues, & aëreæ, quæ ad suarum transmutationem concoctione non indigent, sed instar Vini, per instantaneam alterationem, solummodo Spiritus reficit, cætera verò Alimenta debent Chymosim in Stomacho, & Hematosim in Hepate subire, vt homogenea fiant cum corpore alendo, ergo Chocolate non est inter vera Alimenta collocanda, nec per consequens in illorum serie quæ Ieiunium frangunt.

4. Vinum Ieiunium solvere hac ratione convinci videtur, quod in illo ratio Alimenti, rationem Potus superet, quod tanquam adæquata causa ordinariè allegatur, quare aliquid Ieiunium frangit: huic adde S.S. Patrum aucthoritatem, nempe *Chrysostomi*, *Clementis Romani*, *Cyrilli hyerosolimitani* & aliorum, ergo Vinum dicendum frangere Ieiunium. *Homil. 6. ad pop. Antioch. Lib. 5. Constit. Apost. cap. 17. Cathec. 141.*

5. Quæcumque per modum Cibi, Potusque corpora nutriunt, dicenda sunt reficere, ac per consequens Ieiunium, cui refectio opponitur, solvere, tale quid autem esse Tabacum, docent omnes botanicæ artis periti *Nicolaus Monardis* insignis Medicus Hispalens. pro Rege Catholico per multos Annos in India missus, *Carolus Clusius*, *Ouiedus*; *Thomas Hariot*, *Carolus Stephanus*, *Ioannes Neander* & alij, ergo Tabaci sumptio solvit Ieiunium.

In not. eiusd. lib. histor. 11. cap. 5.
In De script. Virginea præ dij rust. lib. 2. cap. 76.

SED CONTRA faciunt verba Leonis Papæ de Ieiun. septimes. *Non sola Abstinentia cibi stat summa nostri Ieiunij.*

Pro laxioribus autem, id quod D. Gregorius Aug. Angloru Episcopo scribit, de secularibus quibusdam, in Quadragesima ca nes tunc temporis comedentibus, & habetur dist. 4. Denique: *N à tali consuetudine averti possunt, & ideo cum venia suo ingenio relinque di sunt, ne fortè peiores existant, si à tali consuetudine probibeantur.*

CONCLVSIO.

Omnia hæc Naturale Ieiunium soluunt, Chocolate etiam Eccl siasticum.

Tom. 2. Instruct. Consc. cap. 112.
Lib. 7 de script. occid Indi. cap. 2
in Tribun. Med. cap. 9.

CReperum inter Theologos certamen est, vtrum sumptio Chocolat ieiunium solvat, nec ne. Pro parte negativa faciunt *Thomas Hurtado T letanus Doctor Splicueta*, & *Ludovicus Lopes*, quando nempe parva pars m teriæ, massæ, sive formulæ admiscetur cum notabili aquæ quantitate, v de *Checa* fructu arboris Indicæ loquitur. Partem affirmativam tenent *Ioann de Laet*, *Caldera de Heredia*, *Petrus de Tapia* Archiepiscopus Hispalensis. T ta huius Quæstionis resolutio ex eo pendet, vtrum in hoc composito rat Potus, superet rationem Cibi nec ne, quod vt æquius iudicetur, Ingr dientia, ex quibus conficitur, breviter enumerabo, & omnium simpl cium qualitates ab illis indagabimus, qui per Indiarum incolationem, v experientiam sensu notam, res has raras, & ignotiores explicare pot runt: sunt inter alios præcipue *Franciscus Ferdinandes* Regni Mexicani Prot medicus, qui iussu Regis Hispaniarum Philippi 2. de rebus illius Provin ciæ scripsit, *Ioannes de Burrios*, *Robles*, *Ioannes de Cardenas*, *Bernaldus d Castillo*, *Caldera de Heredia*. Hi omnes quoad Ingredientia huius generos potionis ferè conveniunt: horum autem præcipuum est *Cacao* Fructus In diæ Occidentalis, & maximè ex Provincia Guatimala omnium optimu provenit, vocantque gentili idomate *Cacao de Socamusco*, & *Caracas*; vili est enim *de Gualachil* dictum, quia silvestre. Huic Provinciæ, vti & Mex canæ, hæc potio est valde familiaris (alij Indi etiam Occidentales alio pot nempe Magei, Chica, Coca Betelle, Tambul, Paragai, Buhio, Ba guci, Atole; Chuno, vlpus & simili, ex varijs ebullitis fructibus con fecto, vtuntur) sicuti *Sagardava* .i. Vinum Pomorum in Cantabria bib tur, & *Cerevisia* in Germania. Chocolate autem à Centum ferè Annis e nova Hispania, ex Peru, alijsque Indiæ Occidentalis tractibus in Hispania translata, Quamvis de primarij ingredientis, & basis huius Cacao qualita

L. b. 1. sect. 2. de Arborib. cap. 36
Lib. de Chocolat. fol. 5.
M. S de plant. occident.
Lib. 17. Histor. sua cap. 91. tub med. c. 67.

tibu

tibus, aliquando disputaverint, postea per experientiam humidum & Calidum esse compertum est, & Naturæ nostræ valde consociale: ex hoc solo, vel paucis admixtis, solebant antiquitus Chocolatem componere, nunc Hominum deliciæ, multa alia, tum ex India allata, tunc in Hispanijs crescentia addidere, nempe *Oreguelas*, Mesacuchil, Hispanis *Manogitos de olor*, Tlixochil ./. *Bainillas olorosas*, *Piper de Tabasco*, alias de Iamaica, *Achiote*, *Chiles*, vel Melanopiper, *Cinamomum*, & *Atolis* ./. *Maizij* tosti cremor per macerationem extractus, & Saccharum denique ad pondus omnium, vel in principio, vel dum comeditur. Species Aromaticæ, & Cacao seorsim singula triturantur accuratissimè, cribellantur, & super calidos lapides in pollinem tenvissimam rediguntur, ac in Bellos, Pastillos maiores seu Placentas hæc massa effingitur: Nux Mijristica, Anisum, & alia à cauponibus adduntur, vt pretiosius Chocolatem adulterent, & quantitatem augeant. Hos pastillos, vel partem pro libitu, quidam in Vino, in Lacte, in carnium iusculo, plerumque, & securius in aqua feruente dissoluunt, & Saccharo ad gustum addito, vel cochleariter, & partitim, vel haustim, vt alios potus sumunt.

Ex his ita præmissis, non difficile erit de Chocolate iudicium ferre, idque ex triplici argumento, quorum primum ab vnicuiusque singularis ingredientis substantia desumitur, nam si orta suis principijs attestantur, quæ ex alimentosis constant partibus, etiam alimentosa necessariò erunt. Basis, vt diximus, ac pars prævalens in hoc aggregato est *Cacao*, quæ butirosa est, calida & humida, atqui *Hyppocrates* ait: *Qui cita indigent adiectione ijs humidium ad recuperandas vires optimum est remedium*, illudque, etiam ex *Galeni* doctrina, Naturæ magis amicum, quia facillimè in alimentum vertitur: aliud notabile ingrediens est Saccharum, quod Calidum quoque temperatè, & humidum, & tam nutritivum, vt *Ioannes de Laët* supradictus, Indos illo diei æstus & pondus laboremque tolerare testetur: Cinamonum præterea, vaginulæ odoriferæ secundum partes diversas, & alunt, & corroborant, teste *Hyppocrate* supra dictis addente: *Qui citiore refectione indigent, fit per Odoratum*: Vnde rectè infertur, ergo totum hoc Chocolate, cuius partes alunt, erit alibile, ac per consequens refectionis, & Alimenti ratio in illo superat rationem meri Potabilis: probatur consequentia etiam ab effectu, & aucthoritate, Doctor enim *Ioannes de Cardinas* ex præcipuis Medicis Mexicanis (quibus in hoc negotio credendum) narrat inter alias Chocolatis virtutes, quod *valeat ad dies vitæ nostræ multiplicandas, quia corpori nostro egregium Alimentum subministrat*: subscribit *Ioannes de Laët* his verbis *Simplex Potio* (nempe ex solo Cacao) *refrigerat, & nutrit insigniter*: & paulò infra iterum illud repetit: *De quo illud tantum dicimus, quod præclarè*

Lib. de Alim. circa fin.

Loc. cit.

Loc. cit.

Loc. cit.

clarè nutriat: adiungit *Caldera de heredia*: Nos puerum vidimus ablactatu
qui non potuit vllo modo ad Cibum capiendum compelli, per Quatu
Menses solo Chocolatis potu,& raró pane mixto in posterum servatum.

Hæc omnia cum in Lac, & Cremorem hordei etiam quadrent, id
de illis erit ferendum iudicium, nam vt sententia hæc evidentibus rationi
innixa, etiam aucthoritatibus fulciatur, frangit Ieiunium inquit *Silvest*
Verbo Ieiun.n.9. q.3. quicumque aliquid comestibile, vel potabile (qualia Chocolate, Lac,
Cremorem hordei esse, indubitatum est) sumeret extra prandium, n
In 4.dist. 15.q.4.a.4 concl.3. ad sublevandam debilitatem, sed famem, vt ponit *Archidiaconus*: simili
sentire videtur *Paludanus*, & clarius scribit *Medina Complutensis* dicens: N
Cod.de Ieiun.tract.4 tantum contra Præceptum Ieiunij peccat, qui formam Ieiunij non servat,
qui aliqua, quæ ex lege, vel consuetudine concessa sunt, in fraudem le
sumpserit, vti Vinum, Electuaria (quorum è numero est Chocolate)Fr
ctuum, & Medicinas, si ea per modum refectionis sumit, seu vt ven
fames depellatur, Neque patrocinari cuiquam potest,quod dicat,se hanc
causam, vel illam, non ad sedandam famem sumere, nam cum famem sed
Chocolati proprium sit,& effectus eius necessarius,non minus per vtentis
tentionem poterit à causa eius separari,quam calor ab igne. Neque disputa
dum hic longius censeo, vtrum effectus eius necessarius sit (quod tanqu
primò verum suppono) an verò tantum nutriat per accidens, si illud per ac
dens,per se veræ abstinentiæ opponitur, vnde ad contrariorum Doctor
aucthoritatem dico cum *Caldera*: Vereor ne sinistra relatione, nec exa
veritatis examine,protulerint sententiam; atque simili planè modo de Hor
Cremore discurrendum.

Vinum autem nulla stomachi concoctione prævia (quæ tamen ad om
corporis verum nutrimentum requiritur) non tam nutrit, quam aë
sua qualitate, & subtili calore spiritus restaurando nos reficit, ita vt n
tam Nutritio, quam animæ Recreatio quædam existimanda sit, cum
homo, non nisi per paucos dies, solo vini vsu posset subsistere. Plura
respons. ad 4.

Non minorem dubitationem de *Tabaco*, sive *Nicotiana*, quæ per fis
las accensa assugitur, vel foliatim ore masticatur, movet nobis *Nicolaus*
Lib.de simp.med. ex novo orb.de lat. tit. Tabac. *nardus*, scribens in hunc modum: Vsus etiam Tabaci apud Indos fa
Sitisque sedandæ gratia. Conchilia quædam Cochlearum fluviatilium vru
deinde atterunt calcis modo, huius & foliorum Tabaci equales partes
munt manduntque, donec ex vtrisque massa quædam fiat, quas in pilu
piso maiores confingunt, atque in vmbra siccatas, in vsum reponu
Facturi iter per deserta, vbi neque Cibum, neque Potum inventuro
putant, harum pilularum vnam, intra labrum inferius, & dentes re

n

nentes, eius liquorem aſſiduò ſorbent, qua abſumpta aliam reponunt, atque item aliam, donec peregrinationem Triduanam, interdum, aut Quatriduanam abſoluunt; iſtaque ratione, toto illo tempore, neque Famem ſibi moleſtam eſſe, neque Sitim aſſerunt. His tamen non obſtantibus, quandoquidem nihil ſolidi, ſubſtantialis, aut corporei ex eo corpori noſtro inferatur, nullo modo per ſe Nutrire dici poteſt, neque Ieiunium Eccleſiaſticum ſolvere, ſed fortè Naturale. Quod autem merè per accidens corpus ſuſtineat, patet ex eiuſdem *Monardi Clariſsimi Medici* ſententia, ſupradictis in fine annexa: Cuius (Famis Sitiſque eluſionis) cauſam eſſe puto, dicit, quod ſorbentes aſſiduè pilulas illas, Humores pituitoſos è Cerebro eliciunt, qui deglutiti, & in Stomachum dimiſſi; Naturalem eius Calorem humectant, & ab eo tandem abſumuntur, aliorum Ciborum defectu. Hoc autem revera eſt Nutrire per accidens, æquè ac facit Fames ipſa diutiuſculè tolerata, cuius ratione Ventriculus (tanquam agens naturale, adeoque nunquam à Chilificando ceſſans dum animal vivit) ingeſto Cibo deſtitutus, vndequaque Phlegmaticos humores, Pituitam, Serum Sanguinis, & ſimilia corradit, vt materiam habeat, circa quam agat, quam molat, & in deficientis Cibi penuria latranti corpori ſubminiſtret, quod teſte *Plinio*, inſtat vt Creditor, & ſæpidie appellat. *Lib. 26.*

Quid ergo de Tabaco, Floribus Foliorum convallium, Betonica, Salvia &c: in pulvere dicemus, quæ per nares attracta, ſimiliter Catharros, viſcidoſque humores ad ipſum Stomachum faciunt depluere? Nullo modo cum Nutriant, nullum etiam Ieiunium, neque Naturale ſolvunt, neque Eccleſiaſticum: nam præterquam, quod ab ijs diſſoluti, & liquefacti humores, maximè per Nares, & Palatum eliciantur, quamvis caſu etiam tantillum ad Stomachum deflueret, æquè ac pauxillum illud aquæ, quod inter lavandum os delabitur, inſtar ſalivæ habendum eſt. Adde non videri ſufficere ad alterutrum Ieiunium ſolvendum, quod aliquid corporis noſtri culinam ingrediatur, per quamcumque viam, ſed per illam dumtaxat, quæ manducationi, & deglutioni, Os nempe & Fauces, eſt deſtinata. Denique non omnia quæ Famem, Sitimque ſedant, enutriunt, alioquin Rheuma, Febris &c: etiam nutrirent, vti vulgus malè opinatur, cum tantum comedendi ſtimulum hebetent, Orexim ignavam reddant, & Appetentiam eludant, vel organum, parteſque in quibus Fames & Sitis reſident, malè diſponant.

Reſp. ad Argum. 1. Potulenta quidem eſſe lato, & vulgari modo, non ſtrictè, aut Medicè loquendo, cum, vti diximus, Alimenti ratio, Potus rationem vincat, atque ideo Ieiunium frangunt: Vrbanus autem, nihil ibi de Cathedra definivit, ſed inter familiares, familiater ad interrogata

respondit, si tamen responderit, nam de eo nihil constat, vti neque d Pontificia illa Bulla, cuius quidam mentionem faciunt, cum nullibi, etian seriò indaganti, vnquam comparuerit.

Ad 2. Quod aliqua Ieiunium solvant, hoc non habent ex denominatio ne, illa accidentali, & extrinseca, qua vocentur (sepius abusivè) Potu lenta, vel Esculenta; sed ex Alimonia quam adferunt, ad quam necessari refectio consequitur, ab Ecclesia prohibita, quod in Chocolate locum ha bere, satis fusè ostendimus.

Ad 3. Dico Chocolate constare pluribus ingredientibus. quorum qua dam Aromatica subtilioris, & Æreæ substantiæ, non indigent operosa con coctione, sed instantaneè sicut Thymiamata gratissimo odore, & fragran virtute Spiritus reficiunt, & collapsam Animam recreant: alia solidior sunt corporis, Butyrosa, Humida, quæ per Chymosim in Stomacho, & per Hematosim in Hepate probè concocta, ac per Cordis transitum, tan quam per cribrum secreta, tandem sicut alia solida Alimenta in parenchym Carnis diffusa, parti nutriendæ assimilantur.

Ad 4. De Vino dicenda, quæ de subtilioribus Chocolates ingredientibus ad 3. argum. responsa fuere, nam Alimentum illud quod ex Vino retine mus, nimis tenue ac leue est, vt omnes solidæ Corporis nostri partes ex e necessariam suam restaurationem traherent: & per refectionem, Ecclesi illam intelligat, per quam, non solum Spiritus recreentur, fugiensqu quasi Anima revocetur, sed totum Corpus reparetur, & recuperetur i quod amissum erat: fateor S. S. P. P. aliquot opinionem, per quædam sæ cula perdurasse, sed re inter Theologiæ Mystas seriò eventilata, repertum & Decretum est, Vinum Ieiunium quidem naturale, non Ecclesiasticun solvere.

Ad 5. Argumentum bene procedit in illis quæ enutriunt per se, hoc es per aliquid de novo Corpori nostro superadditum, quo antea carebat, ni hil ex ipso Tabaco, sive de eius substantia concoquitur in corpore nostro quod ei post varias immutationes tandem assimiletur, vti in alijs alimenti fit, sed Tabacum ratione acrimoniæ, qua palatum & linguam mordicat & occasione caloris fumosi quo Pectus, Stomachum, & Cerebrum affici occasionaliter efficit, vt impacti humores solvantur, crudi, & minimè nu tritij, ad debitum conctionis locum, culinam, & cacabum devoluant, v inibi ritè subacti & elixi, tandem in alimentarios evadant, idque tantun remotè, occasionaliter, & per accidens nutrire est, quod ad frangendum Ecclesiasticum Ieiunium non est satis.

QVÆ

QVÆSTIO XVIII.

An Carthusiani vi Regulæ debeant, vel poßint semper abstinere à carnibus, & carnosis?

ARgum. 1. Lex humana subtrahens homini illa, quæ ei sunt necessaria necessitate medij ad salutem temporalem, videtur contrariari legi Divinæ: atqui Carthusianorum Regula Creophagiam inhibens, etiam in extremis posito, subtrahit media ad vitam necessaria, ergo contradicit Legi Divinæ. *2 part. const. cap. 11. §. 6.*

2. Videntur similes Constitutiones odium proximi sapere, & peccare contra Charitatem tam proximi dum imperantur, quam sui ipsius cum observantur, nam secundum *D. Thomam:* Natura corporis nostri non est à malo principio creata, sed est à Deo, atque ideo ex dilectione Charitatis, qua diligimus Deum debemus etiam Corpus nostrum (nota) diligere, sed infectionem culpæ, & corruptionem pœnæ in corpore nostro (Morbos scilicet & alias Calamitates) diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhelare desiderio Charitatis, ergo & ad illa media, quibus pœnales illæ infirmitates removentur, nempe Carnes & Iuscula, ac per consequens similia illicitè prohibentur. *22. q. 25. in conclus.*

3. Quamvis Cluniacenses, vi Regulæ Patris sui Benedicti, à Carnibus tenerentur abstinere, hoc infirmitatis tempore, locum non habere innuit *D. Bernardus*, istos dumtaxat reprehendens, qui in Valetudinario prætextu simulatæ ægritudinis Carnes comederent: insinuans tacitè illud tum demum licere, quando non fictè ægrotarent, ergo quamvis *D. Bruno* similem Carnis abstinentiam regulariter quoque inhibuerit, etiam intelligenda tantum videtur in benè habentibus, non in ægris. *In Apologia sua.*

4. Impossibilem quasi Austeritatem redolet, severam illam vitam introducere velle, quam olim Anachoretæ, & Eremicolæ duxerunt: quia vti venerabilis *Petrus Cluniacensis Abbas* bene advertit, & Cistercienſibus aliquando *in Apologia sua* respondit Carnium rigurosam abstinentiam tueri volentibus: *Tunc temporis*, inquit, *ad tolerandos labores, fortior erat Natura hominum, vtpote sæculo valentiore, nunc verò mundo senescente, & iam Morti proximo, quidquid in mundo est, elanguit, & ideo pleraque tunc necessaria, modo facta sunt contraria, quod nunc necessarium est facite &c:* hanc quoque mentem suam esse declarat *Reverendiss. Abbas Gerardus Rÿm in Scuto suo inexpugnabili* dicens in multis reformatorum monasterijs, tantam esse Monachorum Infirmitatem, vt aut cum plerisque necessarium sit dispensare, aut Medicina- *Lib. 1. epist. 28.* *Sect. 1. art 6. §. 4. in fine.*

 rum

rum frequentioribus fulcris labentem valetudinem sustentare: deinde ob Re-gulæ rigorem multos Novitios dimitti, & à proposito abstrahi &c: ergo ta-lis regula non est ferenda.

Sed Contra facit quod D. Hieronymus scribit ad Asellam Epist. 9: *Si gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi, haberent solatium non placen-eis, quibus displicet Christus, nunc verò, proh nefas! homines Christia-prætermissa domorum suarum curâ, & proprij Oculi trabe neglecta, Ocu-festucam quærunt, lacerant Sanctum propositum, & remedium pœnæ su-arbitrantur, si nemo sit Sanctus, si omnibus detrahatur.*

CONCLVSIO.

Carthusianorum Regulam Professi, tenentur, etiam in extremi-constituti, à Carnibus, & Carnosis abstinere.

HÆc esus carnium prohibitio, etiam ante D. Brunonem, graves al-tercationes inter varios Ordines, ac Monasteria excitavit, inter Clu-niacenses, Cistercienses, & Præmonstratenses, sicuti patet ex *Apologi-* Venerabilis *Petri Cluniacens. Abbatis*: & nostris hisce temporibus, inter Re-ligiosos Affligemienses, & S. Petri in monte Blandinij, sicuti amplissim-videre est, *In Propugnaculo Reformationis Monasticæ Ordinis S. Benedicti*, au-thore *Benedicto van Hasten*: & in *Scuto inexpugnabili æquitatis* scriptore R. D-*Gerardo Rijm*, hi D. D. Benedicti, & Bernardi mentem de Carnium absti-nentia examinant, & ad amussim convenientiæ revocant, & quandoqui-dem ex his Sanctissimis Ordinum Institutoribus, magnam Regulæ, suæ par-tem D. Bruno extraxerit, non abs re forè hic iudico vtriusque parti-rationes, ac dicta allegare, & perpendere. In primis quod Mandatum talis Abstinentiæ, Divinis non contradicat Iussionibus, clarè docet *Docto-Mellifluus*; *Attendite*, inquit, *ad Regulam Dei, cui vtique non dissonat Insti-tutio S. Benedicti. Regnum Dei intra vos est, hoc est non externis in Vestimentis aut Alimentis corporis, sed in virtutibus interioris hominis*: vnde Apostolus: *Regnum Dei non est Esca, & Potus, sed Iustitia, & Gaudium in Spiritu Sancto*. hic, sicuti Carnis abstinentiam, tanquam rem indifferentem habet, ita in se-quentibus, eius comestionem his verbis videtur commendasse, & long-Abstinentiæ prætulisse: *Repleti deinde Ventrem fabâ*, verba eius sunt, *mentem su-perbiâ, Cibis damnatis saginatos: quasi non melius sit exiguo Sanguine ad vsum vesci, quam ventoso Legumine ad ructum saturari: & præcipuè cum Esau non d-Carne, sed de Lente sit reprehensus. & de ligno Adam, non de Carne dam-natus; & Ionathas de gustu Mellis, non Carnis Morte sit adiudicatus: econtra ve-rò Elias innoxiè Carnem comederit: Abraham gratissimè Angelos Carnibus paverit*

In Apolog. ad Guill. Abbat.

& de ipsis sua fieri Sacrificia Deus praeceperit. Suspendat, amabo, lector paulisper sententiam, animadvertens altercationes illas, non propter primævam fundatorum institutionem vnquam fuisse exortas, sed propter novam Veteranorum Monachorum reformationem, illis satis importunè fortè, aut sine necessitate obstrusam, qui montem ascendere non potentes, laxiorem vivendi normam professi, manere malebant in Segor, de proprijs viribus, ad strictiorem disciplinam requisitis, diffidentes. Vnde cum hoc sæculo novitatis avido, vix novarum Reformationum sit finis, sepeque litigiosa mutatio, certum est, aliquos Pontifices prudentissimos, ante paucos annos, de tanta Religionum, & Reformationum varietate ad paucitatem revocanda, serio cogitasse, vt æmulationes indiscretæ in religiosis evitentur, ad quod **D. Bernardum** solum aspirasse, patet ex eius verbis, & optimis monitionibus: *Districtiores*, inquit, *desinant esse detractores; & remissiores amputent superfluitates, sic quisque bonum teneat, vt alium, aliud tenentem non iudicet: si quis accepit iam esse bonus, non invideat melioribus, & qui sibi videtur agere melius, bonum non spernat alterius. Si qui districtius vivere possunt, eos qui non possunt, nec aspernentur, nec æmulentur: & qui non possunt, sic mirentur, vt temere non imitentur. Sicut enim non licet his, qui maius aliquid forté voverunt* (vti Carthusiani Carnium abstinentiam) *ad id quod minus est descendere, ne Apostatentur, sic non omnibus expedit de bonis minoribus ad maiora transire, ne præcipitentur.* Hæc suavissimus rigidioris disciplinæ amator Bernardus, laudator, & cultor: nempe quia videbat Cistercienses suos ideo in Cluniacenses, aliosque eiusdem Ordinis, dicterijs, & scribillationibus invehere, eo quod rigurosam fundatorum suorum regulam mitigarent, & non totaliter, sed per aliquot tantum hebdomadatim dies à Carnibus abstinerent, hoc vt se non improbare ostendat Bernardus, Creophagiam non solum admittit, sed etiam extollit, idque, dico, vt indiscretas illas animositates, ac dedecentes Religiosos cavillationes, & rixas componeret, non autem quod omnimoda Carnium abstinentia ex S. Fundatoris mente laudabilis non esset. Mandat enim Benedictus exprsse: *à Carnibus more solito omnes abstineant*, & *Regul. c. 36.* *Bernardus*: *Abstinebo*, inquit, *à Carnibus, ne dum mihi nimis Carnem nutriunt, simul & Carnis nutriant vitia*: & *Gersonius*: Acceptetur (Abstinentia Carnis) tanquam satisfactoria pro suis, alijsque delictis, ex magno Iustitiæ & Charitatis zelo, collaudetur etiam velut proficiens exemplo & merito: denique suscipiatur quasi generativa virtutum tam moralium, quam intellectualium, vitiosarum cupidinum repressiva.

Hæc confirmans *B. Isidorus Archiepis. Hispalens.* Creophagiam multis sæculis, Ictiophagiam nunquam fuisse prohibitam ostendit his verbis: Carnes & Vinum post Diluvium hominibus in vsum concessa sunt, nam in initio per- *Lib. de Offi. Eccles. cap. vlt.*

 missum

missum non fuerat, nisi tantum illud, vt scriptum est, Lignum fructife-
Genes.1. rum, & herbam Seminalem dedi vobis in escam, postea verò per Noë da-
Genes.9. ta sunt in esum cuncta Animalia, Vini quoque tum attributa licentia est: sed
postquam Christus, qui est Principium & Finis apparuit, hoc quod in prin-
cipio suspenderat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per Aposto-
Rom.14. lum: *Bonum est Carnem non manducare, & non bibere Vinum* ...... non igitur
quia Carnes malæ sunt ideo prohibentur, sed quia earum epulæ Carni
Luxuriam gignunt, & fomes, & nutrimentum omnium vitiorum sunt.
1.Corinth. *Esca Ventri, & Venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet*: Piscem
9. sanè, quia eum post Resurrectionem accepit Dominus, possumus mandu-
Ioann.21. care, hunc enim nec Salvator, nec Apostoli vnquam prohibuerunt, hæc
Isidorus, quæ non parvam, fateor, intellectui meo attulere difficulta-
tem, cum Dominum Deum, neque Apostolos vnquam Comestionem
Carnium absolutè (vti Hic loquitur tamen) inhibuisse sciam, & Aposto-
lus nullibi Cibos, sed Scandalum ex comestione eorum oriundum prohi-
Rom.cap. bet, & omne id, *in quo*, dicit, *frater tuus offenditur aut scandalisatur, aut*
14.v.21. *infirmatur*, & alibi: *Si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo Car-*
1.Corinth. *nem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*: ita vt commodè B. Isidorus
8. intelligendus sit, docere volens, laudabilem esse Piscium manducationem,
ac minus vitijs obnoxiam, non solum Animæ, de quibus beatus Præsul,
4.sympt.4. sed & Corporis, vti testatur *Plutarchus* dicens: Marina obsonia, preter-
quam quod sint suavissima, maximè etiam sunt innoxia, nam & Carnosa
sunt, & non perinde ac Carnes gravant, sed facile concoquuntur & dige-
runtur. Quod autem hoc non solum in genere verum sit, sed particularem
Galen.lib. locum in vitam sedentariam degentibus, vt Carthusianis, obtineat, do-
3.de ali- cet nos *Pergamenus*: *Piscium alimentum*. inquit, *Hominibus otiosis, senibus*
ment.fa- *imbecillis & ægrotis* (nota) *commodissimum, qui verò corpus exercent, Cibos*
cult.cap. *postulant firmiores*: idem hoc aucthor adhuc alibi confirmat: illud ipsum
29. asserunt *Simeon Sethi* inter recentiores Græcos non parvæ authoritatis Medi-
Lib. de cus, conveniunt, ait, Pisces otiosis Hominibus, & non robustis, &
Atten.vict à Morbo convalescentibus: sic ferè *Nonnius*, & *Sebisius* Pisces squammatos
rat.c.6. Petreos, Carne sicca, duriuscula, & friabili præditos, Item viventes in
Lib.de A- aquis puris, limpidis, Fluminibus rapidis, cum primis verò Salmerinos,
liment.fa- Truttas, luciolos, Fundulos & similes, ægre habentibus febreque bilio-
cult. sa & ardente laborantibus scribit convenire, nempe quia frigidi sunt, ac
De re Ci- concoctu faciles, & secundùm *Chrysostomum*, nihil sic iucundum est, sicut
baria Ali- Cibus bene digestus aut concoctus, nihil salutem, nihil sic sensuum acu-
ment.fa- men operatur, nihil sic ægritudinem fugat. Quæ ergo necessitas Carthu-
cult.lib.3. sianos etiam in extremis Morbis ad Carnium vsum compellendi? an quia
Ibid.Lib. 50.cap. 89.
debilita-

debilitatem augent, vitam imminuunt, & quasi voluntariè se Morti tradunt? errat *à Victoria*, obstant authoritates, refragatur ratio, & experientia docet contrarium, stabilio singula. Indubitatum est apud omnes Medicinæ proceres, docent cuncti Iatriæ peritissimi, quod Mortis periculum nunquam timeatur, vti bene notat *Arnaldus de Villa nova*, nisi virtus vitalis prosternatur, illa namque deficiente, necesse est, & ipsam Vitam deficere, hoc autem fieri non potest nisi vel propter malitiam morbi eam resolventis, vel propter defectum alimenti eam conservantis & restaurantis eius perditionem; vnde in vtroque casu languens evadit Mortis periculum, per abscissionem causæ prædictam virtutem vitalem prosternentis: in primo casu, hæc causa aufertur per Medicationem congruam, & dissipantem Morbi acerbitatem: in secundo verò per exhibitionem Alimenti celeriter confortantis, & restaurantis virtutem prædictam. His ita positis audiamus *hypocratem: Si præ furia Morbi deficientibus* (qui casus prior erat) *Cibus exhibeatur, suffocationis, vel alterius vexationis gravamine superaddito, vitam coguntur finire celerius: deficientibus autem propter penuriam Alimenti* (quod secundum erat) *si denegetur Cibus, & Medicationi subdantur, expirant velocius tabefacti.* Ergo, infero, si Carnes non per modum Medicinæ, sed Alimenti tantum in extremis illis Morbis sint porrigendæ, & æquale, vel melius Alimentum, ac citius nutritivum, quam Carnes reperiatur, nullo modo necessarium est Carthusianos illis vesci: talia autem sunt Gelatinæ, quas ipsos ex Piscibus conficere vidi (& in Pharmacia nostra Antverpiensi expressè descripsi) in sapore, & virtute omni intrito, & consummato, vt vocant, pares, vinum Aromaticum, generosum, vitelli ovorum &c. quæ velocissimè, & abundanter nutrire possunt, tanquam habentia qualitates Sanguini conformes, & paucissimas secum feces vehentia. Hæ excellentium Medicorum infallibiles rationes, authoritate etiam sacræ Scripturæ fulciuntur, dum nusquam in ea legitur, comestionem Carnium esse languentibus necessariam, cum tamen de Vino, alijsque hoc inveniatur expressè: *Vtere modico Vino propter debilitatem Stomachi, & frequentes tuas Infirmitates.* Item, *qui Infirmus est, Olera* (non Carnes) *manducet*: & Psalmista Regius: *Vinum lætificat Cor hominis, & Panis confortat ipsum.* Imo Medicus ipse omnipotens, non dedit Carnes præ debilitate deficientibus, quamvis hoc æque facile ei foret, sed Panem, & Pisces, quod bene annotari velim; *Misereor*, inquit, *super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domos suas, deficient in via*: neque opinandum hoc de solis bene valentibus dixisse, cum procul dubio multi ex illis erant valetudinarij & infirmi, Dominum vt sanarentur, secuti, vti patet ex *D. Luca.* David etiam puero Amalechitarum, qui à triduo ægrotare ceperat

habetur de con di. 50. Ro lect. de Semper n. 10.

Lib. de esu Carn.

Regim. ægrit.

Ad Timoth.

Rom. 14.

Marci 8.

Cap. 6.

1. Reg. 3.

perat, nec quidquam biberat aut comederat, Panem, & Aquam offerri fecit, & fragmen Massæ Caricarum, & duas ligaturas Vuæ passæ, quæ cum comedisset, ait textus, *reversus est Spiritus eius, & refocillatus est:* & si quis dicat Davidi tunc temporis fortè nihil aliud comestibilis ad manum fuisse, peto quid Dominum Deum moverit Danieli per Abacuc Prophetam non Carnem, sed Pultem mittere, Æliæ Oleum, Paulo Panem? concludo itaque meo iudicio satis validè, Carthusianis præ infirmitate etiam deficientibus, nihil Carnulenti fore necessarium, maximè cum tot egregia habeamus Monasteria (vt ad experientiam veniamus) & Ordines, quales sunt Cassinenses, Burs feldenses, Celestini, Fulienses, reformati Præmonstratenses, Carmelitæ Descalceati, Camaldulenses, Minimi, Clarissæ &c. Quorum Religiosi pancraticè valentes sunt, quamvis non multò minus strictam sequantur Monasticam Disciplinam: & ipsos Carthusianos à multis Annis quibus illis sum à tuenda valetudine, vegetam & decrepitam vitam ducere video, nullum ipsis Icthiophagia incommodum inferente, de quibus plura, credo (quia non vidi) legenda apud *Petrum Sutorem*, qui duos Libros de vita Carthusianorum scripsit expressè.

Falsò itaque quidam Sanctum hunc Ordinem, tanquam impossibilem, vitæque insidiantem sugillant: scimus & à Scriptura, & S.S. P.P. moniti
1.Corinth cap.8.v.8. edocti, non omnem Sanctimoniam in Carnis abstinentia consistere: *Esca enim nos non commendat Deo*, inquit Apostolus, *neque enim si manducaverimus abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus.* Non Cibus, sed appetitus in vitio est, vnde & lautiores Cibos sine culpa sumimus & abie-
Lib. 3. Moral. ctiores, non sine reatu conscientiæ degustamus ait *Gregorius*: Quod & D. *Bernardus* olim Cluniacensibus exprobravit expressè his verbis in Apologia sua: *Fercula ferculis apponuntur, & pro solis Carnibus, à quibus abstinetur, gran-*
Serm. in 4. Dniz. Advent. *dia Piscium corpora duplicantur*: subscribit *Augustinus*: *Qui sic se à Carnibus temperant, vt alias escas difficilioris præparationis, & pretij maioris inquirant, multum errant, non enim est hoc suscipere Abstinentiam, sed imitari Luxuriam.* Verum in Hisce nostris partibus, tam moderata est Carthusianorum refectio, victusque eorum ita frugalis, vt cavillationibus addicti, plus materiæ in Austeritate, quam Lautitia, in paucitate, quam abundantia inveniant.
Lib. de Contemplat. Noverunt enim hi veri Religiosi ex *Richardo*, quod *Nunquam affectus noster ad desiderium æternorum accendatur, nec intellectus ad cælestium contemplationem* (cui vita illorum maximè incumbit) *perfectè acuitur, nisi cura Carnis, etiam in licitis, & necessarijs, frequenter, & fortiter repellatur.*

Hæc (vt obiter dicam) ab hæreticis nostri temporis bene observari, & perpendi velim, qui similes Ordinum Regulas, Ieiunia nostra, & Quadragesimam tanquam dura nimis, & insalubria calumniantur, nescientes, in pri-

m

mis quomodo & Ægytij, & Romani olim Pisces in delicijs habuerint, vti videre possunt apud *Paulum Iovium Medicum Comens.* ac insignem historicum, *Plutarchum Cheronensem, Nonnium de Re Cibaria, Plinium*, *Rondeletium* aliosque. Ad salubritatem verò quod attinet, relictis iam citatis Aucthoribus, & citandis, vnus instar omnium nos docebit *Galenus*, dum ait: *Alimentum quod ex Piscibus sumitur, non modo ad coquendum est facile, sed hominum etiam corporibus est saluberrimum, vt quod Sanguineum medium consistentiâ generet.* Ita quidem vt Quadragesima non solum piè, ad animæ salutem (& idem est de statutis Ictiophagiam mandantibus) sed etiam Medicè ad sanitatem corporis videatur instituta, & à Providentia Divina confirmata, incumbente scilicet, ne illam observantibus necessarium alimentum subtrahatur. Lacus quidam Britannicus, teste *Maioli*, BUFERUS, cum retium vsus omnibus permittitur liber, Piscibus abundat, si autem prohibeatur, fit sterilis. Imo quod magis mirêre in Provincia Georgianorum lacus est GELVCHALAT dictus, in quo nullus vnquam Piscis toto Anno reperitur, quam tempore Quadragesimæ, quo expleto omnem piscem alio migrare, scribit *Bernardus Cæsius.* Hæc eadem Divina bonitas, superflua, aut delicatiora sibi denegantibus, necessaria victui subministrat. Desinat itaque vnusquisque, maximè vero aliam Religionem professus, Carthusianorum laudabilia Statuta impugnare, nam præterquam quod rationes nullo fundamento nitantur, vt ostensum est, *Detrahendo fratribus*, inquit Bernardus, *in quo te ipsum extollis, perdis humilitatem, in quo alios deprimis, perdis Charitatem, quæ sunt Charismata meliora*: Denique Romana Ecclesia Statum hunc non solum tolerat, aut approbat, sed de eo tanquam insigni filio gloriatur, cui contravenire nefas est. Sed vtcumque illis placeat (detractoribus, improbantibus) Austeritatem hanc subterfugere, non iudicent saltem melius esse latiori via, quam angusta incedere; sanius profectò & statui suo congruentius loquerentur, si vnusquisque illorum cum Parisiensi Cancellario diceret: *Hæc est laudabilis S. S. P. P. abstinentia, quam etsi peccator & sæcularis imitari non valeo, aut non satis volo, veneror tamen in alijs, admiror, & colo, vt venerandam insuper colendamque liberè denuncio, & libera voce defendo.*

De Piscib. Rom. Lib. 4 symp. quæst. 4. & Lib. de Iside & osiride Lib. 2. cap. 67.

Lib 3. de Alim. cap. 27.

Colloq. 12. & 13.

Lib. 1. Mineral. cap 7.

In Apologia ad Guiliel. Abbat.

Sed, antequam stylum revocem, quærendum hic erit, vtrum, ratione huius Constitutionis, à sumptione Cornu Cervi, Castorei, Cranij humani, Mumiæ, Vngulæ Alcis, Sanguinis Hirci, Ossis de Corde Cervi, Lapidis bezoardici, & compositorum omnium in quibus hæc ingrediuntur, Carthusiani abstinere debeant, vtpote, quæ si Caro proprie dicta non sint, Carnosa sunt, & Carni proxima, quod videtur sufficere, alias & Hepar coctum, Renes, Farcimina, Pedes, non sunt Caro strictè sumpta,

ſed quia Carnea, coguntur relinquere? dubium hoc inſerendi occaſione ſuggeſſit mihi Reverendus admodum Pater magnæ Carthuſiæ Procurat Generalis, dum hic Antverpiæ febri continua laborans, mihi de Lapid bezoardici ſumptione difficultatem moveret. Ad quæ reſpondeo, Carthuſi norum Regulam aut Profeſſionem, illos ad Abſtinentiam à ſimilibus no cogere (niſi fortè ſcrupuloſior quiſpiam de Caſtoreo, Sanguine & Mu mia eſſet anxius) nam præterquam quod horum ſubſtantia, ſaltem plur morum, ſit à Carne remotiſſima, nullo modo ad refectionem, aut pe modum Cibi comeduntur, ſed ad Morbi expulſionem, Medicamenti in ſtar, in minima quantitate, ita alterata & commixta propinantur, vt nih de nutrimento, ſapore vel odore Carnis participent: & quamvis Mumi & Caſtoreum &c: ſint Carni ipſi quaſi conſanguinea, hoc non arguit eo rum abſtinentiam fore neceſſariam, cum Ovis veſcantur licitè, Corpu & Animam totius Animalis in ſe, ſecundum quoſdam, includentibus, ſalten quoad nutrimentum, & guſtum, non tam multum à Carne diſcrepantibus Aliud verò longè eſt, vt ex dictis conſtat, de Animalium Pedibus, Vi ſceribus, & Inteſtinis, neque ſapore, neque nutrimento, neque coquen di aut comedendi modo à Carne diſtinctis. Vnde cum in Hiſpanijs illa co medere decreviſſent (vti mihi Carthuſianus fide digniſſimus retulit) ſem per Mephitim olebant, etiam recenter ab Animalibus occiſis exempta, ne ſcio quid ingrati ſpirabant, & Naribus, & Linguæ, evidenti quaſi ſigno Deo non acceptum fore ſi talibus veſcerentur.

Quid ergo de *Enemate Nutritiuo* dicendum, quod medicus interdum co gitur inijcere, ex Carnium Iuſculo, Medulla Oſſium &c: confectum? fate or, & hoc per modum Medicinæ, vi, ſiphone impellitur, neque vt alia manducatur: nihilominus, vt anxiæ iſtæ conſcientiæ tutò procedant, reſ pondendum ad eorum tranquillitatem melius fore vt ab eo abſtineant; nam quamuis hoc propriè non ſit Carnulentis veſci, eſt illis refici, & nu triri, quod illis inhibitum: multoties autem ſimilia, & alia enemata, vidi ad Stomachum vſque aſcendere, non obſtantibus Inteſtinorum Valuulis, imo magnam eorum partem, etiam medietatem, per Gulam & ipſum Os euomi. Vnde cum in Stomacho infuſa Chymoſim ſubeant, aliaſque poſt modum concoctiones ad nutrimentum neceſſarias, hoc verè refici & ſuſten tari eſt, imo creſcere, & augeri, quod Carthuſianis per ſimilia non licet. An autem per ſedem iniecta verè nutrire poſſint. Quæſtio Medica eſt viden da apud *Ioan. Bapt. Siluaticum* Controuerſ 13.

Reſpond. ad Argum. 1. Negando Minorem, quia nunquam Morbus. Vel periculum Mortis datur, cuius remedium adæquatum ſit Creophagia, ſiue comeſtio Carnium, cum aliunde media ſufficientia ſuppeditentur ad collap ſas vires reſtaurandas, vt in corpore concluſ. amplius declaratum eſt.

Ad 2. Negando Assumptum, nam quod ex summa fit Charitate, non est contra Charitatem: & ridiculum, & abusiuum est dicere, quod Carthusianus ad Sanctam suam Regulam obseruandam, omnem Carnem denegantem, sese ad illud ex alia ratione obliget, quam ex mero Dei Amore: illa autem est suprema Charitas, quæ Deum habet pro obiecto: obseruando itaque Votum, quod de Carnium Abstinentia, etiam ægroti existentes Deo propter eius Amorem voverunt, non possunt vllam Charitatem offendere, cum omnis Charitas tam sui ipsius, quam proximi, propter Deum esse debeat.

Ad 3. Ex indulgentia sui Abbatis, Cluniacenses Regulæ Benedictinæ, de totali Carnium Abstinentia, rigorem mitigasse, etiam D. Bernardi temporibus: etenim *Hugo* huius Nominis Quintus *Cluniacensis Abbas*, qui Quadraginta plus minus Annis Bernardo, Petroque posterior fuit, in Statutis suis, vnum habet, cuius hæc est epigraphe: Quibus locis liceat vesci Carnibus? & respondet: *Statuimus ne quis Carnibus vescatur, nisi in domibus nostri Ordinis, & Diebus constitutis*, nempe ter in Septimana, vnde mirum videri non debet, si tempore Infirmitatis Carnes poterant comedere. Deinde concessis Præmissis, negari potest Consequentia, quæ ab vna mente Fundatoris, procedit ad mentem alterius, nam quod vna Regula strictius, vel ad hoc, aut illud obliget & non alia, pendet à voluntate Constituentis, vnde nullo modo sequitur: hæc fuit mens Benedicti, ergo & Brunonis, cum in pluribus eorum Constitutiones discrepent.

Ad 4. à Brunonis Ordinis institutione, non tantum temporis intervallum elapsum est, vt dici possit Mundi senium adduxisse, quæ Abbatis dictio Metaphorica planè est, comparatione ad Animalia facta, quæ, vt omnis casus ordinarius absit, etiam solo vigore, ac viribus exhaustis, Calore, pabuloque eius naturali consumpto, quasi sua sponte, vt lampas defectu olei, extinguuntur & collabascunt, sed talis interitus numquam Mundus est habiturus, cuius destructio violentissima, non è compagium solutione, non ex basis subsidentia, non ex naturalium rerum, virtutum, influentiarum debilitate, sed per ignem futura est, ne validissimis parcentem. Quid itaque directè, & clarè per hææc sua præcedentia, laudatus Abbas indicare voluerit, apertè dicit in sequentibus his verbis: *Non est, inquam, meum, Cibi & Potus atque Vestium, vel cæterarum rerum indigentiam pro diversitatibus Infirmitatum, Regionum, ac Temporum non supplere, ne dum non reddo homini quod suum est, non possit ipse reddere Deo quod eius est.* Carthusiani autem vi Regulæ & mediorum recipiunt quoad Cibos, Potum & Vestes quod suum est, & etiam reddunt quæ sunt Dei Deo. Neque contra faciunt Reverendiss. Abbatis Testimonia, hoc solum monstrantia, quod non omnia possimus

 omnes,

omnes, quod *Vniusquisque proprium donum habeat ex Deo, alius quidem sic, ali*
1 Corinth. 7. *verò sic*, atque ideo, *non omnes Apostoli, non omnes Prophetæ* Deinde loqu
tur de Reformatis, quod adeo mirum videri non debet, nam qui piè,
prudenter de arripiendo Statu, & Ordinis ingressione deliberat, Regu
austeritatem, Disciplinam, Ieiunia, Vigilias &c: considerat, tum vtru
ijs respondendæ sint vires, examinat, Complexionem scrutatur, prob
se ipsum, ponderans quid humeri valeant; quibus absolutis, si talibus gr
vius onus (quod semper per Reformationem fit) imponitur, quid mirun
tale iugum excuti, & non commensuratam sarcinam, adeoque intol
rabilem recusari? Ideoque quia in domo Patris mansiones multæ sunt placu
æternæ Sapientiæ etiam varios Status, Regulas, ac Ordines, per quos
illas pervenitur, institui.

QVÆSTIO XIX.

An arctæ, imperforatæ & laborantes corporis arctitudine teneat tur incisionem, aliudve instrumentum Medicum pati?

ARgum. 1. Fieri potest quod Fæmina sive puella, nulla Arctitudinis v
tio laborat, sed Naturali tantum, & Virginea obseratione sit pr
dita, quam tamen Vir, non quidem Impotens absolutè, sed flaccid
omnino, deflorare non possit; hoc casu dicunt Theologi Virum succu
bere, ac Matrimonium dissolvi, ratio est, quod sicut Fæmina cognos
bilis vni, aut vni arcta nimis, talis præsumatur erga omnes, ita Impotens
vnam, præsumendus ad omnes alias est talis: ergo, hoc saltem casu, non
beret Virgo permittere, vt apta redderetur ad Copulam per Artem,
quibus videndus est *Sylvester verb. Matrimon. 8. q. 16. dict. 6.* Gabriel *q. vn*
art. 2. coroll. 3. D. Antoninus & alij.

2. *Non opus habent sani Medico*, sed Arctitudo illa corporibus Virgin
est connaturalis, imo loco ægritudinis aut defectus, apud Medicos,
eruditè lascivos, maior perfectio: ergo non Virgini, sed Viro incum
Remedium quærere, per quem nempe stat, quo minus Debitum persolv
cuius sententiæ est *Ledesma de Matrimonio q. 58. art. 1.*

C ex publico de Convers. Coniug. 3. Datur etiam legitimè contractis ante Matrimonij consummationem,
bertas pro aliquo tempore adhuc resiliendi, & Monasterium ingredien
vnde si quædam Arctior inveniatur, & ad Copulam, sive Matrimonij co
summationem inepta, cum talis possit resilire Monasterium ingrediend
non tenetur illa incisionem, aliudvè dolorosum Remedium pati.

SED CONTRA faciunt Apostoli præcepta 1. Corinth. 7. *Vxori Vir Debit*
reddat, similiter autem & vxor Viro.

CONCLVSIO.

Tenentur Imperforatæ, & nimis Arctæ corporis apertionem, etiam dolorosam pati.

PRætermittendo hic magnam, inter magnos Aucthores dudum, & vtrimque ſtrenuè agitatam Quæſtionem de Membranula quadam *Hymen*, vel *Eugion* vocata quam in omnibus, vel pleriſque ſaltem incorruptis Virginibus inveniri aſſerunt, *Veſalius*, *Sebiſius*, *Aquapendens*, *Wierus*, *Fallopius*, *Coiterus*, *Andernacus*, *Bartholinus*, *Berengarius*, *Carpenſis*: negant autem pro figmento, aut ſaltem pro re Preternaturali, monſtroſa & extraordinaria, ac Morbo organico habentes, *Capivaccius*, *Laurentius*, *Pinæus*, *Augenius*, *Valleſius*, *Columbus*, *Vaſſæus*, *Fernelius*, *Paræus aliique* mecum nobis ad rem noſtram ſufficit, apud prædictos, alioſque omnes omnino Medicos eſſe compertum Mulierum pudoris ſinum aliquando parum, aut nullo etiam modo perforatum; vel Carunculas Myrtiformes, & Membranas carnoſas illum componentes, in extremo vnitas, aut ab invicem parum diſſitas, vel foſſa exterius non apparet, ſed ligamentum cutaneum, & Pudendi labra continua ſunt, vel Nymphæ coherent inter ſe: adde ſimilia in corporibus etiam optimè conformatis, ex Vulnere, Vlcere, Gangræna, Apoſtemate, aliove Morbo ſuperveniente poſſe contingere, vbi poſt continui ſolutionem, partes illæ non amplius iam cædant, per Cicatricem induratæ, vel Excreſcentijs, & Carnoſitate occluſæ, intromiſſionem Penis Virilis negent, qui Morbus *Clauſura* dicitur, Imperforatio, & Arctitudo, à Græcis *Phymoſis*, ab Albucaſi *Alratica*, eoque laborantes vocantur *Atretæ*, de quibus curioſus lector plura inveniet apud *Galenum Lib. de Medic. cap.* 19. Aëtium *Tetrab.* 4. *ſerm.* 4. *cap.* 96. Pinæum *Lib.* 1. *de not. Virginit. Problem.* 1. Paulum Æginetam *Lib.* 6. *cap.* 72. Celſum *Lib.* 7. *cap. Sinibaldi &c*: Hic Morbus cum in Figura vitiata, ac mala Conformatione conſiſtat, maximè ad illam partem Medicinæ ſpectat, quæ Manuali operatione conſtat, & Chirurgia dicitur, & ſæpius non ſine doloribus exercetur, vnde inter Theologiæ & Medicinæ conſultos, eſt orta hæc Quæſtio, vtrum Fœmina tam pudendam, ac doloroſam curationem, ratione Matrimonij iam contracti teneatur ſubire, vt Matrimonium Conſummatum fiat, & perfectum, per hoc quod opera Generationi detur? & invenio cum diſtinctione eſſe reſpondendum: Si à Medicis expertis nullam ſpem fore iudicetur, illam perfectè ſanatam iri, parteſque illas iam Arte adapertas, paulò poſt ſeſe iterum clauſuras; certum eſt illam ad Remedia nullo modo

obligari, ſed talis ad Copulam planè inepta dicenda eſt, neque validè po teſt Matrimonium contrahere, vndè cum per Matrimonium (vtpote quod ipſo facto nullum eſt) obligari non poſſit, per nihil aliud cogi poteſt: imò aliquali etiam ſanationis ſpe affulgente, ſi curatio tam rudis & doloroſa ſit, vt intelligentes Medici intolerabiles ferè cruciatus, Morbum gravem, & Mortis aliquando periculum ex ea prænuntient, quod tunc fieri poſſet, quando Orificium hoc eſſet valde carnoſum & craſſum, parieteſque Sinus ita cohereant inter ſeſe concreti, vt difficillimè diduci poſſint, aut diducti conſervari, neque tunc ad talem Curam cogi poſſet, quia tali caſu partes, facta Cicatrice, ita aſtringuntur & indurantur, vt nec Penem Virilem intromittant, & vbi admiſiſſent, & concepiſſent, nullo modo valerent excludere, vide *Angles*, & Supplementum *Gabrielis*, cui & favere quemdam *Cavedo* dicunt, quem videre non potui. Rationem preter iam allegatam, eſſe ſuſpicor, quod Mulier ex conſilio *D. Thomæ in Supplemento*, non obligetur Viro Debitum reddere, niſi ſalva Perſonæ incolumitate: Quod ſi verò hæ motæ difficultates abſint, & ſpes moraliter certa ſit boni eventus, quamvis curatio, ſuis Moleſtijs, Doloribus, & Incommodis non careat, tali caſu & Inciſionem, & Aduſtionem pati debere, bene ſentit *Sanchez*, cum alijs ob eo citatis. Ratio eſt quod impedimentum quod ſic auferi poteſt, non ſit cenſendum eſſe perpetuum, adeoque Matrimonium nec Impedit contrahendum, neque Dirimit contractum, per quod Ius ſui corporis tranſtulit in Virum, nec vllum ipſi ad retinendam Virginitatem eſt reliquum: quicumque enim tenetur ad certum finem conſequendum, qualis hic Generatio Prolis eſt, etiam tenetur ad media ipſa, & quæcumque ad illa habenda ſunt neceſſaria.

Flori. 1. p. q. 8. a. 2. dub. 1. 4. diſt. 34. q art. 1. not. 6. Quæſt. 64. art. 1. in corp. Matrim. lib 7. diſp. 83 n. 32.

Aliud huic vicinum eſt dubium in primo Argumento motum, de Viro ad Virginem dumtaxat, non ad corruptam Impotente, & communis ferè Theologorum ſententia eſt, in illo caſu Virginem Medicinaliter poſſe per inſtrumentum aperiri, aptamque reddi: ſed aliam difficultatem de inſtrumento quo, & de Perſona à qua fieret, movet *Thomas Sanchez*, ſcilicet, an tali Viro, de quo in caſu, integrum ſit propria authoritate, Inſtrumento ligneo, aut ferreo ad id apto, Digitiſue, clauſtrum huiuſmodi Virginis à ſe ductæ reſerare, vt vel ſic Matrimonium poſſit conſummare? Et reſolvit abſolutè negativè, imo ſi tale periculum ſubſit, huius cauſa (ſicuti ratione ſevitiæ fit) Coniuges eſſe ſeparandas. Miratus fui eruditiſſimum Virum, in quibuſdam alijs ſatis laxum, in hoc negotio tam ſcrupuloſum extitiſſe, præterquam quod rationes eius non videantur ſubſiſtere, quarum prima eſt, quod *D. Thomas*, mox citandus, dicat expreſſè fieri tantum poſſe *Medicinaliter*, quod *Cukius* explicat, *ex Arte Medica*. 2. Non niſi conſultis Medicis, aut

Lib. 7. diſp 93. n. 39.

Lib 5. Inſtit. maior. tit. 12. n. 261.

aut iuxta Medicorum præſcriptum, & peritiam. 3. Non delectationis, ſed Medicinæ adhibendæ gratia 4. quod hoc eſſet contra Naturam. At hæ rationes nullo modo me movent, vt cum *D. Thoma*, *Ioanne de Friburgo*, *Aſtenſi*, *Tabiena* alijſque, contrarium non ſentiam, nempe (vt *Alberti magni* verbis vtar *eodem num. 26. relati*) poſſe Virum Digitis aperire viam: & certè quare à Medicis, cum non habeant opus ſani Medico, qualis hæc virgo eſſe ſupponitur, in qua nullus planè Morbus, nullus defectus, ſed mera tantum ac ſimplex Virginitas reperitur; vnde cum Medici, & Medicamina ad Ægritudines, & Morbos creata ſint adequatè, his abſentibus, non eſt quod ipſorum operâ vtatur cum deteſtando pudore, præſertim cum obex conceptioni reſiſtens, tam bene à Marito, quam extraneis Medicis auferri poſſit, idque ſalvo meliore iudicio, licitè vel inſtrumento adaptato, vel ipſis Digitis, dummodo inculpati modi, & intentionis moderamen obſervat: & ad rationes à Doctiſſimo *Sanchez* ſupra allegatas reſpondeo, hæc ipſa eſſe *D. Thomæ* verba ab ipſo citata: *Si non poſſet implere Carnalem Actum cum Virgine, & poſſit cum corrupta, tunc Medicinaliter aliquo inſtrumento poſſet clauſtra Pudoris frangere, & ei coniungi.* Hic vox *Medicinaliter* non ſignificat præciſè per Manus Medicorum, ſed idem eſt ac per modum Medicinæ, & non molliter aut laſcivè, qui terminus apud omnes omnino Theologos ſatis vſitatus eſt, ſic enim loquuntur: *Quimanè aliquid ſumit Medicinaliter, ſeu per modum Medicinæ, non frangit Ieiunium Eccleſiaſticum.*

4. d. 34. q. vn a. 2. ad 5. ſum. confeſſ. l. 4. t. 16. q. 212. p. ſum lib. 8. tit. 26. a. vn. q. 1. Verb. Impedim. Imped. 12. n. 26.

Imo ego iudico D. Thomam hac voce *Medicinaliter* vti, non in propria ſignificatione, ſed Figuratè, Metaphorâ ab ipſa Medicina deſumpta, in Ablatione Superflui, & Additione Deficientis tota conſiſtente, & ſicut hæc iuvat ad illa removenda quæ ſanitati obſunt, ita Maritus auferre poteſt quæ conceptionem impediunt; ita omne iuvamen, Cibos v.g. in fame, Potum in ſiti, Penitentiam in peccatis &c: *Medicinæ & Remedij* titulo honoramus: & tantum abeſt, vt Virum ab hoc opere excludat, vt nullius quam ipſius, mentionem faciat, vti patet ex contextu: ſi inquit, *non poſſet implere &c*: quis? Vir, Maritus. *Poſſet frangere.* Quis? vnus & idem, Sed concedamus hanc vocem *Medicinaliter* in propria ſignificatione eſſe intelligendam, an tunc ipſe Vir contrahens excludetur? nullo modo, ſaltem abſolutè, cum & hic poſſit eſſe Medicus, aut Chirurgus: neque vlla eſt facienda vis in numero illo plurali *Medicorum*, nam ponitur apud citatos ab ipſo aucthores numerus certus, pro incerto, ſicuti dicimus: Iudicare an æger teneatur ieiunare, hoc pertinet ad Medicos, ſive hoc ſpectat ad Medicum, quod vnum & idem eſt: præterquam quod fruſtra fiat per plura, quod fieri poteſt per pauciora, præſertim in re tam turpi, & verecunda, & vt ſeptem adſint, ab vnico tantum perficiendum

eſt

eſt opus, idque aliquo inſtrumento, quocumque tandem, nullo exclu quo Medicus, aut Chirurgus vti ſolet, dum Medicinaliter (etiam pr priè ſumendo) operatur, & cum evidens ſit, & Digitos, & Vngues i ſtrumenta fore; quibus concreta ſeparat, clauſa aperit, & connexa dive Anatomus & Chirurgus, neque Digiti excludendi ſunt, cum hi ſecundu Medicinæ praxim, & Arrem, toties Specilli, Dilatatorij, aut Scalpelli ces gerant, quoties maioris quam par eſt Læſionis, aut Doloris ſub periculum, cum melius per Digitos, vtpote tactus ſenſu præditos, qu per ligneum aut Metallicum inſtrumentum cavenda tutius conſervet, frangenda mitius attingat. Dixi ſuperius : *Si Modus ſit inculpatus*, vt ad veniamus, ne laſciva Curioſitas vlterius prorepat, quam honeſta nec ſitas requirit, & tunc nullum delectationis periculum, cum hæc nuda, violenta partium divulſio, hæc ſimplex, ſed Sanguinolenta diſruptio, Digito, ſive alio Inſtrumento facta, dolore ſuo facile Carnis ſtimulu obtundat, ac per conſequens nulli peccato contra Naturam (quod Qua obijciebatur) obnoxia Theologicè, Medicè verò contra, vel præter N turam eſt, ſicuti omnis Naturalis Continuitatis Solutio.

Reſp ad Argum. 1. Si in caſu propoſito, Vir iſte ad Virginem Impote non poſſit probare ſe Potentem ſatis eſſe ad Corruptam, bene proced allegatum Argumentum (reclamantibus tamen alijs, propter rationes ap illos videndas) dicunt tunc citati aucthores, ſi ſe ad corruptam tantum prol verit eſſe Potentem, ipſum etiam cum Corrupta tantum, non autem c Virgine poſſe contrahere, quæ opinio, dico, ſatis validè ab alijs oppug tur, & meo iudicio expugnatur, cum Virgo illa ad talem Virum facili negotio accomodari poſſit, ſicuti in vltimo dubio in concluſione alleg ſatis amplè oſtendimus : adde rariſſimè, depravatis hiſce temporibus, c tingere, quod Viro difficile ſit probare, ſe cum alijs Copulam habuiſſe.

Ad 2. Secundum eandem Scripturam, Maritus & Vxor, *Duo* ſunt *in* C *ne vna*, ita vt vnum quaſi corpus conſtituant, cui Corpori aut Compoſ notalibilis circa Matrimonium defectus adeſt, cui illa pars quæ poteſt, te tur obviare, etiam cum ſuo incommodo, ſi aliter ſanari non poſſit : ſi vni Membro doloroſa ſæpe vincula & ligaturas inijcimus, Cauteria, Cuc bitulas, aliaque Metaſyncritca & Epiſpaſtica applicamus, vt in alio Sang nis, aut humoris fluxus ſiſtatur : deinde quia partus ſequitur Ventrem, p leſque eadem moraliter eſſe cenſeatur cum Matre, lactante aut Nutrice, cauſa efficiens eadem ſit & conſervans, ideo Prole ægra exiſtente, ten Mater etiam bene valens Remedia ſumere (aliud fortè eſt de Nutrice m cenaria) ſi Medici hoc neceſſarium forè iudicent. Denique quæ in Fæ na Cælibe erat, Perfectio, eſſe deſinit in Coniuge, perſecta enim V

non est, quæ illa necessaria media adhibere non potest, vt Matrimonij fines assequatur: quod ex *Ledesma* etiam est colligere, latius de hac re discurrente. 2.p.4.q. 60.col.5. §.sed dub tabit.

Ad 3. Si argumentum hoc solummodo intendat, quod illa quæ intra Bimestre non vult Matrimonium legitimum & ratum Consummare ad hoc non teneatur, hoc omnino certum est, quia spatium illud ipsi à Iure conceditur: aliud de Virgine tali est, quæ cum Sponso rem habens experientiâ docetur, sese præ Arctitudine fore ineptam, quia meritò suspicandum, Sponsum in primo illo congressu, æstroque libidinis percitum, Semen circa Muliebria effudisse, & Matricem Venereis Lenocinijs, ac lascivo osculorum, tactuumque præludio irritatam, illud in sese attraxisse, quod ad Matrimonij Consummationem, etiam absque corporis penetratione, sufficere passim, & communiter docent Casuistæ D. *Antoninus 3. p. t. 1. cap. 11. ante* §. 1. Corduba *sum. quæst.* 178. Sotus 4. *d.* 27. *art.* 4. *vers. causa dirimendi.* Corona Confess. *vlt. parte mat. de Matrim. cap.* 8. *n.* 12. ex Iuristis *Alexander de Nevo*, *Gregorius Lopez* imo hoc verum esse, quamvis Dæmonis ministerio, Semen Viri in vase debito recipiatur, docent *Rossella verb. Impedimentum Imped.* 14. *quæst.* 2. *n.* 3. Sylvester *Matrim.* 8. *q. quæst.* 15. *d.* 2. & quod hoc absque Virginis defloratione, aut Corporis eius penetratione fieri possit, nullus, quod sciam, Medicorum dubitat.

QVÆSTIO XX.

An parere non potentes possint, aut teneantur in Histerotomotociam .i. vivi corporis, & vteri incisionem consentire, vt infans baptizetur?

ARgument. 1. Quod non possit talem Sectionem permittere, videtur hoc modo: Si ideo membri alicuius Mutilatio peccatum mortale sit, quia nemo est sui corporis Dominus, maius erit totum corpus lethali Vulneri, ac per consequens ipsam Vitam evidenti Mortis periculo exponere, atqui in Partu Cæsareo, ac Vteri dissectione Lethale omnino Vulnus infligitur, ergo in illam non potest Mater consentire.

2. Videtur quod sit directa Occisio Innocentis, ideo enim plerique Theologi & Medici similem excisionem detestantur, quod moraliter loquendo, nulla probabilis spes evadendi affulgeat, tum propter horrenda necessariò secutura Symptomata, tum quod non nisi post longam Ægritudinem, aliquot dierum Labores, varia alia Medicamenta, frequentissimos Excludendi Nisus & Dolores, paucis, non nisi Muliere, & Prole iam in extre-

mis constitutis, tam horrendum, & crudele Remedium soleat proponi, nullitatis periculo exponi, cum summopere timendum sit, ipsam Prolem iam maximè debilitatam, Mortique proximam, in tam clamoroso Cruciatu, propter summam cum Matre Sympathiam, in ipso opere extinctam i ergo non potest in similem actum consentire.

SED CONTRA facit illud Apostoli 1. Corinth. cap. 13. v. 7. *Charitas ... omnia suffert* (Cruciatus) *omnia credit* (adversariorum exempla) *omnia sperat* (contrarium sustinentium promissa) *omnia sustinet : sed maiorem hac Dilectionem nemo habet, vt Animam suam ponat quis pro Amicis suis.* Ioann. cap. 15. 13.

3. Videtur quod Mater, periclitante prole, semper teneatur in similem eius excisionem consentire, imò illam vltro procurare, quia omni modo obligatur ad Infantis sui conservationem, ergo & ad illa media, quæ ad vitæ eius conservationem sunt necessaria, etiam cum aliquo damno & periculo, vti in hoc casu clarissimè docent *Alensis*, *Pelbartus*, *Brianſonis*: quod autem aliquale hic tantum, & non Lethale periculum adsit, docent Medici *Francis. Rousset tract. de Partu Cæsareo*, *Gaspar Bauhnus*, *Mauritius Cord* au alijque in corpore conclus. citandi, ergo.

4. p. q. 14. mem. 4. Rosar. 4. tr. de Baptis. cap. 5. in 4. q 4. coroll 2. lit. K.

4. Sicuti Temporale postponendum Æterno, ita salus Animæ, salut Corporis præponenda, in casu autem allegato, nempe in excisione, tantum Corpus matris occiditur, in eius vero omissione, Anima prolis, ergo: nam teste *S. Chrys.* si Animam negligimus, nec Corpus saluare poterimus, non enim Anima pro Corpore, sed Corpus pro Anima factum est: qui ergo quod primum est negligit, & quod inferius est extollit, vtrumque corrumpit, qui verò ordinem servat & quod primum est colit, etiam si negliga quod secuudum est, per primi salutem, salvabitur & secundum. Hæc *Chrysostomus.*

Lib. de Recuper. Lapsi.

SED CONTRA facit clarissima D. Thomæ doctrina 3. part. q. 68. art. 11. a

3. *Non sunt facienda mala, vt eveniant bona :* vt dicitur Rom. 3. *& i de non debet homo occidere Matrem* (adeoque nec mater permittere) *v Baptizet puerum : si tamen Mater mortua fuerit, vivente Prole in Vtero debet aperiri, vt Puer Baptizetur.*

CON-

CONCLVSIO.

Posset Mulier infantis excisionem admittere, si fortè aliqualis euadendi spes affulgeret, nunquam tamen ad hoc obligatur.

QVandoquidem propter varias rationes, â præclarissimis Medicis allegatas, qui de Generatione hominis, Morbisque Mulierum expressis Libris & Tractatibus egerunt, tam difficiles & periculosi partus fiant, in quibus nunquam Fetus non adducitur in Mortis discrimen: cumque parentibus, ipsique Matri Liberorum cura, non secundum Corpus dumtaxat, sed & Animam præcipuè, tanquam præstantiorem, commissa sit, quæ in Æternum salvari non potest, nec fortè ab igne inextinguibili immunis esse, nisi Sacramentali Baptismatis refrigerio munita; non immeritò â Theologis inquiritur, Quænam hæc, Qualis, & Quanta debeat esse Matris sollicitudo, vt fætum suum Sacro Fonti admoveat, & vtrum ipsa, ad hoc vt Infans Baptizetur, Corpus proprium (quod salua Vita vix vnquam contingere posse ostendemus) Incidi permittere possit: vel quod magis est, vtrum illa obligatio tanta sit, vt illa Vulnera, quantumvis Mortifera, sustinere teneatur in Conscientia, Vitamque propriam, sed Temporale, Vitæ Æternæ Prolis posthabere? tota difficultatis cardo in eo vertitur, an semper evidens Mortis periculum, an verò probabilis Vitæ spes similem Sectionem Cæsaream comitetur: pro cuius clariore intelligentia, necessariò sciendum, quid revera sit, & quo modo sese habeat huiusmodi Prolis Excisio. Practica autem & Chirurgica operatio est talis. Vno, hoc est Sinistro, Dextrove latere, pro re nata & nascenda, electo, atramento locus incidendus connotatur, quo recto tramite Abdomen, inter Vmbilicum & Ilia, Tribus, Quatuorve Digitis ab Inguine Pecten versus, secetur secundum rectorum Musculorum longitudinem, incipiendo per totam Cutem, & ad Pinguedinem vsque Vulnus Novaculâ vel Macherâ vt vocant, infligendo, Dimidij circiter Pedis, vel integri Spithami, paulò plus, minusue pro Mulieris statura: post hæc eodem Sectionis tramite, ipsi Musculi Epigastrij secundum longitudinem incidendi, etiam Peritonæum Intestinorum involucrum, & tandem ipse Vterus, à summo ipsius, deorsum inter latus, & anteriorem partem procedendo, & tunc Fætus cum Vmbilico, & Secundinis omnibus, Manu evellendus: in Arte hac scrupulosiores, vbi ad Matricem exclusivè pervenerunt, parva solummodo Incisione facta, quod reliquum est impositis Digitis dilacerant, vt Matrix, ita secundum Fibrarum rectitu-

dinem disrupta, citius coalescat in Vivis, in mortuis Mulieribus etiam ide præstandum, ne tenerrima creatura à ferri cuspide lædatur. His perac (Scropham cogita, cui Veterinarius Matricem exemit, seposita compar tione) Vtero in locum suum collocato, Abdominis Vulnus iterum co suunt, non modo vulgari, sed illius Suturæ genere adhibito, quod Cl rurgis *Gastroraphia* græce dicitur, & hic Modus est, qui à Cæsarei Part Amatoribus describitur: nunquam enim neque vidi, neque videbo v quam, nisi conscientia, fortè iam minus instructa, melius de laniena i Testimonium perhiberet. Hanc Prolis Excisionem, non *Partum Cæsareu* quia partus non est, inquit, sed *Sectionem Cæsaream* vocat *R. P. Theoph lus Raynaudus*, vtrum à Iulio Cæsare, vtrum à Scipione Africano, vtru à quodam è Ventre Matris exciso, videat apud citatum Aucthorem lati & doctius de hoc nomine discurrentem.

De ortu Infanti. contra Nat. cap. 1. §. 11.

Vlterius ad rem ipsam, de qua Quæstio, pergendo, varijs in via Quæstiu culis obviamus, quibus per transennam, propter Materiæ affinitatem etia faciendum satis. Primò, vel Mater mortua, Prolesque adhuc vivit, tunc ait *D. Thomas*, debet Aperiri, vt Puer baptizetur, & hæc sententi convincente ratione, fit evidens, & quia omnium omnino Theologoru communis est, neminem enim hactenus contrarium vidi, nullum teste adduco: in Foro etiam fori idem supponi, vel factum tradi patet ex *V piano L. Posthumus vers. simili modo ff. de inofficioso testam. L. etiam ea ff. verb. significat.* His non obstantibus, sicuti *Alphonsus à Castro* particular omnium hæreticorum sectas, falsasque opiniones impugnat, ita *Rodericu Castro* communem Medicorum doctrinam, & verissimam sententiam o pugnat, vno cum assecla mox citando; idque hac rattione, quia Mat mortua, omnis Cordis infantis motus subito cessat, sine quo tamen Vi non potest subsistere: quæ Opinio certè tanto Medico omnino indigna hoc fortè *Galeni* documento decepto: *In confesso sit, Respirationem à vi & Vitam à Respiratione separari non posse adeo vt Vivens omnino spiret, & Spira omnino vivat.* Sed respondeo Viri doctrinâ & experientiâ Clarissimi, C in Fætu otiari & quiescere docent, idque propter multas & vrgentes ratio nes à *Ioanne Riolano in Anthropographia sua* allegatas, & à *Laurentio*, *Wi clero* alijsque motas: Præterea non advertit *à Castro* quod Galenus alibi note Transpirationem in Fætu vicem Spirationis obire, hancque non solum p Arterias, sed per Anastomoses Venarum cum Arterijs fieri. Hoc saltem i dubitatum est, Embryonem per Os non Spirare, ex quo simplicitas igno rantium Obstetricum (omnibus tamen Medicis, vt iactant, doctiorum proditur, quæ Matre mortua statim Pedes gravidæ divaricant, & Clavem aut bacillum Ori imponunt, vt aër per Ora sic adaperta ad fætum ipsu

3. q. 68. a. 11. ad 3.

Lib. 4. de Morb. mulier cap. 3. in scholijs.

Lib. 6. cap. 5.

Lib. 6. cap. 8.

pro

prorepat, & refocillet. Denique quamvis contrarium, nempe Cor & Pulmones in Fætu cieri verum foret, omnisque inspiratio illa benefica, & Vitalium Spirituum subministratio, per Matris obitum cesset, non est operosum ostendere, Vitam Fætui ad notabile etiam temporis spatium superesse posse per subsidiorum Matris adhuc Viventis collationem: quod enim non tam subito fiat Spirituum, iam in Fætum transmissorum, & in Vasibus Deferentibus contentorum exinanitio, ostendit agilitate sua lacerta, & Anguilla etiam Capite abscisso, & in Capite plexo truncum Corpus & Carpus aliquamdiu Pulsum retinens: imo tanta vi adhuc pollent vitæ reliquiæ, Animæ influxus & Spiritus in via intercepti, ut Sermonem decollatione interruptum, abscissum Caput aliquando continuaverit, Labijs & Lingua visibiliter perfecerit.

Inutilem hanc Matris mortuæ Incisionem putat *Ioannes Varandæus*, eo quod Fætus materno Vtero conclusus, non alia, quam Materna vitâ subsistat, atque adeo prorsus necessarium sit moriente Matre, Fætum ipsum quoque mox extingui, & ne vel ad brevem morulam, qua Sectio Materni Vteri peragi possit, esse superstitem. Sed hic Philosophorum quorundam olim error, dicentium nempe: Animam à Matris Anima distinctam fætui post partum dumtaxat induci, iam obantiquatus & dudum meritò explosus, Ratione & aucthoritate contrarium demonstrante: non enim nisi duplex Vita est, Essentialis nempe & Accidentalis, prima nihil est aliud, quam ipsa Anima corpus informans, alia est Actus Animæ secundus, sive eius operatio. Quæro iam cum *Riolano*, quanam Vita à Matre deprompta ex his Infans fruatur, an Essentiali? essentialis Matris forma, vtpote à subiecto suo inseparabilis, nullo modo potest Fætui communicari: neque etiam Accidentalis Matris Vitæ fit particeps, quia hæc ab Essentiali ita necessariò dependet, vt nunquam sine illa sit invenibilis: vnde si quidquam Fætui communicaretur à Matre, esse deberet Facultas Vitalis, quæ non est nisi Facultas, seu Potentia quædam ipsius Animæ, ac per consequens nil nisi merum Accidens, quod non migrat de vno in aliud subiectum. Concluditur itaque à Matre tantum Sanguinem Spiritusque Fætui communicari, quæ cum ipsa non vivant, neque Vitam largiri etiam possunt, sed Animæ solummodo operationes adiuvant, & perficiunt. Quod autem Facultates Maternæ animæ, omnino à facultatibus Fætus sint diversæ, patet ex contrarijs actionibus & motibus vno eodemque instanti simul elicitis, dum hac vigilante, Fætus quiescit & è contra, hac moriente, quod magis est, hic supervivat, & è contra. Vnde *Tertullianus* loquens de Veteribus Philosophis illis de quibus supra (*Hicesi*, *Ænesidemo* varijsque Stoicis apud *Lactantium*, *Plotinum aliosque* videndis) Puduit, inquit opinor illos hoc statuere, quod

Lib. 2. de Morb. mulier. c. 7.

Lib. de Anima cap. 25. & 26.
Lib. de Opif. Dei cap. 17.
Lib. 1. de Dubij Anim. cap. 19.

 Fæ-

Fæminæ agnoſcerent. At quanto roboratior exitus, à Fæminis revin quam probari? in iſta namque ſpecie nemo tam idoneus magiſter, & ar ter, quam ſexus ipſius. Reſpondete Matres, voſque Prægnantes, voſq Puerperæ; Steriles, & Maſculi taceant: veſtræ Naturæ veritas quæritu veſtræ paſſionis fides convenitur. An aliquam ſentiatis in Fætu vivacitate alienam de veſtra: de quo palpitent Ilia, micent latera, tota Ventris a bitio pulſetur, vbique ponderis regio mutetur? an hi motus gaudia veſ ſint, & certa ſecuritas, quod ita Infantem & Vivere confidatis, & luder an ſi deſierit inquies eius, illi prius pertimeſcatis, an & audiat iam in vob cum ad novum ſonum excutitur...... Si Alimonia, Inedia, Crementa, D crementa, Pavor, Motus, Tractatio eſt Animæ? his qui fungitur, Vi denique deſinit Vivere, qui deſinit fungi? qui autem & mortui, niſi prius vivi........ Poſſumus illos quoque recogitare, qui Execto Matris tero vivi aërem hauſerunt, Liberi, Scipiones: hæc *Tertullianus*, nam pr ter rationes & Aucthoritates, quotidiana etiam Experientia mortuæ Secti nis Matris vtilitatem demonſtrat. Præterquam enim quod *Libavius* noſter *bro de vagitu Vterino* expreſſo, *Albertus Magnus* & *Solinus* referant embryon quoſdam in Vtero ploraſſe: & *Livius* narrat Infantem adhuc in Ma Vtero Io TRIVMPHALE clamaſſe: *Servius* inter Cæſones Æſculapium nun rat, ideoque Apollinis filium dici, quod hic Medicinæ Deus ſit: Cæſo autem Medicinæ beneficio veniant ad lucem, ſintque hanc ob cauſam o nes Phæbo conſecrati iuxta illud de Lyca:

Lib.20.de Animalib cap.3. *Lib.24. ad 7. & 10 eneid.*

Inde Lycam ferit exectum iam Matre perempta,
Et tibi Phæbe ſacrum.

Lib.10. Eneid. *Lib.7.cap. 9.*

Manlium, qui Carthaginem cum exercitu intravit Cæſonem fuiſſe, ſ bit *Plinius.* Hiſpanici plerique ſcriptores prodidêre Anno Chriſti 923. *S cium Abarcam*, poſtea Vaſconum Regem, trucidato per Arabes Gar Eneco, patre, & Vxore eius Vrraca, eodem hoſtili incurſu per Vul lanceâ acceptum Infantem emiſiſſe. Matris corpore paulò poſt mortem eti exciſus fuit Burchardus Comes, inde *Ingeniti* nomen adeptus: etiam Ger dus Conſtantienſ. Epiſcopus teſtante *Bruſchio*. Scribit *Molina* Ducem Al num, ſuperiore Sæculo tumultibus, ac Bello in Belgio noſtro famoſ Matre mortua fuiſſe exectum: At ne longus ſim plura videat curioſus ctor apud *Diomedem Cornarium*, *Marcellum Donatum*, *Horatium Eugeni Carolum Stephani*, *Cornelium Gemmam*, *Schenkium*, *Paræum*: Et ne F tum cruciatibus ipſam Sectionem comitantibus imparem putent adverſa in obſidione Bredana militis Vxor gravida Tormento Bellico diſcerpta fu Prole incolumi exiliente, quam puellam Marchio Spinola Iſabellæ Arc duci dono miſit, apud quam honorariam Domicellam egit. Minus di

Anno 959 *Anno 1001.* *Tract.2.de iuſti diſp. 624.n.1.* *Hiſt.Medica.mirab.in hiſt Medic lib. 5.epiſt.2. cap.11.* *Lib.3.de diſſect.parte corp.hum.*

F

Fætum ſepe tam validum fuiſſe, Matre per plures horas, imo dies extincta, vt ſe ſe ipſum proprijſque dumtaxat viribus, ex Involucris ſuis expediverit, Vteri ergaſtulum effregerit, & ſponte ſibi viam ad hanc lucem fecerit, plures Authores fide digni, & veriſſima exempla atteſtantur: Mortuas peperiſſe Ter in vita ſua vidit *Salmuth*: idem aſſerit *Sphynx Theologico Philoſophica*: & *Thomas Bartholinus* Anno 1638. Lugduni Batavorum: & in Coppenhaven Anno 1653. *Ioannes Riolanus*, *Andreas duchemin*, *Abel Brunier* ſuper talem eventum in nobilil Domina familiæ de Berge ad conſultandũ fuere convocati. Vnde cum indubitatum ſit, Fætum diſtincta animâ vivere, adeoque non ſimul cum Matre neceſſariò emori, ſed etiam per horas aliquando poſſe ſupervivere, non ſolum vtilis eſt hæc Matris Sectio, ſed etiam tam neceſſaria, vt ſupra laudatus *Theophilus Raynaudus* aſſerat, gravem neceſſitatem inijci idoneo miniſtro, ita vt ſi operam ſuam vel neget, vel abſque conveniente cauſa differat, peccet mortaliter: quia abijcit proximum in extrema ſua neceſſitate Spirituali, cui ſubvenire, ne æterna beatitudine ob Baptiſmi defectum excidat, graviter tenebatur. Alij item quorum intereſt, vt Pater, Propinqui ac ſimiles, vel in eorum defectum, publicæ rei ſpiritualis, aut temporariæ Curatores, gravi obligatione aſtringuntur, ad hoc beneficium, cuius fructu per totam Æternitatem fruetur, promptè infanti procurandum per Matris Diſſectionem, quam primum de eius Morte conſtiterit.

Cent. 2. obſer. *Obſerv 36* *Obſerv Anatom.* *Obſerv. 99*

Secundo, vel infans mortuus eſt Matre ſuperſtite, idque fieri poteſt bifariam, nempe in ipſo Partu, vel Vtero ſaltem, Partibuſque Genitalibus ad partum iam diſpoſitis: aut Infans ante debitum Partus tempus iam obijt, nullis Partus ſignis apparentibns? Tunc cum totum pariendi opus, ac labor iam ſoli Matri incumbat, inanimato Fætu nihil ad ſui excluſionem conferente, ac ipſa per conſequens Mille Vitæ periculis exponatur, Quæſtio movetur, vtrum Mater in hoc caſu fætus Extractionem violentam, Sectionemve Cæſaream poſſit admittere, an verò ad eam etiam non obligetur procurandam? ad quæ reſpondeo, ſi ſuccurrendi occaſio per Medicamenta non ſuppetat, Artificialem huiuſmodi & Sectionem, & Extractionem, tanquam Remedium dubium, probabilem tamen evadendi ac vite ſpem promittens, licitè poteſt certæ morti præponere, idque dico omni alia evadendi via occluſa, alijſque Medicorum auxilijs nihil conferentibus, nam, vel Naſonis conſilio,

Cuncta prius tentanda, ſed Immedicabile Vulnus,
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Quod ideo addo, quia mihi ſaltem hactenus nunquam ad eijciendum Fætum mortuum efficacia defuere remedia, in tempore debito accerſito: hoc autem

autem elapso, nulla evadendi spe, ex Medicorum sententia affulgen
præstaret, & pro patientis commodo, & pro Artis honore, à tam crud
Lib.28. proëunt. li Chirurgia abstinere. Dico secundò cum *Plinio*: Vitam quidem non ad
extendendam censemus, vt quoquo modo protrahenda sit; & cum The
logis ferè omnibus neminem teneri Vitam suam conservare, adhibitis rem
22.q.65. art.1. dijs quibuscumque, vel summorum Cruciatuum illativis, ita *Bannes Sa*
Ibid.con. *Torres*, *Lessius*, *Bonacina*; adeoque nunquam Mater obligatur ad fin
trov.2. lem extractionem, aut Sectionem admittendam, neque alius quispia
t.2. in 22. ad illam adhibendam, nam obligatio aliorum (quod pro casu principalio
dis.29.de de quo mox, notandum) ad Sectionem adhibendam, necessariò supp
Iust.cap 9. nit aliam in Muliere obligationem illam tolerandi: si iam mulier non tene
disp.2.de tur, adeoque renuat Sectionem recipere, indubiè, per se loquendo, a
restit.4. exoluuntur obligatione illam inferendi, vti notum est ex proportione
vlt sect.1. obligationem sumendi, vel prebendi alia Remedia, in alijs Morbis.

Tertiò (& hic Nodus) de illo casu iam dicendum, de quo in Qu
stionis initio ceperamus discurrere; respondeo itaque quantumvis parva s
felicis successus affulgente, licitè propriam Vitam temporalem potest M
ter, Vitæ sobolis Spirituali ex Charitate postponere, sicuti Pastor Bon
Animam suam ponit pro Ovibus, & si insigni fortitudinis virtute prædi
Offic.1. corporis Dissectionem admittat, illius *D. Ambrosij* doctrinæ memor:
magnæ mercedis est à Morte eripere Carnem quamquam morituram, qua
ti est meriti à Morte Animam liberare in Celesti patria sine fine victuram
verò proprijs viribus diffisa, Sexus sui Infirmitatem habeat suspectam, p
se, ac in sui solatium, omnia illa exempla trahat, quibus plures non sol
De part. evasisse, sed & postea adhuc fœcundas remansisse scribunt *Franciscus Rou*
Cæsar. *Mauritius Cordæus Comment. 1. ad Lib. 1. Hypp. de Morb. Mulier. text. 11.* Bau
sect.1.c.5. nus *in append. ad Rousset.* Kentmamnus *Libello de Calculo*, Paulus Ægineta *Lib*
Cap. 88 Matthias de gradibus *Comment. ad cap. de exitu & disposit. Matric. Lib.*
Rhasis *ad Almansor.* in illum finem citati à *R.P. Theophilo Raijnaudo de Ortu Inf*
tium contra Naturam per Sectionem Cæsaream tractatione eruditissima, om
que numero absoluta quondam edita, in qua tam doctè & artificiosè cont
riam huic nostræ sententiam suam describit & munit, vt nisi quis Anatom
& Chirurgiæ scientiâ melius instructus fuerit, illi cogatur manum trade
Cap.7.§.4 Negat Raijnaudus Mulierem posse Vteri Sectionem admittere si Lethal
2.Reg.1. (qualem ego semper esse iudico) quia nemo est Dominus Vitæ suæ, & An
lecites Saulis quamvis consentientis Interfector, à Davide homicidij r
habebatur. At in primis potest Mulier sibi persuadere hanc Sectionem n
esse Lethalem, hancque esse sententiam probabilem (quamvis mihi talis n
videatur) cui sese conformare fas est: deinde non est in eius libertate, aut po

sta

ſtate ; Vitam in illo caſu conſervare, nam deſperato Naturali Partu, vti dictus Authhor ſupponit, ſive à Chirurgis aperiatur, ſive derelinquatur, etiam deſperata eius Vita eſt, vtpote quæ putreſcente Fætu non diu poteſt ſubſiſtere, vnde hunc vel ſimilem ſecum conceptum format: ſi Fætum hunc parere non poſſim, & Exſectionem eius permittere non velim, neceſſarium eſt, vt moriatur in Vtero, eiuſque fætidum, ac virulentum ſepulchrum, & meum infallibiliter procurabit, præſtat itaque per Corporis Apertionem, Cælum meo parvulo aperiendo, minus è duobus malis eligere, ſicuti ex altiſſimo turri incenſa, poſſet ſe dare præcipitem, vt, ſi evadendi ſpes nullibi habenda, crudeliſſimam Combuſtionem eludat; quæ in deſperatis, & tedio Vitæ laborantibus locum non obtinent, quia hi etiam non vrgente neceſſitate, &, extra evidens Mortis periculum poſiti, vltrò Morti obviant, Mortale Vulnus, vel ab alijs permittendo, vel ſibi ipſis inferendo: Mulier autem in hac perplexitate, cum vtrumque Mortis genus evitare non poteſt, ex neceſſitate virtutem elicit: nam teſte *Chryſologo*: In deſperatis cauſis eſt ſæpè magiſtra neceſſitas: invenit ipſa ſibi paſſio Medicinam: & vt alius: etiam prava conſilia neceſſitate honeſta fiunt; Quælibet ſtatio tempeſtatem fugientibus pro portu habenda eſt, inquit *Strada*, & clarius alibi: In præcipiti malo temeraria interdum Remedia non imperitè adhibentvr. *Sermon 35* *tom. 1. lib 9.* *lib. 10.*

Nego autem abſolutè (quod ſecundum erat Quæſtionis membrum) Mulierem vnquam ad Diſſectionem ſui permittendam, multo minus procurandam obligari, vt Baptizetur Infans: & ideo fortè *Doctor Angelicus in §. Sed contra*, hic citatus, non dicit *nunquam poteſt*, ſed *non debet* homo occidere Matrem, vt Baptizetur Infans: & quia hæc eſt communis Theologorum, Sunmiſtarum, Canonici Iuris peritorum, & Medicorum omnium, paucis Neotericis exceptis ſententia, lectori tedioſum foret ingentem Authorum catalogum recitare, è quorum numero Quadraginta, ad minus ab ipſo *Raynaudo* citantur, in infallibili hoc Apoſtoli axiomate fundati: *Non ſunt facienda mala, vt eveniant bona*, Malum autem, & quidem ſceleratiſſimum, Innocentem Matrem realiter, & directè occidere; & vt dubitetur an per Sectionem Cæſaream ſemper Mori ſequatur, quod tamen clarè me iam oſtenſurum confido, Peccatum Mortale eſt, inquit optimè *Poſſevinus*, & occidere, & exponere ſe periculo occidendi: nam, quod ipſam iam Matrem tangit, *Qui amat periculum, peribit in illo*, quod ſi Sectionem amare non poſſit, quia periculoſa ad minus, nullo modo ad illam admittendam tenebitur, quod ſic demonſtro: vel enim obligaretur, ex Iuſtitia, vel ex Charitate, neutrum eam obligat, ergo ex nulla ratione tenetur. Probatur primum. *Cap. 2. §. 2. 3. & reliq.* *Lib. de Offic. Curati cap 6. num. 19.*

Non obligari ex Iustitia, Tametsi enim homo non est propriæ vitæ D
minus, tamen ex Dei veri eius Domini concessione, homo Custos,
ministrator, & Tutor est Vitæ suæ: quod Ius Custodiæ tam prætiosum
inquit *Raynaudus*, vt præcellat omni Iuri, quod quisque habet in prop
actus, quod tamen Ius plenum est, & veri Dominij, vnde sicut viola
Ius hominis cum absque causa impeditur actionum suarum exercitium, q
author Naturæ eius dispositioni subiecit; ita multò magis violatur Ius ho
nis cum impetitur eius Vita: contra quam Violationem Custodiæ, ac
telæ quam pro vita vnusquisque gerere debet, sese licitè & laudabiliter
fendit, etiam cum permissiva, & accidentali Innocentis Occisione:
Furiosum, & Insanum invadentem insontem, quia amentem adeoque n
liberè agentem, si evasionis alius non pateat exitus, occidere licere
Lib. 1. q. 38. lib. 2. de rest. 1. cap 3. In clavi lib. 7. cap. 10. cent *Corduba, Petrus à Navarra, Sayrus*, & alij quamplurimi: ita licitum pr
nanti est, etiam cum præviso Abortu sese ex alto dare præcipitem, vel ce
ri fuga sibi consulere, ne Latrones vel Feræ eam invadant, quamvis
cessiva agitatione, ac violento motu, Mortem prolis prævideret, vti
communis Theologorum sententia: quia in Iure, potior est causa Posside
tis, & causæ à quo Proles habet vt sit, at par non est, vt doctè idem Ra
naudus, beneficentiam in alium, conferenti noxiam fieri, & vt ef
ctus servetur, Causam perire. Ipse sanè effectus (Proles) si ratio
vsu polleret, non posset absque insigni Ingratitudine indemnitatem sua
cum Matris ruina, captare. Quod ergo Fœtui præeligendum foret,
ratione vteretur, essetque in sua potestate situm, si per Matrem fiat,
improbandum?

Neque obligatur ex Charitate, vtpote quæ, dum bene ordinata; i
cipiat à seipsa, neque perpetuum eius Præceptum est, corpoream nostra
æterni proximi saluti postponere, quod totum fundamentum illi
obligationis est, cur prægnans eligere tenetur certæ morti exponi, qua
Puero prohibere Baptismo: hoc enim verum si foret, omnia etiam iusti
ma Bella, & tantum defensiva essent condemnanda, vti monet *Molin*
Tract. 3 de Iust. disp. 13. illicitum enim foret, adversarios cum Lethali Peccato in nos bellantes, L
tho dare, quod nemo non videt èsse ridiculum. Vnde præceptum illud cu
doctrina *D. Thomæ*, commodè, & sano sensu intelligendum est, nemp
ne quis Amore vitæ suæ conservandæ, inquit *Ioannes Sanchez* non præst
consilium proximo patrandi scelus: sive quod positivè ad necem Spiritu
Disp. 10. select. num. 9. lem ipsius non concurrat, quia tunc Amans Vitam Corporalem suam, Æ
ternam perdit, peccato depravati consilij intercedente. At quod no
omittat providere Animæ proximi, ob conservandam propriam Vitam

no

non affirmat D. *Thomas*: nisi fortè in casu, quo pactum intercessisset, de non omittenda Cura Animæ proximi, etiam cum periculo propriæ Vitæ. Addit idem *Sanchez*, Doctores illos, qui absolutè, & sine vlla restrictione sustinent obligari hominem vitam suam corporalem posthabere spirituali vitæ proximi, *Aberrare sanè, & quod ipsi nequaquam exequerentur, cæteros exequi esse obnoxios, docere.* Eius etiam sententiæ est *Naldus*, ita à P. Raynaudo citatus: hic cum Navarri sententiam proposuisset, qua instante Mortis periculo (atque adeo in casu de quo agimus) negavit fas esse scindere Vterum Matris, vt puer Batizetur, addit Naldus: Ad virtutem obtinendam potest (nota eum non dicere *obligatur*) quis propriam Vitam prodigere, iuxta illud: *Maiorem Charitem nemo habet &c.* certum autem est Præcepta affirmativa, ex quibus illud est. *Ponere Animam pro salute proximi*, non pro omni tempore obligare, neque semper in gradu excellentissimo, vti in actibus Charitatis, Misericordiæ, Fortitudinis &c: clarè patet. Imo vetamur, secundum *Vasquez*, directè &, immediatè, in Vitam ipsam, eiusque conservationem, ac prorogationem insurgere: quod illi faciunt, qui per asperitates nimias, vitam sibi sensibiliter, & notabiliter accidunt, & prorogatione impediunt: idemque multò magis, circa fæminam prægnantem faciunt, qui eam Secant, cum nō affulget spes boni exitus sed certum moraliter est, interitum illi accelerandum, aut inferendum vi Sectionis (quod clarè ostendere conabor) vnde nec debet, nec potest ad levandam summam necessitatem Spiritualem Prolis, vel vrgere, vel consentire (nota) vt cum tali peccato (homicidij nempe) Secetur, quia Charitas non potest obligare ad peccatum ita *Raynaudus*: nam quod Æterna Infantis salus periclitetur, non solum per accidens se habet respectu Matris, sed etiam fit invita ipsa, & deplorante; neque sufficit ad hoc vt sit Causa Moralis, effectum fuisse prævisum, sed debet etiam esse Intentus: vnde cum innocens Mater, nec Causa Physica sit, nec Moralis, nullo modo pèr se occidenda est, propter illud quod contingit per Accidens.

V mulier num. 2.

V. vita vers. 9. & 9.

1. 2. d. 162. num. 25. & 26.

Dices, qui ponit obicem, prohibetque opus aliquod necessarium, & bonum fieri, censetur istius omissionis causa: sic foras occludens, ne Sacerdos v. g. Prolem moribundum Baptizet: ne Die Paschatis Sacrum dicatur &c: peccat Mortaliter, tanquam Causa huius mali effectus: Sed dico, magnam hic esse Disparitatis rationem, tantum enim abest, vti iam diximus, vt Mater voluntariè foras occluderet, quod ex toto Corde & animo illas reserari desideret, neque aliter agere in eius potestate est, nisi cum iniquissima hac conditione, vt sit vitæ suæ prodiga: vnde concludo, quandoquidem impedimenta illa, & obex ab agente Naturali procedant, nemini Baptismi omissio imputanda. Piè itaque confidendum, quod melius sibi ob-

 ijcit,

ijcit quam reijcit *Raynaudus*, per nostras Præces, & Orationes pro his parvul effusas, Deum fortè eis ignoscere, nec imputare Baptismi defectum, vti doc *Gerso, Gabriel*, & apud *Augustinum*, *Vincentius Victor. Caietanus* contend in ea summa realis Baptismi administrandi difficultate, verius im possibilitate, eius locum supplere Parentum præces, & Fætus oblationem vti fiebat in Lege Naturæ, & Mosaica, cum Fœminæ nunquam, mares auter non ante Octiduum circumcidebantur, cuius doctrinæ etiam est *Hugo Vict rinus*, *Tilmannus Segebergensis*. Sanè cum in alijs quibusdam eventibus gravissi mi Doctores, arbitrati sint Deum supplere defectum Baptismi re ipsa irri nec nisi in speciem validi, ob iniquitatem Ministri, Intentionem, v Materiam necessariam non adhibentis, multò magis videri poterit, eade benignitate vti voluisse erga parvulum, immedicabiliter laborantem, n cessariò Salutis Remedio planè prohibitum, de quibus vide *Sylvestrum*, *Valentiam*.

Tom. 3. serm de Nattvit. Deip consid. 2. In 4 d 4 q 2. Lib 3. de Origine animæ cap. 9. 3. p. q 68. art. 2. Tract de sacram. leg. nat. Lib. de sacram. cap. 3 de Baptismo. V. Baptismus 1. num. 5. & 7. 3. p d. 3. quæst. 5.

Nunc ad R. P. *Raynaudi*, sæpius cum laude citati, fundamenta descend quibus probare conatur spem boni eventus in Sectione Cæsarea semper a fulgere, ac per consequens, illam non solum esse licitam, sed & ita n cessariam, vt prægnans illam sollicitare, & procurare teneatur, quo cum opinioni meæ sit directè contrarium, & fundamenta huius decisio ex Medicinæ principijs dependeant, non ægrè feret subtilissimus Theol gus, si Medicus, Anatomicus & Chirurgus cum ipso litterarium certame ineam, sed modestum, quale illos decet, inquit *Vander Milius*, quoru didicisse artes ingenuas emollivit mores: Aucthoritati non oppono Autho tatem, sed Rationes Rationibus compono, hæ autem, quibus proba conatur Sectionem Cæsaream ex se ipsà non esse Lethiferam, neque D rectam Occisionem (in quo totus rei cardo vertitur) sunt quæ quuntur.

Cap. 5 §. 3 Ratio 1. Probatio sententiæ à nobis positæ, dicit, ducenda est ex e quod per Sectionem Cæsaream Mater alioqui ferè certo moritura, putr scente intra eam Fætu, servanda sit incolumis vel saltem liberanda imm ni illa Lavienâ, quam describit *Tertullianus*, dum Fætus emortuus frust latim extrahitur, violento (vt ille appellat) puerperio: quod autem p Sectionem Cæsaream sit servanda incolumis (nam de prolis incolumita addit) vix erit qui neget eam posse probabilissime sperari, patet per.

§. 5. 2. Exempla quæ fideliter citat.

§. 10. 3. à Simili, tales sunt Extirpatio membri, in qua sistendo Sanguini a moventur Candentes Laminæ: Paracenthesis Hydrope laborantium: L ryngotomia: Perforatio Pectoris, & lateris: Vesicæ in Perinæo Sectio Calculi exemptionem: Castratio Turcica in qua totum cum Scroto membru resecatur.

4. Si Mors Matris per Secationem Cæsaream inveheretur, oporteret id fieri, vel ob sectionem Epigastrij, sive Abdominis; vel Membranæ Musculis abdominis subtensæ ./. Peritonæi; vel ipsius Vteri, atqui ex nullo horum capitum Mors Matris iure timenda est, adhibita Sectione Cæsarea, igitur illa, vrgente extremo necessitatis articulo, licita est & honesta. Hæc sunt quæ R. P. Raynaudo fidem faciunt, Sectionem hanc non esse Lethiferam, quæ si veritate destituantur, nobiscum expressè fatetur, illam nullo modo licere, itaque eventilemus, vt tam magnum Virum ad nostras ducamus partes, qui hæc Medica tam doctè & curiosè tractavit, vt, si mea hæc Theologica tam bene successerint, magnam rem me præstitisse putavero sed ad rem primamque rationem itaque. §. 17.

Dico quomodo Mater post tam vehementes Labores, tam frequentes Nisus, & irritos Conatus, tam generosa, magnamque vim Naturæ inferentia, imò etiam (quamvis Sectione hæc minus) suspecta Remedia, iam in extremis constituta, vt ipse met supponit, ex tam crudeli operatione, ingentique Vulnere, supermanere possit incolumis, docebunt nostræ ad singula responsiones. Immanis Laniena de qua Tertullianus, est, *quando in ipso adhuc Vtero* (dicit) *Infans trucidatur*, quod postea vocat, *viventis infantis peremptorium*, sed ad hanc necessariam crudelitatem, vt addit, non magis Matrem obligari iudico, quamvis licitam, quam ad Sectionem Cæsaream admittendam, quandoquidem Sanguinariæ hæ operationes, quoad moraliter certam Mortem inferentes, parum differant, quoad Cruciatum verò multum discrepantes, cum in hac ipsum Matris, in illa Infantis tantum corpus incidatur: dico quidem vtramque fore licitam, casu quo vtrique subveniri non posset; verum vt ingenuè fatear, cum Matre & Fætu superstite, semper spes notabilis affulgeat (loquor Decies expertus) sese mutuos dum per commodata Remedia roborantur, & irritantur, ad meliorem successum iuvaturos, nunquam à Conscientia mea impetrabo, vt vivum Infantem in Vtero Matris patiar incidi. Mortuus autem Fætus, cum facilius extrahi possit, vti aliquoties à peritis Chirurgis fieri vidi, & mandavi, non est necessarium in Vtero putrescere. Quoad prolis in hac Sectione incolumitatem, ego, quamvis aliquo modo confidam, nego tamen apertè eam probabilissimè posse sperari: idque propter indivisilem, Naturalem, adeoque Necessariam Prolis cum Matre Sympathiam, si enim ambobus iam in extremis (debilitatibus, vitæ terminis) positis intolerabilis Sectionis dolor superveniat, infantem, vtpore tenellulum, Matrem in Morte preituram, cum fundamento timendum est, nam inde fit, quod ex viginti Prægnantibus, uti affirmat *Riolanus* Regis Galliarum Primarius Medicus, in enixu morientibus, vix vnus, aut alter Fætus Secto Matris Vtero extrahitur

Lib. de Anim. cap. 25.

Antropolog. lib. 6. p. 399.

hitur vivens, quamvis hæc Sectio ordinariè immediatè post Matris Exanimationem soleat fieri.

Ad 2. credo viris fide dignis, exempla quædam adferentibus, quamvis alij Relatione tantum, alij ex transscriptione narrantes, Affirmantium numerum adaugeant: nego tamen Consequentiam inde illatam: ergo Sectio Cæsarea per se non est illativa Mortem: per se enim Lethale Vulnus non voco, quod semper, vbique, & infallibiliter Mortem infert, quale est abscissio Capitis; sed illud, quod quantum ex se est, & ex parte sui, semper Mortem inferre capax, & natum est, nisi aliunde tales, aut tales extraordinariæ, & vltra communes omnino circumstantiæ illud impediant. Quis enim neget Vulnus in Capite cum Cerebri notabilis partis amissione, inflictum in Pulominibus, in ipso Corde, non esse per se Lethale, quamvis Medici, etiam omni exceptione maiores, similes viderint Sanatos, & post mortem in corde cicatrices, vulneribus ab annis inflictis in Thorace & pectore correspondentes: itaque non dico Sectionem Cæsaream infallibiliter, & necessariò, adeoque semper, sed ita per se, & moraliter certò occidere, vt casus Metaphysicus sit quampiam evadere, sicuti sunt & exempla iam à me allegata, vndè si Sectionis huius amatores infortunia, sinistrosque ex ea successus, cum exemplis suis rarioribus conferrent, videremus puto, ex Mille vix vnam, aut alteram salvari: hoc est dicere, quod
7.Colli. nobis reliquit insignis Arabs noster *Averrhoes: Vt in natura, sic sæpe in medicina fiunt monstra, vt desperati etiam sanitati restituantur.*

Cap.6.S.2 Ad 3. Ideo dico cum Raynaudo, ægros ad tam atroces operationes admittendas nullo modo obligari, quamvis non sint æquè, vel magis (vt ipse tamen putat) periculosæ: & vt de singulis agamus, præterquam quod rarissimè in Brachij, Crurisvè Extirpatione Candentes Laminæ, & Cuspides quidem admoveantur, multo facilius, per Ligamentum antea iniectum, Vasa omnia comprimens, per Interceptionem Vasorum, & Ligaturam, per Pastas, Pulveres, Fungos &c: Sanguinem sistunt; ita quidem, vt pluries Brachij, Crurisve Abscissionem viderim, in qua vix Quinque Vnciæ Sanguinis effluxissent. Denique cum Venter propter mollitiem, & partes contentas difficulter obligari, & comprimi possit, non tam facile aut commodè, vt aliud membrum, ad reunitionem, & Cicatricem perducitur. Quod si *Besel*, Paracenthesis Hydropicorum, à Raynaudo rectè inter Letha-
Disser.199 lia Vulnera ponatur (ideo etiam à *Petro Aponensi*, alijsque mecum Medicis reijcitur, & improbatur) quæ non nisi simplex Ventris Penforatio est, quid de Vulnere dicendum Dimidij Pedis longitudinem habente? & simili fere modo, de Incisione Gutturis, seu *Laryngotomia* discurrendum, cuius ideo nullam omninò mentionem fecit Hyppocrates, vti nec eius sequaces *Benedictus*

dictus Faventinus, *Massarias*, *Villanova*, *Calmeteus*, & alij non nisi cum temeritatis maximæ nota, vti *Abucasis*, *Aquapendens &c:* alia Vulnera cum parva nimis sint, minorisque momenti, quam vt cum Hislerotocotomia compararentur, tanquam minus pertinentia transeo: propius aliquo modo rem accedit Castratio illa crudelissima, adeoque verè Turcica, de qua Raynaudus, vbi de Servorum Corio ludentes, experimenta per Mortes faciunt, vnde tandem post innumerabilia exempla, habitudinem quamdam, Artemque sunt consecuti, ita vt si propter industriam, opificium Scientiam, aliamvè rationem mancipium aliquod servare studeant, illud tanta dexteritate, & Arte emasculant, vt pauci inde detrimentum patiantur; sicuti olim Græci (à quibus omnes ferè huiusmodi Incisiones, Perforationes, & Adustiones adinventæ, & celebratæ) Venas Iugulares, Poplitis, Carotidas, aliasque Arterias tam tutò, & securè, vt nos Basilicam, vel Cephalicam, secabant, cuius operationis hodie nullus apud nos est vsus, aut scientia.

Ad 4. dico Argumentum malè procedere à Divisis, ad Coniuncta, adeoque non benè concludere: Vulnus Epigastrij per se, neque Vulnus Peritonei solitariè, neque Vulnus Matricis in particulari sumptum, est Lethale, ergo omnia hæc simul sumpta, & concurrentia non faciunt Vulnus Lethale: sicuti non sequitur hoc pondus 3 Librarum v. g. non facit Onus Insupportabile, neque illud, neque istud, ergo omnia simul sumpta non reddunt Onus Insupportabile. Notandum bene præterea Vulnus aliquod, non solum propter Partis, in qua est, Nobilitatem, aut Necessitatem, sed etiam vbi omnia periculosa intacta sunt, propter solam Magnitudinem, apud omnes Medicinæ peritos, habendum esse pro Lethali, quale illud necessariò est, quod in omnibus partibus iam nominatis, ad Dimidij Pedis, ad minus, longitudinis, per Incisionem, de qua Quæstio, infligitur, idque in circumstantijs, hic supra à nobis allegatis, & à P. Raynaudo suppositis, & horrendis symptomatibus illam concomitantibus, quale est ingens Hemorrhagia & Sanguinis fluxio, qui Sanguis Peritonæo, & Epigastrij musculis dissectis, necessariò in cavitatem Ventris inferioris influet, ibique putrescens, vti bene monet *Hyppocrates*, Intestina cum partibus vicinis corrumpet. 2. Præter hunc Sanguinis Fluxum, ne dicam Fluvium, omnes impuritates, totaque saburra per Novimestrem Vteri clausuram coërceruata, & cum indignatione conclusa, non per Epicrasim, vel paulatim, sed simul & semel impetu facto, Qua data portâ ruent, quamplurimis Vitalibus Spiritibus immixtis: nam hac de causa providens Natura per lentum, & repetitum stillicidium, hanc Sentinam exantlat, vt tantum virium, quantum indies amittitur, quotidie accrescat. Hoc Chirurgus peritus imitatus, vbi

6. Aphorism. 20.

vbi Hydropicum perforat (quod Raynaudo notandum) aut ingens Ap stema aperit, parum quotidie Puris, vel Aquæ, adeoque sensim sine se su, sinit effluere, quia videt Naturam in Puerperis (vbi nempe sponte su operatur, nulla ei vi illata) ad cloacæ illarum expurgationem 20. 15. 31. minus 9. dies insumere, ne Syncopen, aut Deliquium patiantur. 3. Cu in partium Membranosarum Incisione, quales sunt Peritonæum, & Vt rus, facillimè Spasmi, & Nervorum Convulsiones fiant, prudenter no solum, sed moraliter certò timendum, ne Incisa succumbat. Propter h vrgentissimas, & irreijcibiles, vt existimo, rationes, ego Partum Cæs reum vivente Matre nullo modo possum consulere, inquit *Iacobus Guill meus* Chirurgi Regis Galliarum ordinarius, nam & ego, pergit, id bis pr bavi, & à Dominis *Viart*, *Brunet*, *&* *Charbonet* fieri vidi, & sic quidem vt nihil prorsus, quod ad certam Methodum, Artemque concerneret, om serint, & tamen ex Quinque Fæminis, circa quas talem operationem exe cuêre, nulla evasit. Scio obijci posse, aliquas interdum supervixisse, s quamvis res ita se haberet, illud mirandum potius est, quam incipiendum aut imitandum, vna hirundo non facit Ver, nec vna Experientia scien tiam. Vndè *Ambrosius Paraus* trium Regum Galliar. Chirurgus Primarius tam periculosum successum videns, destitit, & hanc Operationem totalit dimisit, & ipse non solum retractavit, sed cum eo totum Chirurgoru (nota) Parisiense Collegium, postquam Quæstio illa à *Domino Marchan* duabus illa de re Orationibus, egregiè fuisset eventilata. ita Guillemeus.

Lib. 2. de Felici Partu cap. vlt.

Hæc sunt quæ me in hunc modum concludere coëgerunt: Quod pos Puerpera cum Corporis sui perditione, Animam prolis per similem Exci sionem salvare, à virtute Fortitudinis habet, & pietate Materna: quo autem ad hoc non teneatur, à sua Innocentia, & Iure se ipsam conse vandi.

Clarius hæc nostra sententia patebit, si pro Corollario ostenderimu quomodo Infans adhuc in Vtero Materno existens validè possit Baptizari de quo video altercari Theologos, pro quorum intelligentia sciendum: v Infans Membranis & Secundinis inclusus, adhuc intra Vtera latebras ci cumsepitur, & tunc nullo modo Infantem Baptizari posse, est communi Sententia: quia in primis, Baptismus dicit realem Corporis nostri, vel fa tem partis eius, Ablutionem, quæ fieri non potest, nisi Aqua Baptisma lis illud immeditè attingat, quod multiplex involucrum impedit: Deind etiam casu quo constaret Secundinas iam esse disruptas, Infante intra Ma tricem adhuc concluso, ad Baptismi valorem satis esse nego, Aquam Ca thetere, Syphone, Syringa, aliove instrumento inijcere, Formamqu proferre, eo quod Baptismus nostrùm sit Secunda, seu Iterata Nativitas

qua

qualis nullo modo dici potest similis Ablutio, vel Aquæ affusio, nempe quam prima nativitas non præcessit, hoc enim quod Christus Dominus Nicodemo Pharisæo, & Iudæorum Principi clarissimis verbis respondit: *Vers. 5.* *Amen, Amen dico tibi, nisi quis Renatus fuerit denuo, non potest videre Regnum* *Vers. 7.* *Dei*, & ibidem: *Nisi quis Renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu Sancto*; & iterum *1. Epist. cap. 1. vers. 23.* *Non mireris quia dixi tibi: oportet vos Nasci denuo.* Eodem termino, ac illa ipsa voce vtitur *B. Petrus Apostolus* dicens: *Renati non ex Semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi &c*: certum autem est Infantem, sive secundum se totum, sive sui saltem partem, nunquam Natum, nequaquam Renasci posse, aut Nasci Denuo . /. de Novo.

Secundus casus est, vbi Infans extra Vterum quidem maternum iam est, sed omnibus suis Involucris adhuc inclusum, & tunc ad Baptismum eius sufficere ipsarum Secundinarum extrinsecam Ablutionem putant *Aureolus*, *In 4. d. 4 q. 1. a. unic* *Silvester*, *Angelus*, *Vasquez*, & *Praepositus*. Sed dicendum verius, cum *V. baptismus 4. q. 1.* hic Infans nondum communi nobiscum luce fruatur, Natus dicendus non est; *V baptismo. 6 q. 4.* quare meritò contrarius est *à Valentia 3. parte. disp. 4 quæst. 1. p. 2. Coroll. 5.* *3 p d. 145. c 4. 3 p. q. 66 n. 01.* neque puer Sacco Coriaceo inclusus, neque homo Vestibus indutus ritè Baptizatus dici potest, si Aqua soli Corio aut Indumentis fuerit affusa; Secundinæ verò non nisi Coriaceæ, aut Membranosæ Vestes Infantis sunt, quasi ex madido Pergameno confectæ, quibus includitur, & vestitur: ita ferè *Richardus & Gabriel.* *In 4. dist. 6 a. 2. q. 1.* *In 4. d. 4. q. 2. art 3. dub. 2.*

Tertiò sæpius contingit Caput, Brachium, Pedem, Clunes, aliamve dumtaxat partem ex Vtero prodijsse, reliquò Infantis corpusculo non apparente: atque tunc extans Membrum Baptizandum forè, communis iam est Theologorum probabilissima, adeoque recepta Sententia, vt Pars accipiatur pro Toto, neque opus sit, etiam in solemni Baptizatione, totum Corpus ablui, aut Aquâ perfundi: neque obstant quæ de Nativitate in præcedente casu attulimus, cum hic Nascendus, habeatur pro Nato, vti in Iure, Cingendus pro Cincto. Animadvertendum tantum, vtrum vita in extante parte percipiatur perfectè, vt Baptizetur *Absolutè*, sin imperfectè, aut dubiè, sed aliquomodo probabiliter, quod ab ipsa Puerpera, Obstetrice, & adstantibus inquirendum, tunc *sub Conditione*, nempe: *si vivas*, eum minister Baptizari potest; non obstante quod aliqui dicant Sacramentum non debere periculo nullitatis exponi, quia contraria Sententia est probabilior, & favorabilia, in re tanti momenti, in qua de Vita Æterna agitur, sunt amplianda.

Denique si nulla Infantis pars sit nata; sed totus infans Materno Vtero adhuc inclusus, ita tamen constitutus, vt nuda eius pars quædam, ablutioni pateret, & Manu & Aquâ posset pertingi, quandoquidem & hæc sit

initialis Nativitas, validè Baptismum conferri posse sustinent non infima authoritatis Theologi, nihil enim ibi deëst, inquit *Raynaudus*, ad Baptismi Veritatem necessarium, cum adsit Materia & Forma; & Intentio debita, ac Subiectum Initiationis capax. Hanc etiam Sententiam ex Sorbonicorum Doctorum consensu in praxi esse receptam patet ex his *Ioannis Riolani* Galliarum Reginæ, & Academiæ Parisiens. Primarij Medici verbis: Vt extinctæ Matri superstes infans Baptismi particeps fiat, & ad Cælos rediens, in Beatorum sedibus Dei conspectu fruatur, nunc Parisijs consuevimus in moribundis, atque etiam mortuis gravidis, si Digito in Sinum Pudoris intruso, Caput Infantis, hianti Osculo Matricis oppositum deprehendatur (hic enim situs maximè naturalis est, & obvius) Aquâ Benedicta aspergere, vel Digito intincto rigare, prolatis verbis Baptismi.

De Ortu Infant. contra Natur. cap 6. nu. 14. Anthropogr. Lib 6. c. 8.

Resp. ad 1. Argumentum rectè procedere in primis, si omnis necessitas seponatur, deinde quando ex omissione istius Mutilationis, vel Abscissionis maius, vel æquè magnum incommodum sequeretur: alias quoties grave damnum ex eo proximo impendit, nullo modo tenetur vti Iure suo, quod habet ad Conservationem sui, sed maximè meritorium est, in gratiam proximi, Iuri isti ex Charitate cedere. Adde in tali eventu, in quo de Sectione Cæsarea agitur, etiam agi de Vita Matris tam bene, quam Infantis, vnde licitum Matri est, quantumvis Dubium Remedium Certæ Morti præponere, sicuti ex altissima incensa turri, sedare præcipitem, si enim à sarcina illa non exoneretur, equidem necessariò, & infallibiliter succumbet.

Ad 2. Respondendum ferè eodem modo, cum enim vtrumque periculum evidens sit, sive Infans non exscindatur, & ita in Vtero putrescat, sive per Incisionem excipiatur, alterutrum ex his eligere ipsi liberum est, & in Prolis Favorem ad Incisionem resolvere meritorium: quod si verò prudentes Medici, vel Mortuum Infantem fore, adeoque frustra hoc Remedium applicari, vel spem tam exiguam superesse iudicent, vt tanto Matris & cruciatui, & periculo indigna sit, propter rationes in Argumento allegatas, tunc omninò certum fore existimo, Puerperam nullo modo posse Incisionem permittere, nisi ad propriam Vitam salvandam, nullum aliud medium foret applicabile.

Ad 3. Non subesse hic tantum aliquale, sed evidens Mortis periculum clarissimè, vt puto, iam in Conclusione ostendi, in qua ad Authoritates etiam allegatas responsum.

Sed contra.

Ad 4. respondet D. *Thomas* hic supra *Chrys.* autem ibi agit de Anima, & Corpore eiusdem subiecti, docetque parvum esse Temporale Corporis lucrum, si illud Æterna Animæ comitetur perditio, vndè pro Anima primò, deinde pro Corpore sollicitum esse suadet hic S. Pater, neque aliud in-

ten-

tendit, adeoque hic parum ad casum facit, in quo non tenetur Mater infanti parcere, cum propriæ Vitæ prodigalitate, vel saltem Amissione, omnes quidem ad perfectissimum aspirare; & ad actus Charitatis ex Divino Mandato obligamur, non ita tamen, vt, nisi ad illud pertingamus, aut illos in gradu summè intenso & extenso, omnique possibili modo eliciamus, Peccatum committamus.

QVÆSTIO XXI.

An omnia Humana Monstra, & Abortus debeant baptizari?

ARgum. 1. Quidquid ab homine generatur, de genere humano necessariò participat, atqui totum Genus humanum in statu Naturæ Lapsæ corruptum, & infectum, indiget Remedio ad hoc instituto, nempe Baptismo, ergo omne illud quod de Corruptione participat, etiam indiget Remedio.

2. In omni Fætu humano, quantumvis Monstroso, meritò suspicari, ac iure dubitari potest, num Anima Rationali informatus sit, nec ne, vt patet ex iam dictis, atqui in Casu dubio, in quo de Animæ Salute agitur, videtur certius eligendum, ergo omnis humanus Fætus, quantumvis Monstrosus, videtur saltem sub conditione Baptizandus. *Argum. 1.*

3. Femellæ, & puellæ debent baptizari, sed hæ ab *Aristotele & Camillo Maffei da Solofra* pro Monstris habentur, & Animalibus Occasionatis, ergo Monstra sunt Baptizanda. *In 1. grad. scal. natur. cap. 21.*

SED CONTRA Faciunt illa D. Augustini Lib. 16. de Civit. Dei cap. 8. *Quæcumque gentes in diversitatibus corporum ab vsitato Naturæ cursu, quem plures, & prope omnes tenent, velut exorbitasse traduntur; si definitione illa includuntur, vt Rationalia animalia sint, atque mortalia, ab eodem ipso primo Patre omnium* (Adamo) *stirpem trahere, confitendum est: & consequenter Peccato conspurcata, & Spiritualiter lavanda.*

CONCLVSIO.

Non omnes Abortus, & Monstra humana sunt Baptisanda.

QVam certum est omnibus Monstra in rerum Natura existere, tam de eorum fine, ac fiendi modo, est controversum, inter sagaces Naturæ scrutatores, de quibus præfabor pauca. Sub eodem genere collocan-

cantur *Prodigia*, *Portenta*, *Ostenta*, & *Monstra*. *Prodigium* vocat *Scip* *Mercurij*, quotiescumque pars aliqua debito suo loco non est sita & collo cata, vt Iecur v. g. existens in parte sinistra, quod refert *Aristoteles*; secundum *Isidorum*, Lemnias in Lybia credunt Truncos sine Capite na ci, os, Oculosque in Pectore habentes. *Portentum* erit, si Fætus Corpu habeat contra Naturam disformatum, hocque varijs modis potest co tingere: vel enim peccat in *Quantitate Nimia*, sicuti in Gigante quoda tempore *Ioannis Bocatij* invento, in Sicilia prope Trapanum, cuius rel quiæ fidem faciebant ipsum Viginti Cubitorum fuisse longitudinis, & tr eius Dentes adhuc hodie ibidem in Templo Virginis Annuntiate videntu suspensi, pendet autem vnusquisque eorum Cotulas Tres ./. Centum V cias communes, sive Sex Libras cum Quadrante: Vel peccat in *Quantita Imminuta*, vt in Ægyptio illo, de quo scribit *Nicephorus Calist.* quod ta parvus erat, vt Perdici similis esset, &, vt aucthor addit, prudentia ei erat, qualis homini formato competit, & sermo mentis generositate spectandam exhibebat: vel peccat *Numero*, sicut in illo Infante ex ag Rhodiginis, quem *Cælius Rhodiginus* Bicipitem vidisse scribit: Item ille Italia, eodem die natus, quo Venetiani & Genuenses reconciliati sun habens Quatuor Brachia, & Quatuor Crura, sicuti latè describit *Iob Fincelius*: vel peccat in *Figura*, vt in Marco Curio, & Cneo Papirio quos cum omnibus suis Dentibus natos fuisse scribit *Plinius*: & ille qui N sum aduncum, Cornua duo in Capite, Pedesque instar Cervæ habens, coram *S. Antonio* sistebat in deserto, à quo coniuratus, dixit se homine Mortalem esse vt cæteri, sicut scribunt *S. Hieronymus*, *Lycosthenes*, & ex Cardinalis *Bellarminus*.

Lib. 2. de obstet. c. 35. *Lib. 11. Origin.* *Lib. 12. hist. c. 37.* *Lect. Antiq Lib. 24 cap. 3.* *Lib. de Mirac post Evang.* *Lib. 7 hist. cap. 3.* *Lib. 1. de Bon. Operib. cap. 7.*

Ostenta sunt, quando in ipso Fætu quidem nihil rari est, aut inusitat sed tantum in modo, sicuti dum Annibal devastabat Saguntum, infans il le qui recenter natus, iterum Ventrem Matris est ingressus: & tempo Xerxis Persarum Regis Equa leporem peperit; atque hæc non solent cir hominem solum, sed in omni alia re Arboribus, Plantis, Planetis & contingere.

Monstrum denique est effectus naturalis, rarus, devians à dispositio & rectitudine naturali secundum suam speciem, & de eo hic potissimum age dum, postquam monuero lectorum, aliam ab alijs membrorum horum d visionem, & definitionem fieri, quales videre sunt apud *Cornelium Front nem*, *S. Augustinum*, *B. Isidorum*, aliosque mox citandos. In primis quo causam finalem monstrorum, non conveniunt aucthores: *Isidorus* nulla præter Dei Voluntatem assignat, *Ambrosius Paræus* post alias, gloriam. D adiungit; *Aristoteles*, & post illum *Iulius Sirenius*, *Lactantius Domaninus* Mo

Lib. de Propriet. & Differ. latini serm *Lib. 16. de Civit. c. 8.* *Lib. 11. Origin.* *Lib de Fato.* *De Providentia.*

st

ſtra vt Monſtra nullo modo eſſe à Natura intenta, ſed Meram tantum dicere privationem ſuſtinentes, nullam eis Finalem Cauſam voluerunt attribuere, ſed vt doctiſſimè oſtendit *Thomas Garzoni*, Monſtra effectus reales ſunt inter Cauſalitatem, & Dei Providentiam comprehenſa, eorumque Cauſam Finalem docet nos D. *Thomas* his verbis: Proviſor Vniverſalis permittit aliquem defectum in aliquo Particulari accidere, ne impediatur bonum Totius. Vnde corruptiones, & defectus in rebus naturalibus, dicuntur eſſe contra Naturam particularem, ſed tamen ſunt de intentione Naturæ vniverſalis, in quantum defectus vnius, cedit in bonum alterius, vel etiam totius Vniverſi. Cum igitur Deus ſit Vniverſalis Proviſor totius Entis, ad ipſius Proiudentiam pertinet, vt permittat quoſdam Defectus eſſe in aliquibus Particuralibus rebus, ne impediatur bonum Vniverſi perfectum. Miranti verò quomodo res tam deformis, inordinata, & imperfecta, poſſit mundo aliquid perfectionis adferre, reſpondet *S. Auguſtinus*: Deus Creator eſt omnium, qui vbi, & quando creari quid oporteat, vel oportuerit, ipſe novit, ſciens Vniverſitatis pulchritudinem quarum partium, vel Similitudine, vel Diverſitate contexat. Sed qui Totum inſpicere non poteſt (nota) tanquam deformitate Partis offenditur, quoniam cui congruat, & quomodo Referatur, ignorat. Hæc ſi *Weinrichius* vidiſſet, vel bene conſideraſſet generalem hanc Finalem Rationem non tam operoſè impugnaſſet, de quibus plura apud *Alphonſum Toſtatum ſuper Matthæ*. Quoad alias Monſtri Cauſas, ita diſcurrunt *Philoſophi Lovanienſes* mei quondam Profeſſores, quod ipſam Monſtri ſubſtantiam, producat generans, tanquam Cauſa per ſe, eadem enim eſt Cauſa Monſtri, & individui perfecti: præterea Virtus Formativa aliquando debilis eſt, aut læſa, aliquando materia minus diſpoſita, abundans, aut deficiens, aliquando fit propter coniunctionem Seminum diverſæ ſpeciei, & interdum à Virtute Imaginativa matris: paucis, cauſam monſtrorum vniverſalem dare volens *Cornelius Gemma* dicit: Medicorum filij bellè ratiocinantur, dum iu proportione turbata Monſtrorum cauſam collocant vniverſam.

1.p.q.22. Art.2.ad 2

Loco cit.

Lib.de Monſtr. cap.56. cap 19. quæſt.88. Lib.1.de Divin nat Character. cap.6.

His dimittens Phyſicos & Theologicis magis appropinquans, ad Quæſtionem in fronte propoſitam reſpondeo cum *D. Auguſtino*: Quiſquis vſpiam naſcitur homo, ideſt, Animal Rationale, Mortale, per quamlibet noſtris inuſitatam ſenſibus gerat corporis Formam, ſeu Colorem, ſive Motum, ſive Sonum, ſive quamlibet vim, qualibet parte, qualibet qualitate Naturæ, ex illo Protoplaſto vno originem ducere, nullus fidelium dubitaverit: cumque omnes ab Adamo ſuccedentes in ipſo prævaricatores effecti ſunt neceſſariò peccati pœnam originalem in ſe contraxerunt, quia in iniquitatibus concepti ſunt, & in peccatis concepit eos mater eorum; ergo ſi renaſci per

Lib.16. Civit. De cap.8.

Spiritum Sanctum eos volumus, necesse est ad vnicum illud Remedium Christo Domino institutum confugere, & ad Sacrum Baptismi Fontem currere. Ex prioribus Augustini verbis bene notandum, in Regionibus lonqinquioribus, homines extraneæ formæ produci, & à nobis multum diversi, quos vulgus Monstra indigetat, cum tamen revera non sint Monstra absolutè, sed respectivè tantum, & comparatione nobiscum facta. Lib.7.c.2. Plinius de Scythis Antropophagis in convalle Imai montis, quæ Regio Abrimon dicitur, habitantibus hominibus planè silvestribus, aversis post cr ra plantis, eximiæ velocitatis, passim cum Feris vagantibus. Ex Arist. Noct. Attic.lib.9.c. Proconesio, Isigono Nicaensi, alijsque vetustioribus Græcis, narrat Au Gellius, apud extrema Indiæ gentem esse corporibus hirtis, & Aviu ritu plumatis, nullo Cibatu vescentem, sed Spiritu foliorum naribus ha sto victitantem. Loc.cit. S. Augustinus hominum in India mentionem facit, Cap Canum habentium, vnde Cynocephali dicantur. Thomas Gazoni de gene Seraglio d.lli stupor stanz.1. hominum discurrit, qui dicantur Monoscelli, habentque vnicum tantu Crus, & in saltando sunt miræ agilitatis. Scribit B. Isidorus, quod in vlt Lib 11. Orig. mo Orientis Monstruosæ gentium facies describantur, quarum aliæ si Naribus, æquali totius Oris planitie: aliæ labro subteriore ita prominent vt in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant, dormientes: hæc, Lib 8.hist. anim.c.12 similia apud citatos, hosque sequentes, aucthores invenienda: Aristote In Itineribus Alexand. Mag. hist.prodig. Betto Petr. Boisteau, Hermann. Schedel. &c: atqui hi ex Augustini instructi ne cum omnes homines Mortales nobiscum sint, etiam necessario sunt bap tizandi, si quis Apostolisans illis lumen Fidei velit accendere. Verum cu multa fabulosa in similibus occurrant, nam multi, sicut scribit benè Corn lius Tacitus, narrant vel Monstra visa, vel metu credita, expressam de d bijs Quæstionem huic annectemus.

Ratione verborum D. Augustini supracitati, sic se habentium Quisquis v piam nascitur homo, Animal Rationale Mortale &c. hic meritò inquirendu venit, quandonam Monstrum aliquod homo sit, nec ne, ac in primis, omnia Monstra Caput humanum habentia, sint homines, ad similitud nem & Imaginem Dei creati, ac per consequens nobiscum in Adamo pe Ne Serraglio appart mostruos. stanza 5. catores, & Sacro Baptismate initiandi? pro quibus notandum cum Tho Gerzoni, in primis, si in Terra, Marivè talia reperiantur, à communi p rente, & vtroque homine non producta ferè certum est, similia cum n stra specie, & forma aut nihil, aut valde parum convenire, cum nullu ordinariè, aut valdè parvum, & tenuissimum in illis lumen ratio eluceat.

De alijs, à communibus parentibus humanis productis, aliquando m ior est difficultas, pro qua enodanda, primò omnium pro indubitato s

tue

tuendum Similitudinem, sive Imaginem, quàm à Deo participamus, nullo modo in Figura externa corporis nostri existere, cuius opinionis fuisse videtur *Maggius Anglarensis*, docens omnia illa Monstra nobiscum gaudere Imagine Dei, quæ haberent Capita humana, quorum Imagine cognoscimur tanquam partè principaliore totius hominis, vti habet *Paulus Iurisconsultus L. cum in diversis, de Relig. & sumptib. funer.* probatque ex *Plutarcho*, *Athenæo*, alijsque, quibus decepti quidam, Satyrum *Divi Hieronymi*, Nereidem *Theodori Gaza*, & Fæminæ Piscis Edamensis *Cornelij Amstelrodami*, Monstrum illud à *Georgio Labricio*, & Millena alia, ab Aucthoribus in fine conclusionis citatis, descripta, iudicaverunt fuisse veros homines, sed erroneè, nam, vt optimè dicit *Hieronymus Vielmus*, Imago Dei quærenda in Corpore non est, sed in Anima & Mente, quæ melior pars est, quemadmodum Catholici meliores, cum prisci, tùm recentiores senserunt. Itaque vbi hæc Anima Rationalis non invenitur, neque adesse suspicatur, inter illa humana Monstra censeri non debet, quæ supra iudicavimus Baptismi Sacramento digna; quamvis *Scipio Mercurius* affirmet partum mulieris etiam Cervi, vel Arietis Caput habentem vnius, eiusdemque nobiscum esse Speciei, nam hoc aliquando, non autem vniversaliter verum est, quod si tamen vllo modo Rationalitate aliqua donatus esse deprehendi possit, tunc omni mora seposita (quia vt benè notat *Aristoteles* paucissimo tempore Monstra vivunt) secundum *D.Thomam* Baptizare oportet, ne Creatura humana exponatur fortè æternæ damnationis periculo: quod si tam dubium sit, vt nihil certi statuere etiam experti queant, & aliquales tamen rationes, vt cumque plausibilis Dei Creaturam esse persuadeant, iudico talem Fætum sub conditione (nempe si capax subiectum sis) esse Baptizandum.

Lib. 5. de Mundi exust. cap. 4.

Lib. 4. de placi Phyl. cap. 5.

Lib. 2. cap. 27.

In vit. S. Paul. eremicola.

Lect 26. de 6. dieb. condit. orbis.

Lib. 2. de Obstet. cap. 34.

In quæstion. quodlibet.

Alia ex Membrorum pluralitate difficultas exoritur, vnde distingui debeat, & possit, vtrum Monstrum humanum, vnum dumtaxat Animal, aut suppositum, an verò duplex sit, aut multiplex? *Ioannes Baptista Garzoni* operosissimè ostendens Animam Rationalem, pro loco & sede principaliore, ac throno suo electo, non Cerebrum, sed Cor habere, manu tenet fortiter, singularitatem, vel pluralitatem suppositi, necessariò ex Cordium numero esse colligendam; verum cum moraliter impossibile sit, saltem ordinariè, hoc in vivo, sed tenerrimo & defectuoso Infante expiscari & deprehendere (sicuti in duplici Monstro fæminini sexus Anno 1657. prope Aerdenbergum in fortalicio (de Elderschans dicto) nato viderunt *Franciscus de Raet* Medicus, & *Ludovicus de Bils* summus Anatomicus, duo Capita, duo distincta Corda, 4. Brachia, duo tantum Crura, reliqua Corporis singularia, & sibi adnata omnino habente & post Mortem anatomizato) securius erit signum aliquod certum, & patens statuere; cui Baptizans

sese

sese conformet, quale illi supracitati assignant, qui cum *Platone* Capit tanquam principaliorem Animæ Rationalis sedem extollunt, dicentes; Monstrum duo Capita habuerit, iudicandum etiam duas illic esse Anima diversas, illa Capita informantes, si plura, plures docet *Cornelius Gemma* quæ sententia quamvis momentosis etiam rationibus quati, & oppugna posset, cum in re tanti ponderis Phylosophicè ludere non oporteat (dispu tatio enim ex *Seneca* sententia non est aliud, quam peritè inter se captan tium lusus) huic insistendum esse iudico, tanquam securiori, cum suff ciat hanc Capitum pluralitatem, probabilem nobis rationem suggere, r nascentiæ Sacramentum non temerariè nullitatis periculo exponi: quod a *Henriquez* confirmatur his verbis: Si quis cum duplici Capite natus esse hic quia fortasse habet duas Animas in membris casu coniunctis, sic initian dus est: *Ego vos baptizo*: si verò cognoscatur vnum vivum Corpus distin ctum ab alio quopiam satis obscurè vitæ signa prebente, vel dubitetur, a etiam corpus sit, an verò Mola, seu Massa quædam Carnea inanimata sequendum *Scipionis Mercurij* consilium obstetricibus datum: Baptiza inquit, primò id quod cognoscitur, idque absolutè, & tunc baptisa su conditione aliud, hac scilicet: si creatura verè humana, vivensque sit.

Lib. 1. de Nat. Divin Charact. cap. 6.

Summ. cap. 21.

Lib. 1. de Obstetric. cap. 20.

Curiosiores indagare hic possent, an Monstra, & Abortus nobiscu in extremo iudicio sint resurrecturi? his respondent *Maggius*, & *Levin Lemnius*, quicumque formam humanam obtinent, sumptoque à primò p rente nascendi Ordine, Ratione, ac Modo sunt proseminati, quamtur vis Monstrosa specie fuerint, dummodo Animæ Rationalis munere potiu tur, futuri sunt communis Resurrectionis participes.

Lib. 5. de Mundi exust. c. 4. de Occult. Nat. Mirac lib. 1. cap. 15.

Pro Corollario inserviat, apud Spartanos Lycurgi Lege fuisse sanc tum, vt puer mancus, deformis, insoliti Animalium partus, aliaq Monstra informia, in loca vasta, & prærupta exponerentur, vel in v timas terrarum oras ablegarentur: idemque Legibus Romuli, à primò c tu Vrbis constitutum fuisse ferunt, vt omne Monstrificum, mox à par in Flumen, vel Mare proijceretur, pro cuius expiatione, à ter Nov nis Virginibus Carmen per vrbem canebatur, deinde Iunoni donum fer batur, test *Alexand. ab Alexandro.*

Genial. Dier. Lib. 2. c. 15. & lib. 5 cap. 27.

Resp. ad Arg. 1. homo Physicè componitur ex Animali, & Rationali qu rum primum Theologi partem inferiorem, secundum superiorem vocant, ho sola Anima Rationalis Peccati Originalis subiectum est, vnde cum multa homine gigni, & ab eo produci possint, tali Anima non informata, Vermes, aliæque Bestiæ, peccato etiam coinquinari nequeunt, ac per co sequens, neque Lavacro Spirituali indigent: si autem à genere humano pr ductum, hominem Monstrosum intelligat, non est dubium, quin etiam ta debeat Baptismi beneficio gaudere.

Ad 2. Argumentum quidem locum habere quoties omnibus circumstantijs hinc inde consideratis meritò dubitatur, vtrum homo sit, nec ne: sed contrarium posse fieri in conclusione varijs exemplis ostendimus, in quibus defectu capacitatis, manifestè, & certo nullitatis periculo Sacramentum exponeretur, quod nullo modo licet.

Ad 3. Nego Subsumptum, & quando similia scripsit *Aristoteles*, verosimiliter, in discordia, & simultate fuit cum sua Massera, nam ex eiusdem Phylosophi principijs facile esset probare contrarium: quod & affirmat *Plato*, *Plotinus*, *Plutarchus*, *Tucidides*, alijque videndi apud *Bocacium Lib. 2. de Laudibus fœminarum*, & hæc satis pro Ethnicis, quod si Christianus quispiam (vt nuper vidi) frivolum hoc ad muliercularum exercitium tentet sustinere, ad vnicum hoc illis respondeat interrogatum, quare Christus in S. Scriptura filius hominis vocetur, si nunquam satis laudata Virgo, non fuerit homo? *7. Natural hist. & 43 libi. Lib. 7. de Legib.*

QVÆSTIO XXII.

An Satyri, Pigmai, Centauri, Hermaphrodita, ex succubis aut incubis progeniti, Licanthropici, Sirenes, & similes sint, & baptizari debeant?

ARgum. 1. Quod ad Satyros attinet, illos existere, hominesque fuisse, docent non solum Poëtæ omnes, sed & insignes tam Theologi, quam Medici, ergo baptizari debent.

2. *Aristoteles* Pygmæos esse veros homines confirmat his verbis: Grues ex Scythicis campis ad paludes Ægypto superiores, vnde Nilus profluit, veniunt, qui cum Pygmæis pugnare dicuntur, non enim id fabula est, sed (nota) certè genus tum hominum, tum equorum pusillum, ergo & pygmæi sunt Baptisandi. *Hist. Animal. lib. 8 cap. 12.*

3. *Pindarus* Poëta, *Empedocles*, & *Plutarchus* Phylosophi affirmant Hypocentauros fuisse, qui cum totam corporis medietatem habuerint humanam, etiam de hominibus dato beneficio debent esse participes; sed ex his est Baptismus, ergo & hi, si inveniantur, sunt Baptisandi.

4. Secundum *D. Thomam* Furiosi, & Amentes debent Baptisari, ergo & Monstra, & alij de quibus Quæstio, quamvis omni ratione careant, cum nihil inter se videantur differre. *3. p q. 68. a. 12.*

SED CONTRA Facit Doctrina D. Thomæ 3. p. q. 68. art. 12. ad 2. *Bruta Animalia* (qualia pleraque ex supranominatis sunt) *non debent Baptizari propter defectum Animæ Rationalis.*

CONCLVSIO.

Plerique ex his cum Fabulosi sint, & in rerum Natura non exi stant, vel omnino Bruta Animantia, Baptismi incapaces sunt, quidam non Item.

QVæcumque de Centauris, Minotauris, Onocentauris, Hypocen tauris fabulantur Poëtæ, nugæ sunt, & mera figmenta: vnde me ritò *Galenus* noster Pindarum Poëtam deridet, similia Monstra affirman tem: & ita tacitè quoque Empedoclem subsannat, ex *Aristotelis* relation Monstra fingentem, partim ex homine, partim ex bove constantia, qu Bovigenos Viriprocos appellat. Rationem autem *Aristoteles* allegat invinci bilem, exsibilans masculum cum capite bovino ex homine, & Bove fuiss prognatum, quia impossibile est, inquit, vt tale Monstrum gignatur, i est alterum, in altero Animal (subintellige, tam diversæ speciei, in ea dem, vel consimili enim contingere posse, ostendemus inferius) tempo ra enim ipsa graviditatis id declarant, quæ plurimum discrepant, in homi ne, & Cane; in Ove, & in Bove: nasci autem nullum Animal nisi su tempore potest. His addit *Galenus*: Membra Generationis illorum esse ni mis improportionata, quibus etiam subscribit doctissimus *Ioannes Paulu Donatus* Carmelita, ita vt nullam fidem addere possim *Freitagij* scriptis, d gemellis ex Equa, & homine productis effigiem humanam dumtaxat pr se ferentibus. Maior foret apparentia de Hirco v. g. & Cervo, propter mi norem dissimilitudinem, & ex ijs nata, dicuntur apud Albertum Magnum *Hircocervi*, græce *Tragelaphi*. Memini *Plutarchum* Hyppelaphos, & Hy pocentauros admittere: *Pliniumque* referre, quod Claudius Imperato vnum habuerit ex Ægypto delatum Melle conditum, nam eodem natus & extinctus erat die. *Pelbertus* etiam scribit in vita S. Pauli Eremitæ primi eius casulam S. Antonio ab Hyppocentauro fuisse demonstratam.

Lib. 3. de Vsu part. cap. 1.

Lib. 4. de Gener. Animal. cap. 4.

Loc. cit. In solut. 1. contrad. sup. 1. meteor. Noct. medic. cap. 62 In opusc. an Ratio brutis insit Lib. cap. 3. 2. part. Rosar. v. natura

Dico nihilominus plurium aucthoritatem præponderare negantium vnquam Hyppocentauros in rerum Natura extitisse, quales præter iam citatos sunt *Volaterranus Lib. 25. Comment.* Ammonius *in Lib. Periermi.* Iustinianus *in Institut. tit. de Inutilib. Stipulat.* Boëtius *sup. Porphyrium.* Orosius *Lib. 1. Cap. 14.* Cicero *Lib. 1. Tusculan. & 1. de Natura Deorum* Ioannes Chrysostomus *Homil. 7. super Cap. 3. Epist. S. Pauli, ad Coloss.* S. Isidorus *Lib. 11. Ethym. Cap. 3.* Anthonius de Turrecremata *Tract. 1. flor. suor. Hygin.* Augustin. Libert. *Lib. de non credendis Poëtar. fabulis, & Lucretius* Poëta ipse

Sed

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in vllo
Esse queunt, duplici Natura, & corpore bino.

& similia habet *Ovidius Lib. 4. Trist.* Lucanus *in Pharsal.*

Maior difficultas est de Satyris, num hi verè homines sint, nec ne: affirmant *Antonius de Turrecremata* (allegans D. Hieronymum cum Satyro qui S. Antonio apparuit) & *Scipio Mercurius:* contra verò sentiunt *Plinius* illos velocissimas Bestias in montibus Indiarum esse scribens; *Varchus*, *Pomponius Mella*, *Garzoni*. Dicam quid sentiam, quamvis *Bellarminus* Turrecrematam videatur convincere, & expugnare, nullam rationem invenire possum, vt *Scipioni Mercurio* dissentiam, negemque puerum cum tibijs Caprinis, vel Caninis, cuius exemplum & figuram exhibet *Boisteau*, de cætero humanum corpus habentem, ex communibus parentibus, per vehementem matris imaginationem nasci posse, nisi quis inficias ire vellet, talem infantem Satyrum esse de quo hic, quod esset Quæstio de nomine, & dubitandum præterea, vtrum Cornua sint de essentia Satyri. Quod *Ioannes Franciscus Picus* putet hominem in duas species dividi posse, quarum vna esset Satyrica, alia non, planè erroneum est, & meo iudicio, talis Infans esset Baptisandus.

Loc. citat. Lib. 2 de Obstetrice cap. 34. Lib. 7. c. 2. In lect. de Monstris. Lib. 1. de bonis operib. cap. 7. Hist prodigios c. 37 5. de vanit doctr gent. cap 8.

Quod Pygmæos concernit, tanquam indubitatum primò supponendum, hos, cum Pumilionibus, & Nanis nostri temporis nullo modo converti, quos homullos esse nemo negat, Pygmæi autem Bruta animantia sunt in Ægypto, vti *Aristoteles* scribit, similia ferè illis, qui à *Ioanne Laurentio Ananenia* Soreningeri appellantur, & tam hyeme, quam æstate, in cavernis terræ, & Criptis habitantes in Groenlandia, qualem vnum ipsi ostendit Morabita Siculus quidam, vnius palmæ longitudinis; tamen si *Eustatio* credimus à verbo Græco *Pygon* cubitum significante, dicuntur Pygmæi, qualem se vidisse testatur per Italiam circumlatum *Franciscus Piccolomineus:* & alium quoque *Nicephorus Calistus* ex muliere Ægyptiaca, sed tam parvum, vt esset Perdici persimilis, qui ad Annum Vigesimum Quintum vixit. Quidquid sit, certum est Pygmæos, de quibus vetustiores Naturalistæ, & Poëtæ fabulantur, non fuisse veros homines, sed bruta minuta quia, teste *Alberto Magno*, vsum rationis non habent, nec Verecundiam, nec honestatem, nec Iustitiam colunt, nec iudicium Reipublicæ exercent, cui & *Paulus Iovius* noster subscribit, & *Sessa*. Scrupulum tamen hic movere posset prophetæ *Ezechielis caput*, 27. in quo Nationes Gentesque varias enumerans in civitate Tyro negotiantes, etiam Pygmæorum mentionem facit, his verbis: *Sed & Pygmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum:* Ex quibus apparet illos, sicuti cæteri homines fuisse. Respondet *Turrecremata*, quod per Pygmæos,

Hist. Animal. lib. 8. cap. 12. Fabrit. Mundi. tract. 1. Lib. de Definit. Lib. 12. hist. c. 37. Lib. 2. Animal. cap. 6. Lib de Moscovit. cap. 3. Lib. de generat. animal.

ibi veri homines non intelligantur: *Lyranus* autem, quod sit Hyperbolica locutio, ad significandam Civitatis Tyri magnitudinem: sed cum ea quæ de illis narrantur, nempe quod ex Regionibus longinquis per Mare merces adveherent, quod in prælio essent promptissimi, & dexteri Sagittarij.. & similia, non possint corporibus tam minutis, vti veri Pygmæi habent, quadrare, explicationem *Ioannis Garzoni* eligerem dicentis, quod ibi per Pygmæos veri homines intelligantur, parvuli quidem respectu aliorum, non tamen veri pygmæi, de quibus plura *Albert. Magnus lib. 7. de Animal. cap.2.* B. Isidorus *Lib. 11. origin. cap.* 3. Cælius Rhodiginus *Lection. Antiq. Lib.* 20. *Cap.* 28. Aulus Gellius *de Noct. Attic. Lib.* 4. *cap.* 9. S. Augustinus *Lib. de Civitate Dei* 16. *Cap.* 8.

Hermaphrodita vnicum individuum est vtriusque sexus genitalibus donatum: ex qua definitione patet, Hermophroditas nullo modo eosdem esse cum Androginis Platonicis, quos ipse *Plato* duo Capita habere scribit, duas Sedes. 4. Manus, breviter sunt homines duo individui perfecti, sed simul adnati, & sibi invicem accreti. Sed cum Plato dixisset: Androginum quippe tunc erat & Specie & Nomine, & Maris & Feminæ sexu commixtum, quare addit, *ipsum profecto defecit, Nomen solum infame relictum est*, cum, sicut Hermaphroditæ adhuc frequentes in Florida Americæ Provincia inveniuntur, teste *Iacobo Le Moyne de Morgues* oculato, ita etiam Androginum inveniri novum non esset maius, quam Lazarum Colloredum iuvenem Genuensem videre fratrem sibi ad pectus annexum, vivum secum circumferentem, vti sepius vidit *Thomas Bartholinus*? respondent ad hæc *Vielmus, & Mazzoni* illa de Androginis, non seriò, sed allegoricè à *Platone* dici, ad arcanum aliquod pro imperitis involucro integendum, & de Potentia, & actu Animæ esse intelligendum. Asserit quoque supracitatus *de Morgues*, Hermaphroditas ipsis Indis etiam esse exosas, eorum tamen operâ, quod homines robusti & validi sint, ad onera ferenda vtuntur inmentorum loco, vnde Annonam ferunt, Vespillones agunt, ægris assistunt, etiam contagiosis. Ad rem nostram quod attinet, cum & Androginum, & Hermaphroditus verus homo sit, vterque est Baptisandus cum hac differentia, quod Androginum duplex Suppositum, & Individum sit, Hermaphroditus vnum, & vti illi Duo Nominà, ita huic vnum ex Masculino & Feminino compositum dari potest. Notatu dignissimus hic error quorumdam est, imo & Hæresis, si cum pertinacia eum quis tueatur, putantium Adamum & Evam Hermaphroditos fuisse à Deo creatos, quia in Genesi dicitur: *Masculum & Feminam creavit eos*, quod sustinent non solum Iudæi quidam vt *Leo*, *Rabbi Salomon*, vt ipsi adscribit *Oleaster*, sed aliqui etiam Christiani, vt Reverendiss. *Steuco, & Framiscus Gregorius*, cuius refutationem, & expugnationem (vt brevis sim) lector videre potest apud *Banes 1. p. q. 92. ad 3.* Hieronym. Vielmum *Lectione 38. super Genes.* Lyranum *ibid.*

In Description Florida.

Annot. Anat. annot. 66. In lection. de 6. dieb. cond. orb. lect 28. in Methodo vitæ contempl.

Dialog. 3. de amore. Canon. 15. ad facil. intell g. scrip. sacr. in Cosmopaa Tom. 1. problem.

Quæri hic obiter etiam posset, an si Sexus variari, hoc est Femina in Masculum, & Masculus in Feminam immutari possit (de quo curiosus legat, *Aulum Gellium Noct. Atticar. lib. 9. cap. 4.* Iordanum *lib. de eo quod supernaturale est in morb. cap. 34.* Plinium *Lib. 7. histor. nat. cap. 4.* Scipionem Mercurium *Lib. 2. de obstetri. cap. 35.* &, omnium amplissimè materiam hanc discutientem, *Franciscum Torreblancam de Villalpando lib. 2. demonolog. cap. 17.*) vtrum qui sub Sexu Masculino baptizatus foret in Femellam versus, aut econtra, relapzari deberet? & certum est quod non, quandoquidem impositio Nominis non sit de essentia Sacramenti Baptismi, cum omisso Nomine, dicere sufficiat *Ego te .i.* hoc Suppositum, hoc indiuiduum humanum, *Baptizo* &c: & Nomina in Baptismo data ex Ordinarij, vel Parochi consensu, in Sacramento Confirmationis sæpius augeantur, vel immutentur, quod quibusdam Religiosis, & Monachis est ordinarium Cænobium ingressis.

Reliquum quæstionis erat de Succuborum, & Incuborum natis. Non hic de Incubo Morbo nobis sermo est, quem *Iordanus* Babutzicarium appellat, Græcis *Ephialtis* dictus, de quo egregiè *Levinus Lemnius*, sed de ipso Dæmone, ad eius similitudinem, Incubo dicto, eo quod etiam in viri specie, instar ponderis cuiusdam Mulierculas subigens incumbat, & maximè de nocte, etiam suas partes agat, vti bene annotat *Del Rio*, vnde Apostolo *Princeps tenebrarum* dicitur, & Ioanni, *Potestas tenebrarum*, ex quo apud Iudæos nata Superstitio versiculum hunc: ET ZELO CHUIZLILITH parietibus inscribendi, quo se à Dæmone nocturno liberari arbitrantur, ait *Gregorius Tholosanus*: nos melius ab Ecclesia instructi, eius præcibus in illum finem institutis nos munimus dicendo:

Lib. 2. de occult. nat. Miraculis cap. 5.
Comment. ad Seneca Hercateii.
Syntax. Artis mir. p. 3. lib. 34. cap. 20.

Procul recedant somnia,
Et Noctium Phantasmata.

Et iterum:

Ne gravis Somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec Caro illi consentiens
Tibi reos statuat.

Sed cum humor Ater, sive Adusta Bilis, Melancholicus terrestris; gravis, & frigidus in corpore humano abundans, tam varias ac mirabiles tragædias efficere queat, vt Incubum Dæmonem mentiens, imbecilliores Mulierculartum, & Puerorum Phanthasias eludat, quæ non Morbo naturali, de qua supra verbulo egimus, sed congressu ipsius Dæmonis laborare falso quidam, at pertinaciter sustinent, bene Confessarij, & exorcistæ advertant, ne & ipsi in errorem rapiantur, quod non semel adverti.

Quod Dæmones Incubi sint, semperque fuerint, ne prolixi simus vnic
Lib. 15. de Civit. Dei cap 23. S. *Augustino* testimonio ostendemus. Quoniam, inquit, creberrima fam
est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fid
dubitandum non est, audivisse confirmant, Silvanos, & Faunos, quo
vulgò Incubos vocant, improbos sæpe extitisse Mulieribus, & earum ap
petijsse, & peregisse Concubitum: & quosdam Dæmones quos Drusio
Galli nuncupant, hanc assiduæ immunditiam & tentare, & efficere, plu
res, talesque asseverant, vt hoc negare impudentiæ esse videatur &c: ha
ctenus S Pater, quoad eorum existentiam extra omne dubium nos const
Gen. c. 6. stituit; An verò ipsi illi Incubi sint, qui *Filij Dei* dicuntur *vidisse filias homi
num, quod essent pulchræ, & acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegera
Li. 2. prax. cap. 7. &c:* ? affirmare videntur *Simphorianus Campegius*, *Flavius Iosephus*, *Paulu
Burgensis*, & alij, quibus non contrariatur ipse *D. Thomas*, negant tame
Lib. 1 Antiq. cap. 1. *Glossa in ipsum Cap. 6. Genes. Alphonsus Tostatus ibid*, cum alijs ad quos curio
1. p. q. 51. a 3. ad 6. sum lectorem amando: nobis hic tantum Quæstio hæc duplex, nimirum
an ex hac copulatione possit homo generari, & an talis homo sit Baptizan
dus? ad primam quod attinet, negant apertè *Chrysostomus*, *Nazianzenu
Theodoretus*, *Hieronymus*, *Cyrillus*, & ex iunioribus *Philippus Broideus*, *Ioan
nes Baptista à Porta*, *Hieronymus Cardanus*: subdubitat *Benedictus Pererius*, ne
que ipse *Augustinus* videtur quidquam ausus fuisse *temerariè asserere*, vt loqui
tur. Constanter id affirmant alij hac ratione moti, quod sicut apud omne
certum & indubitatum est, Dæmonem posse æreum corpus, sive Cadave
aliquod sibi assumere, ita & Semen aliunde quæsitum, v. g. per Pollutio
nem emissum acquirere sibi posse fit evidens, cum, in vno, non maio
quam in alio, sit implicantia, imò & hoc arguere etiam videtur teter ali
quando vapor, à supinis, & crissantibus Fæminis, inquit Iordanus, i
aëra sublatus, ex quibus fortè & Pollutionis peccato suum gravamen accre
scit, quæ profectò rationes, & meum assensum extorquent: sed, duplic
modo potest hæc quæstio intelligi: primò, quod Dæmon illud assumptum
corpus verè informet tanquam Anima, & non tanquam apposita Caus
motus extrinsecè, & Semen à se, & in se genitum, à proprio decidat
atque hoc totum falsum est, & hoc sensu supradictos Aucthores negati
vam partem sustinuisse suspicor: secundò verò modò ita intelligi potest
quod sicut corpus ex Aëre, vel aliunde assumptum, ita & Semen ab alij
Loc. citato. decisum, & hoc omnino veritati conforme, vti patet ex his *D. Thoma*
verbis: Si ex coitu Dæmonum aliqui interdum nascuntur, hoc non est pe
Semen ab eis decisum, aut à Corporibus assumptis, sed per Semen alicu
ius hominis ad hoc acceptum. Modum autem quo, præter Pollutiones
sibi Semen illud requirat, assignat in sequentibus, dicitque quod iden

Dæmon

Dæmon, qui eſt Succubus ad Virum, fiat Incubus ad Mulierem: & hanc doctrinam ſequuntur *Marcus Cheronenſis*, *Tertullianus*, *Franciſcus Valleſius*, *Euſebius*, *Scotus* & alij. Ex eoque Coitu ſabulati ſunt Gigantes, Heroas, Semideos, Sarpedones, Servios, Tullios, Merlinos, Hunnos, & neſcio quos his ſimiles, generatos. Ægyptij alias non videntur malè crediddiſſe Dæmonem ſemper Incubum eſſe, & ex ipſo ſuccubo nihil poſſe progigni, propter neceſſarium maiorum, & plurium Inſtrumentorum apparatum, adeoque totum inde provenientis eſſe vel Fictitium, vel Suppoſitium, vel alterius Feminæ verum Partum, vel ab alio Dæmone Prolem ementitam. Itaque, quamvis multæ Fraudes, Faſcinationes, & illuſiones fiant, qualia fortè figmenta illa ſunt Arnularum Gothicarum, Bicornium, Hiſpaniolæ, Xacam Iaponenſium, Ducum Andegavenſium, Comitum Pictavorum, &c. (de quibus *Chieza* latè, & amplè *Ioannes Iordanus*) tanquam certum ſupponentes, ex Copulatione illa hominem generari poſſe, vt ad Secundum Quæſtionis Membrum fiat ſatis, reſpondeo; hominem ita natum Baptiſari, debere cum enim verum humanum Semen ſit, quod in Vtero Femineo infunditur, non fit diſtincta à nobis Species, ſed variatur Inſtrumentum dumtaxat, & Concumbendi modus: &, vt *D. Thomas* docet, *ibidem*, ille qui naſcitur non eſt Filius Dæmonis, ſed Filius hominis cuius eſt Semen acceptum; de quibus plura curioſa apud *Benedictum Sinibaldum*.

In Hiſtor. Peruana. L. 6. c.

Lib. 1. Genean trop. tract. 3. c. 2. & 3.

De Lycanthropiâ affectis, egimus in *1. Parte hic*, ex quibus facile colligitur, illos nihil ab humana Specie differre, niſi illo horribili ſorte, Phantaſtico, & Melancholico agendi modo, propterea non ſunt à Baptiſmo magis, quàm Amentes arcendi, ſi in Puerili Ætate non fuerint Baptizati.

Vltimum eſt de Sirenibus agendum, de quibus *Franciſcus Torreblanca*, ſunt alia, inquit, Monſtra humana facie predita, quæ ab hominum Congreſſu non emanant, quales Tritones, Sirenes, Nereades, quæ in Mari naſcuntur, illi Viri, hæ Feminæ Speciem referentia. Refert *Plinius* quod Oliſiponenſium Legatus olim Tiberio Principi narraverit, ſe Tritonem in ſpecu quodam Conchà canentem vidiſſe. Scribit *Theodorus Gaza*, ſe, dum in Peloponneſo ageret, vidiſſe Nereidem tempeſtate in littore eiectam, viventem iam, & ſpirantem, facie decora, corpore quamvis hirto ad pubem vſque, cetera in Locuſtæ caudam deſinebant; & ſimile quid vidit *Georgius Trapezuntius*. Mare Taprobanem circumfluens Piſces procreare ferunt, inquit *Ælianus*, Satyrorum Speciem habentes, ac Cete exiſtere Muliebri facie, eiſque pro Crinibus ſpinas eſſe; & vtrumque Sexum in Ægypti Nilo fuiſſe viſum, tradit *Fulgoſius*, & his ſimilia plura *Alexander ab Alexandro Genial. Dier. Lib. 3. Cap.* 8 Ramuſius *Tom. 1.* Olaus Magnus *Lib. 21. cap. 1.* Petrus Damianus *Lib. de Mirabilib.* Petrus Hiſpalenſis *p. 1. Cap. 21.* Guielmus Rondelet, *Lib. de Piſcib.* Vlyſſes Aldrovandus.

Demonolog. lib 2. cap. 34.

Lib. 9. Cap. 5.

Lib. 16. Cap. 18.

Lib. 1. cap 6.

Noſtrum hic querere eſt, vtrim Aquatilia hæc Monſtra ſint Baptizand
Lib. 11. Origin. B. *Iſidorus* ſuſtinet omnia hæc eſſe fictitia. Sirenes, inquit, Tres fingu fuiſſe, ex parte Virgines, ex parte Volucres, habentes Alas & Vngula quas referunt Branchi & Pinnæ, quarum vna Voce, altera, Tibijs, te Lirâ canebat, quæ illectos navigantes ſuo Cantu in naufragia trahebant ſecundum veritatem autem Meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quo am ad egeſtatem deducebant, ijs fictæ ſunt inferre Naufragia, quæ inde fluctibus commoraſſe dicuntur, quia fluctus Venerem crearunt, hæc *Iſi rus*. Verum cum ſimilia Monſtra, nimis ſepe â Viris fide digniſſimis viſa ferantur, aliquid ſubeſſe veritatis, meritò ſuſpicandum eſt, & ad qua tum noſtrum reſpondendum, quantumvis humanam gerant effigiem, e nihilominus omnino diverſæ nobiſcum Speciei & Naturæ, neque ex h mine procreata, neque ex humano Semine in Aquis producta, ac proin
Lect 26. de ſex. Diab. condit. Orbis. nullo etiam modo fore Baptizanda, quæ etiam doctrina doctiſſimi *Vielmi* e rogantis, vtrum qui talem Sirenem peremiſſet, Criminis reus, atque ad Morti obnoxius ſecundum Leges fuiſſet (vti ait *ab Oleaſtro*) quia Dei Ima nem deſtruxiſſet ? quis hæc dicat inquit, quia non in corpore ſed in Anim quæ melior hominis pars eſt, Imago hæc revera querenda eſt, ita ille gen raliter, & cum hac diſtinctione *Torreblanca* : ſi aliquando è Mari aliqu eiectum eſt, ait, quod omnino hominem referat, & aliqua Rationis ve gia oſtendat, credendum eſt hominem eſſe, non Monſtrum : talis ipſi f
Lib. de Admirand Natur. cap. 9. Marina illa Mulier de qua ex Theophane *Simon Maioli*, quæ Anno D mini 1403. in Hollandiæ lacu, è Mari eiecta fuit, & in Harlemum vrbe delata, quæ cum nuda foret paſſa eſt ſe veſtibus indui, Panis, Lactis, ceterorum vſum admiſit, nere didicit, & obſequi rebus multis, more M liebri, nunquam tamen eſt locuta, neque ideo illam Baptiſmo privare Hæc autem admodum rara ſunt, ſæpeque poſſunt in Dæmonis Præſtig referri, non producentis realiter, ſed in Elementari Corpore ea oſtenta tis, quo non ſolum Viſum, ſed & Tactum, alioſque externos Senſus f lere poteſt, & Faſcinare, vti patet ex varijs Scripturæ locis, in alijs Ang lis, aſſumpto corpore, indutis. Denique ſimilia ſæpè ſunt Phantaſtic
Lib. 2. Annali. & tantum opinione, fortique Imaginatione tenus exiſtentia, quod ipſe T *citus* non tacitè inſinuat, loquens de populo Germanici naufragium paſſ & vi tempeſtatis diſtracto Narrabant..... Monſtra Maris, inquit, ambigu hominum & Belluarum formas : viſa, ſive ex metu eredita.

Reſpond. ad Argum. 1. Eſſe hic de Nomine Quæſtionem, quo ſi Sat rus antiquorum intelligatur, talem nunquam in rerum Natura extitiſſe, ia in Concluſione oſtendimus : ſi verò talis puer, qui aliquales ex illis qu olim fingebant, conditiones, Figuramque habeat, intelligatur, de quoque ſupra meam dedi ſententiam.

A

Ad 2. Si illa sint textus genuina verba, nullo modo satisfacit *Petri Duodo* responsio, quod Aristoteles non intendat asserere Pygmæos esse veros homines, sed per similitudinem quamdam dumtaxat: melius itaque *Ioannes Timolius* dicit, textum illum à *Theodoro Gaza* inter traducendum esse corruptum, & in Græco originali, si *Homines* non inveniri. *In suis de Anima conclus. Glottocrisio 2.*

Ad 3. Fabulantibus hisce, & hallucinantibus Philosophis, graviorum, imo Sanctorum Patrum rationes & irrefragabilem Aucthoritatem opposuimus, post eorum fundamenta omnino destructa.

Ad 4. D. *Thomam* hic loqui saltem de Animalibus Rationabilibus, non autem de Brutis, inter quæ hanc ipse facit differentiam: quod Furiosi, vel Amentes careant tantum Vsum Rationis per accidens, scilicet per aliquod impedimentum Organi Corporalis (sicuti in ebrijs, & dormientibus ferè) non autem per Defectum, aut carentiam Animæ Rationalis, quæ nempe sola & Peccati, & Remedij capax est. *Ibid ad 2.*

QVÆSTIO XXIII.

Vtrum ipsa Mater teneatur Lactare infantem suum?

ARgum. 1. Non oportet Afflictionem addere Afflictæ, sed Mulierculæ plurimas afflictiones, & Dolores inter enitendum sustulêre, ergo illis munus quoque nutricationis, grave in se satis, & difficile, non est eis superaddendum.

2. Neque Leges Divinæ, nec humanæ statuentes parentes alimentum, & sustentationem debere Liberis, voluerunt hoc immediatè ab ipsis fieri, sed ad earum adimpletionem sufficit, ipsis de necessarijs ad vitam providere, quocumque tandem hoc modo contingat, ergo & Matres possunt conducere nutrices, quæ infantes Lactent, neque ad aliud vi Legum obligantur.

3. Propter suppressas per Novimestrem evacuationes, propter subtiliorem, & defecatiorem Sanguinem, durante ingravidatione ad embryonem, transmissum, propter Febres, Dolores, aliasque partus comites alterationes, notabilem Intemperiem Sanguini inducentes, aliasque rationes, iure sustinent expertissimi Medici, Lac Puerperæ non tam proli conduci, quam potius obesse, ergo necessariò alia à Matre tenellulo Vbera præbere, & Lactare debet.

SED CONTRA faciunt hæc Favorini sapientissimi Philosophi verba apud Aulum-Gellium Noct. Attic. lib. 12. Cap. 1. *Quis illud negligere, aspernarique possit, quod quæ Partus suos deserunt, ablegantque à sese, & alijs nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque Animi, atque Amoris*

quo Parentes cum Filijs Natura consociat, interscindunt, aut certè quide diluunt, deteruntque.

CONCLVSIO.

Nisi notabilis quædam Ratio obstet, tenetur Mater in Conscienti proprium infantem Lactare.

PRudentissimus Medicorum *Galenus*, Parentes quantum intersit, à quo quibusque Proles enutriatur, docere cupiens, integrum volume composuit, in quo disertissimè discurrens, luce clarius ostendit, inter *An mi mores, & temperamentum* quod ex alimento fit *mutuam consequentiam:* & alibi eandem hanc suam confirmans sententiam, ait in hunc modum: Na tura ipsa Pueris consuluit, & lac Matris in sumentis vsum præparavit. Atqu optimum quidem est, etiam reliquis fortasse omnibus Infantibus, ipsun lac Matris, modo nullo Morbo sit corruptum..... Quare qui Matris lact Pueri aluntur, ij iam non solum consueto, verum etiam maximè propri vtuntur alimento. Arabum Princeps *Avicenna*, omnibus modis quibus e possibile, inquit, lac Matris infanti ad sugendum dandum est, ipsum enin est nutriens, quod magis simile existit substantiæ nutrientium præteritorum quibus alebatur dum in Ventre erat, scilicet Menstruorum Matris, quo niam ipsa sunt quæ convertuntur, & fiunt lac, & ipse (Puer nempe) ma gis est recipiens hoc, & magis est ei conveniens: & vt cùm *Galeno* ostendat id non solum ad pueri sanitatem, sed ratione Temperamenti ex eo contra cti, ad morigerationem eius plurimum conferre, postquam dixit eoden loco, quod oporteat vt tota intentio sit in meliorando Pueri mores (audia Ethnicum negligens Mater, & confundatur) vt illas animet, vtilitates e eo promanantes allegat, quarum vna est in ipsius Anima, inquit, *vt cre scat ipsi à pueritia sua Bonorum Morum habitus, & fiat ei fixus:* altera est i Corpore ipsius, quoniam *sicuti mali mores malitiæ Complexionis speciem sunt se quentes, ita cum ex consuetudine acciderint, sequitur eos Complexionis malitia;* & paulò pôst concludit: *in Temperamento ergo morum custodia, sanitatis Anima & Corporis simul consistit*, & eodem tenore loquuntur omnes Medici præcla rissimi, *Paulus Æginetalib.* 1. Ætius *lib.* 1. *serm* 4. Cælius Rhodiginus *lib.* 9 *Lectionum antiq. cap.* 12. Parte 1. Hermon Gynec. *ex Mosch. Cap.* 70 *& seqq.*

Lib. 1. de tuend. sanit. cap. 7.

Lib. 1. fen. 3. Doctr. 1 cap 4

Cap. 4.

Hæc, & mille similium brevitatis ergo omissa, bene Matres advertant, quarum Conscientijs summæ sollicitudinis, & diligentiæ ergo bonum Prolis, tam Animæ, quam Corporis, onus incumbit. Quæ, malum! ratio est, petit

petit idem *Favorinus*, nobilitatem istam nati modo hominis, Corpusque & Animum, bene ingeniatis primordijs inchoatum, insitivo, degenerique alimento Lactis alieni corrumpere? præsertim si ista, quam ad præbendum Vbera adhibebitis, aut Serva, aut servilis est, & vt plerumque solet, externæ, atque Barbaræ Nationis, si Improba, si Deformis, si Impudica, si Temulenta est, nam plerumque sine discrimine, aut parvo adhibito, quæcumque id temporis Lactens est, adhiberi solet, & tamen vt apud *Stobæum* est *Euripid. Medea.*

Sapè educasse, quam dedisse exordium
Plus vincit, illecebrasque maiores habet.

In cuius rei veritatem, memini me in *Tacito* legisse Neronem, in *Iustino* Antipatrem suas Matres Agrippinam, & Thessalonicam occidisse, nunquam tamen me invenisse recordor, id Nutrici cuipiam contigisse, imo è contra omnem eis honorem cum beneficijs fuisse collatum: ita Cornelius Scipio (Scipionis Africani frater) Decem ex generosissimis suis Centurionibus iam Capite damnatis, Vitam dedit, non Matris, Fratrisque intercessione motus, at Nutricis svæ Filiæ (quam Sororem semper appellabat, quia communi secum Vbere pasta erat) præcibus flectebatur. Naturalis famosissimorum Gracchorum Frater, ex Bello Asiatico redux, Matrem Argenteo, Nutricem Aureo Annulo donavit, his ad indignantem Matrem verbis: *Si tu per Novimestre me Vtero gestaveris, hæc Brachijs per Biennium: illa propter iucunditatem, ac complacentiam quam in me habebat Lactavit, tu verò propter, vel propriam Lasciviam, vel Amorem quo erga alium flagrabas, concepisti: unde si vnquam ad honoris fastigium enitar, huic debeo, quæ me in fidelitate enutrivit, si verò aliorum Calumnijs, & Opprobrijs impetar, in te Culpa redit, quæ me in Peccato concepisti.* Verba profectò vel profundissimè Maternis Visceribus inurenda, nisi vel ob levissimas interdum molestias proprijs Infantibus clauderentur. Prava consuetudo in Coniugatorum moribus irrepsit, conqueritur *D. Augustinus*, vt Filios quos gignunt Nutrire Mulieres contemnant, eosque ad nutriendum alijs Mulierculis tradant, quod ex sola Carnis Incontinentia videtur fuisse inventum, quia dum se Continere nolunt, despiciunt Lactare quos gignunt. *Habetur dist. 5. ad eius.*

Miramur sæpidie tam insignes Parentes, tam insignes, dicam agros pessimos Fructus proferentes, vbi Mater præ liberorum nequitia desolata, & pusillanimis, ad iustum & religiosum Maritum refugiens, cum cordolio rogare posset, & admiratione: *Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizaniam?* & Vir cernens acutius, ipsi cum Patre familias respondere, nec à me, nec à te hoc povenit vxor, sed *homo iniquus hæc fecit*, Nutrix scilicet omni vitiorum genere conspurcata. Titus Vespasianus *Matth. 1*

 Impe-

Imperator omnem vitam Valetudinariam traxisse scribitur, quod Nutricem Morbosam suxisset. Eo quod Nutrix Tiberium etiam Imp. offulis Vino intinctus enutrivisset, in tam fœdum Potatorem evasit. Caligulæ Nutrix papillas humano Sanguine illitas, Ori eius admovit, & hic, teste *Dione*, tam ferus, & humani Sanguinis sitibundus fuit, vt recenter occisorum Cruorem linguâ gladium purgaret, & lamberet avidissimè. Quod si hæc in Imperatoribus contigerint, quid de communi plebe fiet, qui longè minorem curam in eligendis Nutricibus solent, & possunt adhibere. Quare Matres ad opus tam plenum Charitate, quam Naturæ, & Rationis dictamini consonum exhortans, alloquitur *Ioannes Mangius*: Non est, inquit, irrationale Brutum tam efferum, quin Vbera Catulis præbebit, etiam Septem, Octo & Decem numero, vt in Vrsis videmus, & Apris; & Mater naturalem illum affectum exuet, & vnicæ Proli vbera denegabit? hoc in Reginam Galliarum, Blancam nomine, ni fallor, cadere non potuit, quæ intelligens domicellam ex suis quandam, in eius absentia, Proli suæ, vt acquiesceret, Vbera præbuisse, totum quod hauserat, digito Gulæ imposito, revocavit per vomitum, his verbis: Regij pueri, Reginæ Vberibus sunt educandi. Hanc Matronæ, Matresque familiæ sequantur, &, ex *Favorini* consilio, sint Integræ filiorum Matres. Quod est enim hoc contra Naturam imperfectum atque dimidiatum Matris genus, peperisse, ac statim ab sese abiecisse? aluisse in Vtero Sanguine suo nescio quid, quod non videret, non alere nunc suo Lacte quod videat, iam viventem, iam hominem, iam Matris officia implorantem. Natura fœminis Mammarum tubera, quasi quosdam nevulos venustiores, liberûm alendorum, non ornandi Pectoris gratiâ dedit. Eripiant Nutricibus lenocinia illa, quibus puerorum affectum erga se, in Parentum fraudem conciliant, dum blandiendo beneficia in Memoriam revocant, dicentes cum *Claudiano*:

Lib. 2. de Imp. — *In exemplar virtut cap. 8.* — *Lib 1. in Ruf.*

..... Quem prima meo de Matre cadentem
Suscepi gremio, reptasti parvus in isto
Sæpe sinu tenero, perque ardua colla volutans
Vbera quærebas fletu.

Quod bene advertant prodigiosæ istæ pleræque Mulieres, inquit *Aulus Gellius*, quæ fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem arefacere, & extinguere cum periculo quoque aversi, corruptique Lactis laborant, tanquam Pulchritudinis sibi insignia devenustet. Hoc non solum Mulierculis, sed & leviusculis maritis dictum sit, qui inordinato, & lascivo Amore erga Vxorculas correpti, illas prolem Lactare nolunt, cum tanti mali, & ipsi Proli, & Parentibus imminentis periculo, & impudice incedere cogunt detectas, & cupidinibus alienis expositas. Mea quidem

Loco cit.

sen

sententiâ (*Plutarchum* legitis) Matres ipsæ nutrire Infantes, atque Lactare debent, maiore enim cum affectu Animi alent eas, maioreque studio, vtpote intimè, & à teneris, quod aiunt, Vnguiculis diligentes; nutricum enim Amor subditicius, atque ascititius est, vtpote mercedis gratiâ diligentium, ita ille. Faciant Matres quæ dicere possunt:

Hoc Vtero Soles quæ te gestare Trecentos
Sustinui, tristesque metus, sævosque dolores
Te nascente tuli — Stoba Euphor.

Vt hoc addant:

.... Quæ suavem prima Papillam
Immulgens tenero pavi te flumine Lactis.

Ad hoc vt integræ Matres sint, quæ secundum *Aristotelem*, plus in generanda Prole, quam Patres conferunt, quare Maris & Fæminæ coniunctio, *Matrimonium* potius, quam Patrimonium vocatur, plus enim Terra contribuit, inquit, quam Agricola, ideo plus Terræ debemus, quam Cultori. Hæ integræ illæ Matres sunt, in quarum gratiam *Phalaris Agrigentin. Tyrannus* ad filium suum Paurolam scribit in hunc modum: Filio & pium est, & honestum, & Genitorum, & qui tot in se beneficia contulerint, recordetur. Quod si in alterutro ab officio desistendum sit, Patrem potius, quam Matrem negligas oportet, non enim paria tibi sunt, & Patris, & Matris, in Filiorum educatione officia; sed hæc quidem, cum eos Tulerit, Pepererit, Educaverit (nota) innumeros quoque alios pro his subit labores. Denique hæ illæ sunt quibus *Iustinianus* Imperator dicit, multa in suis legibus inventa esse Privilegia. Propter hanc rationem, hoc etiam Licijs fuisse singulare, scribit *Cælius Rhodiginus*, vt se à Matribus denominent, non, vt mortales cæteri, à Patris familia. His omnibus privantur illæ, quæ solo Partu contentæ, reliquum extraneis committunt, præterquam, quod vtriusque tam Parentem, quam Filiorum animus adulteratur, & avertitur, nam vt bene *Ausonius*:

Lib.1 aeconom.cap.3
In Epistolis.
L.Assidu C.qui potior pig. habeat.
Lect Antiqu.Lib.1 Cap.20.

.... Placet assuetudine vultus,
Qui semel imbuerit rugas Nutricis, amabit,
Qui refugit Matrem: Pappos, Aviasque trementes
Anteferunt patribus seri nova cura nepotes.

Hinc illæ lachrymæ, & intempestivæ quærimoniæ, & à Matre, & à Puero: nam vbi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor illæ Maternæ flagrantiæ, sensim, atque paulatim restinguitur, omnisque impatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amandati ad Nutricem aliam filij, quam Morte amissi oblivio est: vnde teste *Platone*, non sunt pueri feliciores, quam dum Matris Lacte nutriuntur

tur, & Paternis Brachijs sustinentur: hocque latius docet *Ioannes Guitierez* libro integro expresso, quem tamen hactenus videre non potui.

Concludo cum *Plutarcho*: Maximè tentandum hoc est, vt ipsæ Matres Mammam prebeant suis infantibus: sin id præstare nequeant, vel ob Corporis invaletudinem, vel quia ad novæ Sobolis festinant procreationem, saltem Nutrices, non qua suis, sed quam fieri potest, maximè Probas deligamus. In his Tria *Plutarchus* monet maiore attentione, & explicatione dignissima.

Primum est de Matris incapacitate, ex varijs de causis provenire nata, vel enim de facto tali Morbo laborat, vt Vberibus præ calore exsiccatis Infans non nisi aridum promptuarium inveniat, vel Papillæ sunt minus exertæ, quam vt pusionis labellis queant comprehendi, vel acri humore itæ vndequaque èrosæ, vt post magnos & dolorosos conatus, non nisi Sanguis trahatur Lacti immixtus, vel Apostemate exulcerantur: neque impedimentum hoc ex solis Vberibus, sed alijs quoque Corporis Symptomatis supervenire potest; quasdam tam flaccidi Ventriculi reperi, vt sufficiens sibi prolique nutrimentum capere non possent; aliæ Complexionis sunt tam Delicatæ, vt continuis Hemicranijs, intolerabili Dentium dolore, Oculorum Guttâ serena, Opthalmiâ, Suffusione, etiam Vterinis passionibus vexentur: aliæ his omnibus quidem carent, sed timenda Pthisis, aut Marasmus superventurus, paucis, sine notabili sanitatis detrimento Vbera præbere non possunt: denique, vt Matres bene se habeant ad hoc vt Lactent, interdum Contagioso aliunde aliquo Morbo laborant, quo tenellum possent inficere: vel Maritum tam indiscretum, & morosum nactæ sunt, vt Coniugali Amori, nisi desistant, vis inferatur: atque hæ omnes ex prudenti Medicorum consilio, omnibus remedijs in vanum præmissis, à pueri sui Lactatione vel absolutè, vel pro tempore abstinent, non solum licitè, sed etiam quibusdam casibus necessariò, cum aliquando præstet Proli minus bene, quam ipsas non esse.

Secundum quod *Plutarchus* monet, nempe *De nova Prolis Festinatione*, sæpius locum habet in Magnatibus, Principibusque personis, vel etiam in alijs fortè, quarum Reipublicæ multum interest, vt multa Prole ditetur; vsu etiam venire potest in illis, qui in provecta iam ætate Matrimonium ineunt, & Proli de meliore Lacte provisum volunt, quam declinans iam Matris naturalis calor potest conficere. Sed petet hic non abs re quispiam: An diutius solito, vel necessario ac debito tempore prolem Lactare queant, ne novam concipiant, quod in mechanicis sæpius fieri intelligo, quibus res angusta domi est, nam ratione & experientiâ clarum est, Lactantes non tam cito concipere, & cum à concubitu abstinere, & plures Liberos

educare

educare æque ipsis difficile sit, tempus Lactationis protrahant? negativa responsio colligi videtur ex *Tertulliano* dicente, quod homicidij festinatio sit, prohibere nasci? Respondeo nihilominus, quod similes magni Peccati reos facere non auderem, his rationibus instructus, quod terminus Lactationis Infantium à *Galeno, Avicenna*, alijsque antiquioribus Medicis, statuatur Duorum Annorum, vltra quem paucæ adhuc prolem Lactant, vel quod ablactare eam cogantur de novo impregnatæ, vel quod in eo ætatis plus nutrimenti indigeat, quam Mater ei subministrare queat: deinde experientiâ constat, omnes ferè Lactantes Mulieres equidem concipere, neque refert ipsas fortè citius concepturas, quia magis tenentur ad alendum puerum iam præsentem, quam ad futuri procreationem. Ad *Tertullianum* dico, similes non prohibent nasci, si omnis intentio absit conceptionem impediendi, quæ intentio & finis actum, alias ex se indifferentem & licitum (quamvis vt dixi illud medium sit inefficax) vitiarent: neque positivum obicem ponunt, quo conceptio impediretur, quod aliquousque interdum differatur, est merè per accidens, consequens rem licitam & honestam, quia Proles ad Lactari ius habet, Matrem non ex Charitate, sed & Iustitia obligans, & vterque tantum vtitur Iure suo, saltem intra totum Biennium, post quod Ius pueri cessat, quia hic vltimus terminus est à Medicis constitutus, vnde si constet Mulierem aliquam nunquam concipere quamdiu lactat (& tales inveniuntur) hæc in Conscientia tenetur post Biennium prolem ablactare, alias ponit causam per se, & talem obicem, vt eo ablato sequatur impregnatio, & quo posito impeditur, quod, in sensu *Tertulliani*, est *Prohibere nasci*. Deinde si infra Biennium concipiat, tam cito quam percipit, tenetur, ex obligatione quam habet ad Prolis præsentis valetudinem, & futuræ incrementum procurandum, statim à Lactando desistere, quia in gravida sinceriore Sanguinis parte (quæ purior Lactis materia est) novum Fætum perficiendi gratiâ ad Vterum descendente, reliquum nimis grossum, minus alimentosum, & corruptioni magis est obnoxium, vti bene contra *Nigidium*, & paucos quosdam alias docet *Ludovicus Mercatus*.

In Apologet. cap. 9

Lib. 4 de Mulier. affectib. cap. 15.

Tertium *Plutarchi* monitum est *de eligenda Nutrice proba*, vbi propria Mater Lactare non potest, ad quod tam arctè Parentes obligantur, quam in eo errasse periculosum est: quare malè & immeritò illi Viri pro effeminatis ridentur, qui in re tam ardua, & tanti momenti, & suam etiam prudentiam, & solicitudinem conferunt, nam præterquam quod cura vtrumque parentem æqualiter obliget, Matres nimis improvidæ, & credulæ sunt ac minus iudiciosæ, quam vt omnia requisita bene discernant; quænam bonæ Nutricis conditiones, & qualitates esse debeant, hic enarrare es-

esset superfluum, parentes Medicum consulere possunt, & curiosi videre apud *Galenum Lib. 1. de sanitate tuenda. Lib. 3. de Aliment. facultate Lib. 6. de composit. Medicam. secund. loca.* Avicennam *Lib. 1. Fen. 3. doctrina 1. Cap. 2. & parte 2. Cant. mihi pag.* 384. Paulum Æginetam *Lib. 1. Cap. 2.* Aëtium *Tetrabil. 1. serm. 4. cap. 4.* Hieronymum Mercurialem *Lib. 3. de Morb. Mulier. cap. 1.* Moschionem *Cap. 76. in Hermon. gynec.* Ludovicum Bonaciolum *Ennead. Mulier. Cap. 8.*

Aliud dubium huic maximè affine, ex alia parte occurrit, vtrum Lactantes à Clinopali, & Venere, earumque Mariti, non teneantur abstinere, quod multæ tum authoritates, tum etiam rationes videntur persuadere, à Venere omnino abstinere debere quæcumque Lac prebebit moneo, dicit *Galenus*, & dicti rationes adiungit, nam & Menses, inquit, viri consuetudine provocantur, & Lac odoris gratiam in deterius mutat. Quin etiam aliquæ in Vtero concipiunt, quo alienius, à puello adhuc sugente, nihil est. *Aristotele* teste, Lac Mulieris, quæ Veneri indulget sugentem puerum destruit, idque propter rationes supra, & à *Sinibaldo* etiam allegatas. Ideo à *Lycurgo* Spartanorum Duce, & legislatore sancitum fuit, vt Mulieres statim à Partu, à virorum commercio segregarentur, & peculiari quodam Xenodochio puerperis destinato, per Biennium, & amplius degerent: quam consuetudinem fuisse, & inpræsentiarum adhuc apud Indos quosdam vigere, recentiores narrant Historici. Adde ex *D. Augustino* id quod habetur *Dist. 5. §. ad eius.* Ad eius verò Concubitum Vir suus accedere non debet, quousque, qui gignitur, ablactetur. His omnibus tamen non obstantibus dicendum, Coniugatos ab Aphrodisio, & Copula Carnali propter prolis Lactationem nullo modo teneri abstineri, ne quidem propter ipsam Impregnationem, vt alibi ostendimus, idque propter finem Matrimonij Secundarium, Remedium nempe Concupiscentiæ, si enim per Novimestre, quo Vterum gerit, & per Biennium, plus minus, quo lactat, à Copula abstinere cogerentur, timendum foret notabile ab vtraque parte Incontinentiæ periculum. Vnde *D. Augustini*, & Lycurgi monita, consilia honesta quidem sunt, non Dei præcepta, neque Ecclesiæ Mandata, cumque olim Severus Cæcina apud *Tacitum* vxores à provincijs arcere vellet, repugnat Valerius Messalinus his rationibus: *Malè Sexum Naturâ invalidum deseri, & exponi suo luxu cupidinibus alienis. Vix presenti custodia manere illasa Coniugia, quid fore si per plures annos per modum Dissidij obliterentur.*

In problem Genean-trop. lib. 7. tract. 1. cap. 4.

Lib. 2. Annal.

Respond. ad Argum. 1. hoc tantum locum habere in teneris, & delicatulis, quæ absque notabili sanitatis dispendio Lactare ipsæ nequeunt, idque vel propter Morbum præteritum, Præsentem, vel Futurum, nos autem, hic solummodo agimus de Irrationabiliter Invitis.

Ad 2. In rigore loquendo fortè ſufficere, vt Legibus Iuſtitiæ fiat ſatis, non autem vt Præcepto Charitatis, & affectus Materni debito, ſi parvulo aliunde provideatur, non ſine periculo, varios tam in corpore Morbos, quam in Animo morum nævos, & Cacoëthes contrahendi, vti in exemplis patet in concluſione allegatis.

Ad. 3. hoc tantum velle Medicos, ne ſtatim & immediatè poſt Partum infans Matris Vberibus admoveatur, vnde, tam ratione turbatæ adhuc Matris, quam Lactis alterati, Sucticre, vel Obſtetrice (quod etiam per emulſionem fieri poteſt) primum illud turbulentum, & Lac minus defecatum exugi mandant, vt tandem Partus doloribus ſedatis, & cibata parum, aut Medicamine corroborante recreata Matre, à ſordibus purgatus Infans faſcijs ſuis commodè involutus lallare incipiat, niſi & hoc per vnum, alterumve diem, propter Matris fortè indiſpoſitionem, prudens Medicus, aut Obſtetrix differre perſuadeat, non autem quod à debito ſuo Materno pabulo pro ſemper ſit arcendus Infans.

QVÆSTIO XXIV.

Vtrum ægri teneantur ſolvere Medico?

ARgum. 1. Secundum Eccleſiaſticum: *A Deo eſt omnis Medela*, quod repetens *Gregorius* Medicina vtraque, dicit, tam Corporis, quam Animæ à Deo eſt: & *Soto* ideo docet ſcientiam eſſe Spiritualem, quia cum de Apoſtolis dictum fuerit: *Manus ſuper ægros imponent, & ſanabuntur*, & hoc etiam illis inculcatum, *Gratis accepiſtis, gratis date*: ergo nec Medici quidquam petere poſſunt, neque ægri illis ſolvere tenentur. *Cap.38.* *De Iur.* *Inſt.* *Marci 1*

2. Advocatorum ſciptura & eloquentia, non minore præmio digna ſunt quam Medicorum Conſilium & Cura, ſed à Marco Cincio Tribuno Plebis Lex olim lata, ne quis ob Cauſam orandam pecuniam, donumvè accipiat, vt habet *Livius*, & *Cicero*, alioquin, vt loquitur, C. Silius Conſul deſignatus, apud *Tacitum*: & bonas Artes ſordidis miniſterijs fædari, nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectatur, ergo neque Medicis pro Cura quam gerunt quidquid debetur. *Lib.34.* *Ad Att* *Lib.1.* *Lib.11.* *Annal.*

3. Videtur quod inter Patientem, & Medicum intercedat tacitus Contractus Innominatus *Do, vt des*, ergo ſaltem illi Ægri, qui perfectè ſanati non fuerint, nihil Medicis ſuis debent: nam ſi fabri ad ruinoſæ domus reparationem & fulcimentum appellati, id præſtare non poſſint, nihil ipſis debeo, ergo à pari, neque Medico, qui Morbum auferre nequivit.

SED CONTRA eſt illud Caſſiodori lib. 2. epiſtol. *Tribuenda eſt Iuſtis labori-*

bus compensatio meritorum..... Expectant equos præmia sua, quod si ita est, dignum est hac huiusmodi reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse.

CONCLVSIO.

D. Thomæ est. 22. q. 106. art. 3. *Cum benefactor sit causa, & principium quoddam beneficiati, tenetur is cui bene fit, suo benefactori Gratias agere.*

NVllum officium magis, quam referenda Gratia necessarium est, inquit *Seneca.* Nam si Hesiodus iubet reddere maiore mensura, quam acceperis, quid debemus facere provocati Beneficio? & si non dubitamus bona conferre his, quos speramus nobis fore profuturos, quales debemus esse in eos, qui iam profuerunt? nam demus, vel non demus in nostra potestate est, non reddere verò bono Viro non licet: & quis mortalium negabit Beneficium Beneficiorum esse Procurasse Salutem? *Inter vtilissimas res*, inquit Cassiodorus, *quas ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam Divina tribuit Natura, nihil præstare videtur aliquid simile, quod potest auxiliatrix Medicina conferre: ipsa enim Morbo periclitantibus materna gratia semper assistit, contra dolores pro nostra imbecillitate confligit, & vbi nos nititur sublevare, ibi nulla divitiæ, nulla potest dignitas subvenire.* Ideo *Cornelius Ianssenius*, super hæc Ecclesiastici verba: *à Rege accipiet donationem*, hoc est ait Regaliter, & Liberaliter remunerandam esse Medicinam: quare & *Cicero* scribit *ad Tyr.* Curio misi, vt honos haberetur Medico. Sciebant nempe hi sapientissimi viri, nihil dari Sanitate præstantius, nihilque tam prætiosum fore, quod pro illa expendi non debeat. Castor (en naturæ instinctum) teste *Isidoro Hispalensi Antistite*, sciens Genitalia sua vsui Medico inservire, videns se à venatoribus angariatum, & de vita agi, propter quem patitur Thesaurum, dente Genitalia præcisa, tanquam Litrum insequentibus relinquit, quo totum Corpus redimat, vnde Iuvenalis

In epist.

Lib. 4. Variar. epist.

Lib 15. epist. 9.

Lib. 12. Orig. cap. 2.

..... Se eunuchum ipse facit cupiens evadere damno
Testiculi.

Hæc in exemplum fieri docet *Franciscus Vallesius*, vt doceamur, nullam fortunæ habendam esse rationem, quoties Vita, Salusvè in discrimen adducitur. Hoc considerans sapientissimus Senatus Cous, præter innumera Privilegia & honores, vna cum populo Hyppocratem Medicinæ Principem Aurea Coronâ Mille Aureorum coronavit, vti habet *Decretum Atheniense.* Honorius IV. Summus Pontif. *Thadæo Florentino* Medico suo, singulis diebus Qua-

Lib de Philos. sacra. cap. 3.

Quadringentos Nummos Aureos dari iussit, & post convalescentiam Decem Millia. Ludovicus Rex Franciæ Medico suo *Iacobo Cauterio* Decem Millium Aureorum Pensionem Largitus est, teste *Tyraquello*. Quæ honoraria egregia quisque mirari desinet, qui tam ad benefactores, quam beneficium oculos converterit, isti enim orbis Monarchæ sunt, hoc omni prætio æstimabile; quæ à Medico dicta, suspecta si habeas, audi *Senecam* de his ita discurrentem: *Patris beneficia vinci à filijs beneficijs non possunt, quia Vitam accepit à patre, quam nisi accepisset, nulla dare beneficia potuisset, hoc commune est patri, quod omnibus qui Vitam alicui dederunt: non potuissent enim referre gratiam, nisi Vitam accepissent, ergo* (concludit in rem nostram) *nec Medico in maius Gratia referri potest, solet enim & Medicus Vitam dare.* Hanc animi gratitudinem ipse Christus, non solum congruam, aut iustam, sed & necessariam fecit, dum apud Medicum Evangelistam discipulos suos instruit hoc modo: *In quamcumque Civitatem intraueritis, & susceperint vos manducate quæ apponuntur vobis, &* (tunc, quasi dicat alias non) *curate infirmos qui in illa sunt*: nam additur postea: si tam avari & tenaces fuerint, *vt non susceperint vos*, hospitio nec Convivio, *exeuntes*, illos in Infirmitatibus suis derelinquentes, *in plateas eius dicite: etiam pulverem, qui adhæsit nobis de Civitate vestra, extergimus in vos &c.*

Tiraq. [...]nata p[...] 2. lib. [...] histor. mundi. De Nob[...] lit. cap. [...] n. 405. Lib. de Benefic. Cap. 35. Luca ca[p.] 10. vers. 10. ibid.

Dices si vitam servasse, aut procurasse sanitatem, omne pretium excedat, vti dictum est, & secundum *D. Thomam* honestatis ratio, atque debitum postulet, vt Compensatio non tantummodo æquet, sed vt superet acceptum Beneficium, videtur Medico satisfieri nullo modo posse, adeoque ad hoc vtpote impossibile, neminem teneri? Resp. quod Doctor Angelicus in corpore eiusdem conclusionis sese magis explicans, addat in fine: *Gratiæ compensatio semper tendit, vt pro suo posse* (nota) *aliquid maius tribuat*: ita vt Compensatio, illa commodè, sanoque sensu intelligenda veniat: pro cuius clariore intelligentia, pro indubitato supponendum, Medico, in primis de congruo & honestate esse solvendum, nam vt Apostolus: *Quis militat suis stipendijs vnquam? quis plantat Vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit Gregem, & de Lacte gregis non manducat..... nam propter nos scripta sunt; quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus præcipiendi.*

22. q. 10[6] a. 6. 1. Corint. 9.

Deinde etiam ex Iustitia, nam secundum eiusdem *D. Thomæ* doctrinam: hæc Compensatio habet rationem Debiti Legalis, quod incurritur ex tacito illo contractu, quod inter Medicum eiusque operâ vtentem intercedit. Præterea dicit, ibidem, Naturalis ordo requirit, vt ille qui suscepit Beneficium, per Gratiarum recompensationem, convertatur ad benefactorem.

loc. cit. art. 2. art. 3.

Scrupulosior hic dubitare posset, quales, & quantæ debeant esse, quæ refe-

referendæ sunt Gratiæ? hoc præcise determinare est difficile, cum varia consideranda occurrant. Primò Personæ Qualitas, Dignitas, seu Excellentia, secundum quam, plus Nobilis, & Dives debet, quam Plebeius; & hoc in quocumque casu, aut morbo. Secundò ponderanda est Morbi Gravitas, Periculum, Desperatio, nam secundum *D. Thomam* Actio gratiarum in accipiente, respicit gratiam dantis, vnde vbi est maior gratia ex parte dantis, requiritur maior Gratiarum actio ex parte recipientis. Tertiò non solum considerandus est Beneficij effectus, sed maximè affectus, & benefacientis voluntas: vnde Medico (verba sunt Principis sapientiæ *Senecæ*) *qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos quos perambulat ponit, sine vllo affectu facienda, vitandave præcipiens, nihil amplius debeo* (quam simplex scilicet & ordinarium soterium) *quia me non tanquam Amicus vidit, sed tanquam Imperator*, hoc enim nomine Medicus honorabatur olim. Ratio est, quod tantum officio suo functus fuerit, fecitque quod debuit: si verò particulare studium, & diligentiam ex affectu adhibuerit, inde certè & beneficium quoque suum incrementum accepit, nam vt loquitur *D. Thomas* supracitatis locis, præcipuè, inquit, hoc comendabile videtur quod gratis beneficium contulerit, ad quod non tenebatur, & ideo (addit) qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid Gratis impendat: non autem videtur aliquid Gratis impendere, nisi excedat quantitatem Accepti beneficij, quia, quamdiu recompensat minus, vel æquale; non videtur facere Gratis, sed reddere quod accepit. Hoc idem ante *D. Thomam* clarius ad propositum nostrum docuit supralaudatus *Seneca*, particularem hunc, de quo agimus, ita casum describens: *Quare*, rogat *Medico plus quiddam debeo, nec adversus illum Mercede defungor? quia ex Medico*, respondet, *in Amicum transijt, & nos non Arte quam vendit, obligat, sed benigna & familiari Voluntate. Quia plus impendit* (operæ & temporis) *quam Medico necesse est: pro me non pro Fama artis extimuit: non fuit contentus Remedia monstrare, sed admovit. Interea sollicitus assedit, ad suspecta tempora occurrit, nullum ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit. Gemitus meos, non securus* (non adulatoriè approbans) *excepit. In turba multorum innocantium tantum ulus vacavit, quantum mea valetudo permiserat. Huic ergo* (concludit) *non tanquam Medico, sed tanquam Amico obligatus sum.* Nempe noverat hic Vir prudentissimus, quod de patre suo *Hyppocrate* (qui Ingratitudinem ab omnibus suis discipulis eiurari, etiam solenni Iuramento mandavit expressè) olim dixit Thessalus, gratiâ remetiri, & non veluti re aliqua empta, & ex manu in manum semel tradita, discere. Quod bene ab illis annotatum velim, qui beneficijs, vt *Strada* loquitur, vtuntur seu Floribus, tan-

Loc. cit. art. 2.

Lib 6. de Benef. cap. 16.

Orat. ad Athen.

diu gratis, quam diu recentibus, & quod peius est: *Mores hunc homines habent*, inquit Plautus, *quod sibi volunt, dum id impetrant boni sunt: sed id vbi iam penes sese habent, ex bonis pessimi & fraudulenti sunt.* Quod leonino carmine lepidè describit Gartnerus:

Maximus in Morbis Medico promittitur Orbis,
Mox fugit è mente Medicus Morbo recedente.

Vnde vulgare illud eiusdem Medicis consilium

Accipe dum dolet, nam sanus solvere nolet

Quod sive ex mera Ingratitudine, sive ex Avaritia contingat, vtrumque peccaminosum censetur à *D. Thoma*. Erunt homicidæ, inquit *Seneca*, Tyranni, Adulteri, Raptores, Sacrilegi, Proditores, infra omnia ista ingratus est, nec falso *P. Mimus* ait, eum complecti Maledicta cuncta, qui ingratum hominem dixerit. De eo graviter est conquestus ipse Dominus noster apud *Lucam* Medicum quod ex Decem Leprosis, Vnus ex illis tantum Samaritanus, vt vidit quia mundatus est, regressus sit Gratias agens. Respondens autem Iesus, dixit: *Nonne Decem mundati sunt, & Novem vbi sunt? non est inuentus qui rediret &c:* Ad Avaritiam quod attinet, execrationes eius, & in Sacra Scriptura, & S.S.P.P. innumeræ; huius ratione fit, vt falsificetur hodie pervetustum illud dicterium: *Dat Galenus opes:* & ne fabulosum hoc quia à Poëta dictum existimes, Medicorum paupertatem inter summopore stupenda, & quasi impossibilia enumerat *Ecclesiasticus*, dum ait: *Verti me ad aliud, & vidi sub Sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec Doctorum divitias, nec artificum gratiam &c:*

22.q.107 art.3. *In Threnhair.* *Cap.17. 12.* *Vers.17.* *Cap.9. vers.11.& 12.*

Respond. ad Argum. 1. ex *Seneca* pene Christiano Phylosopho: *Cum sanitas videatur esse de Fato* (de Deo) *debetur & Medico: quia ad nos beneficium Dei per huius Manus venit.* Ad Apostolos quod attinet, illi habebant Scientiam, Potentiamque Cælitus infusam vnde supernaturaliter, nullisque adhibitis expensis, sola Manus impositione suos ægros sanabant, & nihilominus expressè vult Christus Dominus, vt iam ab ijs sanati etiam Grati sint, hospitium & victum illis conferentes, vti latius in conclusione ostensum: nos verò qui multum laboris in Itinere, Studijsque, multum Pecuniarum in Academijs impendimus, vltra hæc vult vt honorarium etiam accipiamus, & ne quis præsenti obiectione sese excuset, dicendo *Omnis Medela est à Deo*, additur immediatè post: *& à Rege accipiet Donationem*, nempe Regalem, à Nobili nobilem, à Ciue Civilem.

Resp. ad 2. Quidquid de *L. Cincia* fuerit, scio Silium ibi agere adversus nequitiam, & Avaritiam Advocatorum omnino intolerabilem, præcedit enim in eodem Tacito; *Nec quidquam publicæ mercis tam venale, quam Advoca-*

vocatorum perfidia: vnde quia Caussidici nimis multa petebant, nihil ipsis d volebat Silius, contra quam tamen hoc obtinuit. M. Cincius, vt capie dis Pecunijs Princeps modum posuerit. Sed hæc parum ad Medicos cum eiusdem Silij verbis constet, ex tunc Medicos semper fuisse honorario d natos, indignabunda enim eius sequuntur hæc verba, non sine stomach prolata: *Nunc* (cum Advocatis etiam sua merces concessa) *Inimicitia Accusationes, Odia, & Iniurias foveri, vt quomodo vis Morborum Medent bus* (nota) *ita Fori Tabes pecuniam advocatis ferat.*

Ad 3. Concedo Assumptum hoc sensu: Do, vt des Medicamenta operam, si adhibeas Diligentiam, si habeas Curam; si mihi vaces, & S luti meæ, atque hac conditione (omni alia de perfecta sanatione in co tractu non expressa) impleta à Medico, debet ipsi contrahens. Ad exem plum dico, vel Fabri illi adhibuerunt omnem operam, & pro scientia s ac viribus conati sunt, & tunc, sive finem obtinuerint, nec ne, debetu ipsis Iure diurna Merces, propter operam impensam, & in eo paritas r tionis huius similis consistit, quod eodem pacto sese res habeat in Medicis qui vbi optatum scopum Sanationis non attingunt, *Mercedem non Meriti* inquit *Seneca*, *sed Occupationis suæ fuerunt*: & iterum sicuti Fabro, ita ne Medico quidquam debetur ruinam irreparabilem prævidenti, adeoque a omni tentamine sapienter abstinenti, ne auxilia nullitatis, Artemque de decoris periculo exponat: Alias *neque Medicinæ est sanum facere*, inqu *Aristoteles sed quousque fieri potest eo vsque perducere.*


Lib. 1. Rhet. Cap. 1.

F I N I S.





INDEX



INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM.

Et-

AN.

AQ.

AR.

som-

Cos-

Hi-

LA.

laxa

Etia

SC.

SE.

Sonu



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE
LYON
1896

APPROBATIO.

INfrascriptus legi hunc Librum qui inscribitu *Ventilabrum Medico-Theologicum Auctore Michaële Boudewijns Medic. & Phylosoph. Doctore Antverp.* Quem dignun Typis judico & publicandum, vtpote qui nihil Con tineat quod fide Romanæ Catholicæ adversetur. Da tum Antverpiæ Die 9. Iul. 1666.

AVBERTVS VANDEN EEDEN Canonicu & Archidiac. Antverp. Librorun Censor.

SVMMA PRIVILEGII.

CAROLVS Dei Gratiâ, Rex Castellæ, Arragoniæ, vtr usque Siciliæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgun diæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. Comes Flandriæ Arthesiæ, &c. Diplomate suo sanxit ne quis Librum cuiu Titulus est: *Ventilabrum Medico-Theologicum Auctore* Michaë *Baudewijns Doctore Antverp.* Præter CORNELII WOON Typograph. Antverp. Voluntatem, ullo modo in Belgi intra novem Annos proximos imprimat, aut alibi in pressum in has inferiones Germaniæ ditiones importe venalemve habeat. Qui secus faxit, confiscatione l brorum, & alia gravi pœna mulctabitur, vt latiùs pat in litteris datis Bruxellæ, die 15. Iulij. 1666.

Signat.

Loyens.